קֵינִי Kení, *& juxta Vulg.* Cinæus, *nom. patronymicum virorum à* קַיִן, *de quo ſupra pag.* 1264., *oriundorum*, Jud. 1. v. 16. *Cum præfix.* הַקֵּינִי, Geneſ. 15. v. 19., Numer. 24. verſ. 21., Jud. 4. vv. 11. 17., 5. v. 24., 1. Sam. 15. v. 6., *& abſque* Jod *in penultima* הַקֵּנִי, 1. Sam. 27. v. 10., Kení, *& juxta Vulg.* Cinæus, *&* *etiam* Cin: *Plur.* הַקֵּינִים Cinæi, 1. Paral. 2. v. 55. *Fuere autem Kinæi finitimi Amalecitis*, *& tenuerunt regionem ultra Petram Arabiæ*, *& loca termina Cydiſſo*; *Cydiſſus eſt Cades*.

קִנְיָן *m.* Acquiſitio, negotiatio, emptio, *rei ſcil. carioris*, *& amplioris*:

amplioris, *propter* Nun *in fine additum*, *quod* augmentum *deſignat*, *ut notat* Joa. *Simon*: *Item metonymice eſt* poſſeſſio, & *quidem amplior*, opes, facultates *quævis*, *id eſt quidquid in bonis poſſidemus*, *ita* Ezech. 38. vv. 12. 13. *Conſtruſt.* קִנְיַן כַּסְפּוֹ acquiſitione, *ſive* pretio pecuniæ ſuæ, Levit. 22. v. 11. *Cum affix.* וּבְכָל־קִנְיָנְךָ & in omni poſſeſſione tua, Prover. 4. verſ. 7., קִנְיָנוֹ poſſeſſio ſua, opes ſuæ, Geneſ. 31. v. 18., 36. v. 6., Pſalm. 105. v. 21., וְקִנְיָנָם & opes eorum, Geneſ. 34. v. 23. *Plur. cum affix.* מָלְאָה הָאָרֶץ קִנְיָנֶךָ impleta eſt terra poſſeſſionibus tuis, τῆς κτίσεως σου, tuis rebus, & operibus, tuis creaturis, opibus, & bonis, Pſalm. 104. v. 24.

מִקְנֶה *m.* Acquiſitio, emptio, poſſeſſio, 1. Paral. 28. v. 1., Job. 36. verſ. 33., Jerem. 9. verſ. 9., *ubi Vulg. reddit*, (non audierunt vocem) poſſidentis: *Sed in ſpecie*, opes divitiæ, *quæ olim* pecude *maxime conſtabant*: *Hinc* pecus *ipſum*, Exod. 12. v. 38., Num. 32. vv. 1. 4., Deuter. 3. v. 19., 2. Paral. 14. v. 14., 26. v. 10., אַנְשֵׁי מִקְנֶה viri pecoris, *i. e.* pecuarii, *ſive qui ſolent alere* pecora, Geneſ. 46. vv. 32. 34., שָׂרֵי מִקְנֶה principes pecoris, & *juxta Vulg.* magiſtri pecorum, Gen. 47. v. 6., אֲבִי יֹשֵׁב אֹהֶל וּמִקְנֶה, Geneſ. 4. verſ. 20., pater, *i. e.* auctor, *ſive* inſtitutor, inventor habitantis tabernaculum, & pecoris, *id eſt artis curandi*, *ſive paſcendi* pecus, *vel*, *ut exponit Vulg.* (pater) paſtorum: מִקְנֶה *vide ſupra in* קָנָה *pag.* 1280., מִקְנָה *vide infra poſt hanc dictionem*: *Cum præfix.* הַמִּקְנֶה pecus, Geneſ. 29. v. 7., *&c.*, בַּמִּקְנֶה, Gen. 13. verſ. 2., in pecude, & *juxta Vulg.* in poſſeſſione; וּבְמִקְנֶה in, *ſive* cum opibus, *vel* divitiis, Joſ. 22. v. 8. *Conſtr.* מִקְנֵה pecus, Geneſ. 13. v. 7., וּמִקְנֵה הַבְּהֵמָה & poſſeſſio pecudis, Geneſ. 47. v. 18., וּמִקְנֵה־צֹאן & poſſeſſio ovis, Geneſ. 26. v. 14., 2. Paral. 32. v. 29., וּבְמִקְנֵה & pro poſſeſſione, Geneſ. 47. v. 17., מִמִּקְנֵה de pecude, Exod. 9. vv. 6. 7. *Cum affix.* מִקְנֵנוּ pecus noſtrum, Exod. 10. v. 26., לְמִקְנֵנוּ pecudi, pecori noſtro, Num. 32. v. 16., מִקְנְךָ poſſeſſio tua, *ſive* opes, divitiæ tuæ, Geneſ. 30. verſ. 29., pecus tuum, Exod. 9. v. 19., 34. v. 19., בְּמִקְנְךָ in poſſeſſione tua, *ſive* in divitiis tuis, Exod. 9.

v. 3., מִקְנֵהוּ pecus ſuum, Geneſ. 31. v. 18., *&c.*, opes, divitiæ ejus, Geneſ. 36. verſ. 6., poſſeſſio ejus, Job. 1. vv. 3. 10., וּלְמִקְנֵהוּ & pecori ſuo, Geneſ. 33. verſ. 17. *Plur. cum affix.* יִרְעֶה מִקְנֶיךָ, Iſa. 30. v. 23., paſcet pecora tua, *id eſt, ſyntaxi collectiva*, unumquodque pecorum tuorum; *Quibuſdam tamen* Jod *non eſt characteriſtica numeri plur., ſed vice* ה *tertiæ radicalis, redditurque in ſingul.* pecus tuum: מִקְנֵיכֶם, Geneſ. 47. v. 16., Joſ. 1. v. 14., 2. Reg. 3. v. 17., *& abſque* Jod מִקְנֵכֶם, Deuter. 3. v. 19., pecora veſtra; בְּמִקְנֵיכֶם & pro pecoribus veſtris, Geneſ. 47. v. 16., מִקְנֵהֶם וְקִנְיָנָם Geneſ. 34. verſ. 23., pecora eorum, & opes, *ſive* ſubſtantiæ, facultates eorum: *Sunt qui arbitrantur, per τὸ* מִקְנֶה animalia grandiora, *ſive* majora, *& per τὸ* קִנְיָן minora animalia *deſignari; At Kimchius in libro Radic., & alii contrà volunt,* מִקְנֶה *propriè, hoc ſaltem in loco, ſignificare* pecora *tam* majora, *quam* minora, *ſive* opes in re pecuaria; קִנְיָן *vero* opes in omni alia re, quæ poſſideri ſolet; וּמִקְנֵיהֶם & poſſeſſiones eorum, Pſalm. 78. verſ. 48. *Et abſque* Jod בְּכָל־מִקְנֵהֶם pro omnibus pecoribus eorum, Geneſ. 47. v. 17., לְמִקְנֵיהֶם וּלְקִנְיָנָם, Joſ. 14. v. 4., jumentis, *ſive* pecoribus eorum, & poſſeſſionibus, *ſive* ſubſtantiis eorum, *juxta quoſdam; Alii vero, inter quos Kimchius comment. in hunc locum, exponunt,* pecoribus eorum craſſioribus, & minutioribus: *Sic & eodem loco Jonathan apud Robertſon convertit,* jumentis, & pecoribus eorum; *ſed & Vulg. habet,* (ad alenda) jumenta, & pecora ſua.

מִקְנָה *f.* Acquiſitio, emptio, comparatio; *item* poſſeſſio: *Metonymice autem eſt* res pretio empta; *item* pretium, *quo* emitur: אֶת־סֵפֶר הַמִּקְנָה librum emptionis, Jerem. 32. vv. 11. 12. 14. 16., לְמִקְנָה in poſſeſſionem, Gen. 23. v. 18. *Conſtruct.* כָּל־מִקְנַת כַּסְפּוֹ Geneſ. 17. verſ. 23., (tulit) omnem emptionem argenti ſui, *juxta Buxtorfium; Alii rectius vertunt,* omnem emptum, emptitium, *ſeu* omnem, quem emerat argento, *vel* pecunia ſua; *Ut & ita* Gen. 17. vv. 12. 13. 27., Exod. 12. verſ. 44. *Cum affix.* מִקְנָתוֹ emptio ejus, *id eſt* pretium emptionis ejus, *ſive* pretium ejus, Levit. 25. verſ. 16., מִכֶּסֶף מִקְנָתוֹ de pecunia emp-

tionis ſuæ, *i. e.* de pecunia, qua emptus fuerit, Levit. 25. verſ. 51., שְׂדֵה מִקְנָתוֹ ager emptionis ſuæ, Levit. 27. verſ. 22.

קְנַז Kenáz, & *juxta Vulg.* Cenez *nom. propr. viri*, Geneſ. 36. v. 11.; *item nom. propr. civitatis principum Idumæorum*, Geneſ. 36. v. 42.

קְנִזִּי Kenizzí, & *juxta Vulg.* Cenezei, Geneſ. 15. v. 19., *nom. propr. populi, unius ſcil. ex variis Chananæi familiis; qui quidem populus è* Cenez *urbe nom. derivaſſe, ac propterea* Idumæus *intelligendus videtur.*

קנם *Radix Hebræis inuſit. Sed Arabibus, Guarino interprete, eſt*, graviter oluit. *Inde, ut eidem videtur, Hebr. nomen cum Nun Heemant.*, *videl.*

קִנָּמוֹן *m.* Cinnamonum, *id eſt* canna aromatica, præſtantiſſimum exſudans odorem, Proverb. 7. verſ. 17., Cantic. 4. v. 14. *Conſtr.* וְקִנְּמָן־בֶּשֶׂם & cinnamoni aromatis, *i. e.*, odorati, Exod. 30. v. 23. *Joa. Simon dictionem hanc derivat à rad. Arab.* קמן gratus, ſuavis fuit, *ita ſcil.*, *ut* קנמון *ſit pro* קמנון, *per metathesin.*

קנן *In Kal inuſit. Inde* קִנֵּן nidificavit: *Joa. Simon arbitratur verbum hoc efformatum à nom.* קֵן nidus: *Præterit. fœm.* קִנְּנָה nidificavit, & *juxta Vulg.* habuit foveam, Iſa. 34. v. 15. *Plur.* קִנְּנוּ nidificaverunt, Ezech. 31. v. 6. *Futur.* תְּקַנֵּן nidificabit, Jerem. 48. v. 28. *Plur. in pauſa* יְקַנֵּנוּ nidificabunt, *ſive* nidificant, Pſalm. 104. verſ. 17. *Pyh. Partic. fœm. cum* Jod *paragog.*, מְקֻנַּנְתִּי quæ facta es ut nidificares, Jerem. 22, v. 23., *forma eſt ex Præter.*, & *Participio compoſita, ut notat Buxtorfius.*

קוֹנֵן *Vide ſupra* קין *in Pih. Sed cum affix.* הַקִּנְנִי *vide ſupra* קנה *in Hiph. Item* קִנְיָן *vide ſupra poſt* קָנָה *inter nomina pag.* 1280.

קֵינָן Kenán, & *juxta Vulg.* Cainan *nom. propr. filii Enos*, Geneſ. 5. v. 9.

קֵן *m.* Nidus, Pſalm. 84. v. 4., קֵן מְשֻׁלָּח nido emiſſa, *ſive* dimiſſa (avis), Iſa. 16. v. 2. *Sed metonymicè* קֵן *ſignificat* pullos in nido, *in quem ſenſum Vulg.*, & *alii acceperunt laudatum* Iſa. *locum: Item metaphoricè ſignificat quamvis* manſionem, cellulam: *Conſtr.*, & *cum* Makkaph *ſemel oc-*

 currit

currit קַן־צִפּוֹר nidus avis, Deut. 22. v. 6., כַּקֵּן ſicut, quaſi nidus, Iſa. 10. verſ. 14. *Cum affix.* עִם־קִנִּי in nido meo, *id eſt* in cellula mea, Job. 29. v. 18., קִנֶּךָ nidus tuus, *id eſt* manſio, cellula tua, Numer. 24. verſ. 21., Jerem. 49. v. 16., Abd. 1. v. 4., יָעִיר קִנּוֹ, Deut. 32. v. 11., excitat, provocat nidum ſuum, *i. e.* pullos ſuos in nido, *continens pro contento*: יָרִים קִנּוֹ eriget, *ſive* elevabit, extollet (aquila) nidum ſuum, Job. 39. v. 27., לָשׂוּם בַּמָּרוֹם קִנּוֹ ad collocandum in excelſo nidum ſuum, *id eſt* manſionem ſuam, Habac. 2. v. 9., מִן־קִנָּהּ de nido ſuo, Prov. 27. v. 8.

* קָנַץ; *Unde plur. conſtr.* קִנְצֵי *vide infra in* קֵץ *poſt* קצץ.

קְנָת Kenath, *nom. propr. urbis Menaſſ*[illegible], Numer. 32. verſ. 42.

קסם Divinavit. *Kimchi notat, hac voce deſignari omnem artem, quæ ad futura prænoſcenda ſive in bonum, ſive in malum exercetur. Partic.* קֹסֵם, Deut. 18. v. 10., Iſa. 3. v. 2., *&* הַקּוֹסֵם, Joſ. 13. verſ. 22., divinans, divinus, hariolus; *Plur.* קֹסְמִים, Deuter. 18. v. 14., Iſa. 44. v. 25., הַקֹּסְמִים, Ezech. 13. v. 9., Mich. 3. v. 7., harioli, divini, divinantes; וְלַקֹּסְמִים (vocaverunt) divinos, 1. Sam. 6. v. 2. *Cum affix.* קֹסְמֵיכֶם divini veſtri, Jerem. 27. verſ. 9., 29. verſ. 8. *Infin. conſtr.* בִּקְסָם־לָךְ, Ezech. 21. v. 34., in divinando, *ſive* cum divinarent tibi; כִּקְסוֹם, Ezech. 21. v. 28., quaſi, *ſive* tanquam divinare; לִקְסָם־קָסֶם, Ezech. 21. verſ. 26., ad divinandum, *ſive*, *juxta Vulg.*, quærens divinationem; מִקְּסֹם, Mich. 3. v. 6., à divinando, *ſive, ut alii vertunt*, ne divinetis; *Vulg. habet* pro divinatione. *Imper.* קָסוֹמִי־נָא לִי divina quæſo mihi; 1. Sam. 28. v. 8. *Futur. plur. in pauſa* יִקְסֹמוּ divinant, *ſive* divinabant, Mich. 3. v. 11., וַיִּקְסְמוּ & divinarunt, 2. Reg. 17. verſ. 17., תִּקְסַמְנָה *fœm.* divinabitis, Ezech. 13. v. 23.

קֶסֶם *m.* Divinatio, Numer. 23. v. 23., חַטַּאת־קֶסֶם מֶרִי peccatum divinationis *eſt* rebellio, *ſive* inobedientia, 1. Sam. 15. verſ. 23., *ubi Vulg. habet*, quaſi peccatum ariolandi eſt, repugnare. *In bonum ſumitur* Proverb. 16. verſ. 10., *& poteſt dici* ſagacitas, oraculum: קֶסֶם, Ezech. 21. verſ. 26.

26., & cum præfix. הַקְּסָם, Ezech. 21. verſ. 27., divinatio: Vide ſupra in Infinit. verbi קְסֹם; ubi etiam מִקְסֹם. Sed מִקְסַם vide infra poſt hanc dictionem: Plural. קְסָמִים divinationes, Deuter. 18. verſ. 10., 2. Reg. 17. v. 17., וּקְסָמִים בְּיָדָם, Numer. 22. v. 7., & divinationes in manibus ſuis, id eſt metonymice, & divinationum pretia in manibus ſuis erant.

קֹסֵם Vide ſupra in קָסַם: קֹסֵם, &c. vide ſupra in verbo.

קְסָם, ſive קְסֹם, קָסוּמִי, &c. Vide ſupra in eodem verbo.

מִקְסַם maſc. Divinatio. Conſtr. וּמִקְסַם & divinatio, Ezech. 12. v. 24., 13. v. 7.

קָסַס Vide ſupra ק[illegible] in Pih. pag. 1252.

קֶסֶת m. Atramentarium, vas ſcil., in quo continetur atramentum, & pennæ, quod ad formam ciſtæ parvæ erat efformatum, ut habet Robertſon: קֶסֶת הַסֹּפֵר atramentarium ſcribæ, Ezech. 9. vv. 2. 3., הַקֶּסֶת idem, Ezechiel. 9. verſ. 11.

קְעִילָה Kehilah, & juxta Vulgat. Ceila, nom. propr. urbis, nunc, Hieron. teſte, villula Tribus Judæ, Joſ. 15. v. 44.

קעע Radix Hebræis inuſit. Inde, geminata prima radicali, efformatur Pihel קַעֲקַע, quod Chaldæis eſt, ſtigmate notavit, in honorem ſcil. idoli, ſcalpſit: Ex quo nomen Hebr., quod ſequitur

קַעֲקַע maſc. Stigma variè inciſum, ſeu variis lineis ſignatum: וּכְתֹבֶת קַעֲקַע לֹא תִתְּנוּ, Levit. 19. v. 28., & ſcripturam ſtigmatis non facietis, juxta Buxtorfium, aliosque; quidam vero una cum LXX. vertunt, & literas punctas, acus ſcil., non facietis; Vulg. habet, neque figuras aliquas, aut ſtigmata facietis; Jo. Simon dictionem hanc derivat à יָקַע luxatus eſt, divulſus, avulſus fuit.

קער Radix Hebræis inuſit. Chaldæis vero eſt, profundus fuit. Inde, ut multis videtur, eſt

קְעָרָה fœm. Scutula, ſcutella, propriè profundior, vaſis ſcil. cujuſdam genus, quo in libationibus, & ſolemnioribus epulis ad commiſcendos, ſeu temperandos cibos, vel etiam ad vinum diluendum utebantur, quemadmodum poſt alios habet Robertſon in Lex. Sed Calmet comment. in cap. 25. Exod. v. 28. exiſtimat, קְעָרָה nomine poſſe non immeritò intelligi genus

aliquod amplioris ſcutellæ, *in qua conficerentur panes propoſitionis.* *Conjecturam hanc ſuam firmat ex eo primum, quod* karon *Arabibus eſt* concava *admodum* ſcutella, *& ea ipſa in agro pro* maſtris *utuntur ad recentes quotidie panes ſubigendos; tum ex eo, quod in* Numeris cap. 7. *quicumque offerunt ſua* קְעָרוֹת, *plena ſemper exhibent farinâ oleo ſubactâ: Vulg. dictionem hanc, ſcil.* קְעָרָה, *reddit* acetabulum, *quod propriè, auctore Plin.* lib. 21. c. 34., *erat menſura* XV. *drachmarum, ſeu heminæ quarta portio; uſupatur etiam interdum pro* aceti vaſe. *Lata tamen quadam ſignificatione uſi ſunt veteres hac voce* acetabulum *ad deſignanda varia menſarum* vaſa liquidis *deſtinata, quemadmodum eſt Quintiliano* lib. 1., *& Martinio, in verbo* acetabulum *animadverſum, & probat Calmet laudato in loco: Cum præfix.* הַקְּעָרָה הָאַחַת כֶּסֶף ſcutula, *ſive* ſcutella una argenti, *id eſt* argentea, Numer. 7. v. 84. *Conſtr.* קַעֲרַת־כֶּסֶף אַחַת ſcutella, ſcutella argenti, *ſive* argentea una, Numer. 7. verſ. 13., *&c.* *Plur.* הַקְּעָרוֹת, Numer. 4. v. 7., *& conſtr.* קַעֲרֹת, Numer. 7. v. 84., ſcutulæ, ſcutellæ: *Cum affix.* קְעָרֹתָיו ſcutulæ, ſcutellæ, *ſive* acetabula ejus, Exod. 25. verſ. 29., 37. verſ. 16.

קפא Concrevit, coagulatus, condenſatus eſt: *Præter. plur.* קָפְאוּ תְהֹמֹת concreverunt, *ſive* coagulatæ, *& juxta Vulg.* congregatæ ſunt abyſſi, Exod. 15. verſ. 8. *Partic. plur.* הַקֹּפְאִים עַל־שִׁמְרֵיהֶם, Sophon. 1. v. 12., qui concreti, coagulati ſunt cum fæcibus ſuis; *Vulg. habet,* (& viſitabo ſuper viros) defixos, *i. e., qui inſtar rerum coagulatarum ſtant immobiles,* in fæcibus ſuis: *Futur. plur., quantum ad formam, cum* Nun *paragog. in pauſa* יִקְפָּאוּן *vide paullo poſt in nom.* קִפָּאוֹן. *Hiph. Fut. cum affix.* וְכַגְּבִינָה תַּקְפִּיאֵנִי & ſicut caſeum coagulaſti me, Job. 10. v. 10.

קִפָּאוֹן *maſc. Occurrit ſemel* Zach. 14. v. 6., *ſed cum* Jod *ab initio, ita ſcil.* לֹא־יִהְיֶה אוֹר יְקָרוֹת יְקִפָּאוֹן, *ibi tamen multi, poſt LXX., Vulgat., alioſque veteres exiſtimant cum Maſſor. pro* יְקִפָּאוֹן *legendum cum* Vau וְקִפָּאוֹן, *variant autem inter ſe in ejuſdem textus intelligentia. Nam LXX. ſunt interpretati,* ὐκ ἔςαι φῶς, καὶ ψύχη, καὶ πάγος, *id eſt, ut habet Vulg.,* non erit lux, ſed frigus, & gelu.

lu; *Alii reddunt*, non erit lux pretioſitatum, & concretionis, *ſive* lux pretioſa, & concreta, *vel* coagulata, denſa, *ita ut ſenſus ſit, tempus illud nec planè lucidum, hoc eſt lætum, nec planè tenebroſum, hoc eſt triſte futurum, ſed medium, in quo triſtia lætis miſcebuntur. Videantur Interpretes.*

קפד *In Kal inuſit. Inde Pih.* קִפֵּד præcidit: *Præter.* קִפַּדְתִּי כָּאֹרֵג חַיַּי præcidi ut textor vitam meam, Iſa. 38. v. 12., *id eſt*, ad finem perduxi, ut textor pertextam telam præcidit.

קִפֹּד *maſc.*, Iſa. 14. v. 23., anataria, *aquilæ ſpecies lacus amans, uti ſentiunt Buxtorfius, & quidam alii: Kimchi ſcribit, eſſe* avem deſerta loca incolentem; *R. Salom.* ericium *hic exponit, & Iſa.* 34. v. 11. noctuam *explicat. Sed Græcis, & Vulg. conſtanter eſt* ἐχῖνος ericius, *nempe terreſtris, qui, ut notat Bochartus de* animal. lib. III. cap. 36., *æſtate in ſepibus, hyeme in truncis arborum, aut in terræ ſcrobibus degit. Quam quidem vocis hujus interpretationem probat, multiſque confirmat laudatus Auctor. Exiſtimat autem Joa. Simon,* ericium *dictum* קִפֹּד *ab* horridis aculeis, *ex ſignificatione radicis Syr.* קפד horruit, horripilavit.

קְפָדָה *fœm.* Excidium, *ſive, ut redditur à Vulg., Aqu., & Theod.*, anguſtia, Ezech. 7. verſ. 25., *ubi jungitur verbo maſculino, unde videtur* ה *paragogicum eſſe, ut ſcribit Kimchi in comment.. Habet etiam accentum in penultima, vel ob monoſyllabam vocem ſequentem, vel quod* ה *ſit paragogicum, & ita maſculinum eſſe poſſet* קֶפֶד, *vel* קְפֹד.

קפז *Radix inuſit. Sed Chald., & Arab., item Rabbinis, & in Targum eſt*, ſubſiliit, inſiliit, *alias Arab.* קפס, & קמס, *Chald.* קפץ, *ut notat Joa. Simon. Inde eſt nomen Hebr., quod ſequitur,*

קִפּוֹז *m.*, Iſa. 34. v. 15., merula, *juxta Buxtorfium, & quoſdam alios;* Merula *autem avis eſt* ſaltuatim *incedens: Bocharto, & Joa. Simoni videtur eſſe* ſerpens jaculus, *à* ſaltu *ſic dictus, quia in arbores, & in viatores* inſiliit: *Sed Græci, Chald., Syrus, Arabs, Vulg., Hieron., R. Salomon, Ab. Eſra, Kimchi in lib. Radicum, & quotquot fere ſunt, Hebræi reddunt* ericium, *ac ſi* קִפּוֹז *ſit idem, quod* קִפֹּד, *ita*

ita ſuadente ſcil. ſoni vicinitate, & literarum ו, *&* ר, *facili permutatione.*

קִפָּאוֹן; *Inde* יִקְפָּאוֹן *vide* קפא *pag.* 1286.

קָפַץ Occluſit, obdidit, contraxit, conſtrinxit: *Item* ſubſiliit, tranſiliit, ſubſultavit; *quem poſtremum ſenſum derivant nonnulli ex eo, quod, qui* exſiliunt, *ſive* ſubſiliunt, contractis, *ſive* ſtrictis *pedibus properant, quemadmodum reptilia, quæ ſcil.* contractione *celerius prorepunt. Sed Joa. Simon arbitratur,* ſubſiliendi *ſignificationem eſſe Chald. Præterit.* אִם־קָפַץ בְּאַף רַחֲמָיו an occluderet, *ſive* concluſit, continebit in ira miſericordias ſuas, Pſalm. 77. verſ. 10. *Fœm.* וְכָל־עַוְלָה קָפְצָה פִּיהָ, Pſalm. 107. v. 42., & omnis iniquitas occludat, *ſive* occluſit, *& juxta Vulg.* oppilabit os ſuum; *& ita* Job. 5. v. 16., *ubi Vulg. reddit*, contrahet: *Futur.* וְלֹא תִקְפֹּץ אֶת־יָדְךָ & non contrahes, *ſive* non occludes manum tuam, Deut. 15. v. 7. *Plur.* עָלָיו יִקְפְּצוּ מְלָכִים פִּיהֶם ſuper eum occludent, *& juxta Vulgat.* continebunt reges os ſuum, Iſa. 52. v. 15. *Niph. Futur. plur.* יִקָּפֵצוּן, Job. 24. v. 24., occludentur, *ſcil. ſepulcro, ita Buxtorfius; Alii reddunt*, conſtringentur, *ita ſcilicet, ut ſe loco movere nequeant; Vulgat. cum aliis habet*, auferentur, *q. d.* excidentur, *i. e.* claudetur os eorum, & repente occidentur, ne forte voce ſua clament. *Pih. Partic.* מְקַפֵּץ ſubſultans, ſubſiliens, Cant. 2. v. 8.

קֵץ *Vide poſt* קצץ; *Sed* קֵץ *vide in* קוץ.

קָצַב Præcidit, abſcidit, cæcidit, *ita tamen concinnè, ut in præcidendo ſervetur æqualitas, & menſura. Hinc Rabbini, ut habet Robertſon, hoc verbo utuntur pro* præfinire, præſcribere, limitare. *Partic. Pahul fœm. plur.* שִׁנַּיִךְ כְּעֵדֶר הַקְּצוּבוֹת, Cant. 4. verſ. 2., dentes tui ſicut grex præciſarum, *i. e.* tonſarum, *ſcil. ovium, deeſt ſiquidem ſubſtantivum, atque ita cum Vulgat., & Buxtorfio vertunt multi; At Pagninus, Junius, Bochartus* Part. I. lib. II. cap. 45. de animalibus *&c., aliique reddunt*, dentes tui ut grex, *ſive* ſimiles gregi ovium æqualium, *i. e., ut exponunt Ab. Ezra hoc in loco, & Kimchius in Lexico, ejuſdem ſtaturæ, & menſuræ, ac ſi unaquæque* cæſa fuiſſet *adinſtar ſociæ ſuæ: Futur.* וַיִּקְצָב־עֵץ, 2. Regum 6. verſ. 6., præ

præcidit lignum, *æqualiter ſcil.*, *q. d.*, *inquit Rabbi David*, & præcidit lignum in menſura, *ut eſſet manubrium ferro*.

קֶצֶב *m.* Præciſio, inciſio, cæſura: קֶצֶב אֶחָד cæſura eadem, 1. Reg. 7. verſ. 37., *id eſt*, *eadem*, *& æqualis proportio omnibus erat*: *Plur. conſtr.* לְקִצְבֵי הָרִים ad præciſiones montium, Jon. 2. v. 7., *i. e.*, radices, fines, extremitates, *ubi montes* præciſi *videntur*.

קָצָה Scidit, ſuccidit, præcidit, abſcidit, abraſit, amputavit, decurtavit, detruncavit, *propriè finem*, *& extremitatem*: *Aliud* קָצָה *vide infra inter nomina*; *item* קָצֹהוּ *vide infra in nom.* קָצָה: *Infin.* קְצוֹת־עַמִּים exſcindendo populos, Hab. 2. v. 10. *Pih. Partic.* מְקַצֶּה רַגְלַיִם detruncans pedes, Prover. 26. v. 6., *ubi Vulg. habet*, claudus pedibus; מְקַצָּה, *&* מִקְצֵה *vide infra in nom.* קָצֶה; *item* מִקְצָה, *&* מִקְצַת *vide infra inter nomina*, *ſuo proprio loco*: *Inf.* לְקַצּוֹת בְּיִשְׂרָאֵל, 2. Reg. 10. v. 32., truncare, *juxta Buxtorfium*, *aliis eſt* exſcindere, abſcindere, *vel*, *ut habet Vulgat.*, *petita ſignificatione à* קוץ tædere, tædio affici in, *vel* ſuper Iſrael. *Hiph.* הִקְצָה; *ſed* הַקְצֵה *vide infra in nom.*, הֵקִיץ, מֵתְקִיץ, *&c. vide pag.* 1254. *Præter. plur.* אֲשֶׁר הִקְצוּ quem abraſerint, Levit. 14. v. 41. *Infin.* וְאַחֲרֵי הִקְצוֹת אֶת־הַבַּיִת, Levit. 14. v. 43., *ubi* Chirek *eſt loco* Pathach, & poſtquam abraſerint domum, *ſive* poſtquam abraſa fuerit domus; *Vulg. habet*, & pulvis eraſus.

קָצֶה *m.* Finis, extremum, extremitas, *quaſi* præciſum *dicas*: *ubi enim res* præciditur, *ibi ejus* finis *eſt*. *Vide infra* קָצֶה *inter nomina*. *Bochartus*, *Ludovicum de Dieu ſequutus*, Part. I. lib. II. cap. XXXIV. de animal. *pag.* 356. *multis probat*, *vocem* קצה *ſignificare non ſemel* univerſitatem, *ſive* totum, *ita ut* extremum, *&* totum, *ſive* in univerſum *haberi debeant ut ſynonyma*, *quia*, *addit ille*, extrema *pertinent ad* complementum *rei*; *neque ullus dici poteſt* totum *orbem peragraſſe*, *donec venerit ad* extrema: *Cum præfix.* מִן־הַקָּצֶה אֶל־הַקָּצֶה ab extremo ad extremum, Exod. 26. v. 28.; כָּל־הָעָם מִקָּצֶה, Geneſ. 19. v. 4., totus populus ab extremitate, *i. e.* in univerſum, *ſive*, *ut habet Vulg.*, ſimul; עִירוֹ מִקָּצֶה, Jerem. 51. verſ. 31., civitas ejus ab

ab extremitate, *ſive* à ſummo, *id eſt* tota: *Conſtr.* קְצֵה finis, Exod. 16. v. 35., Numer. 20. v. 16., וַיַּרְא מִשָּׁם קְצֵה הָעָם, Num. 22. v. 41., & vidit inde extremitatem, *ſive* extremam partem populi, *id eſt* totum exercitum uſque ad extremam partem, *ut patex ex* Numer. 23. verſ. 13., בִּקְצֵה in extremitate, *ſive* extrema parte, Gen. 23. v. 9., בִּקְצֵה הַמַּחֲנֶה, Numer. 11. v. 1., ab extremitate caſtrorum, *id eſt*, *ut quidam cum Bocharto exponunt*, per univerſa caſtra; *Vulg. habet*, (devoravit) extremam caſtrorum partem; בִּקְצֵה הַמָּיִם in extremo, *ſive*, *juxta Vulgat.*, *& alios*, in parte aquarum, Joſ. 3. verſ. 15., וּבִקְצֵה תֵבֵל & in extremitatem orbis, *ſive* in totum orbem, Pſalm. 19. v. 5., מִקְצֵה à fine, post finem, Geneſ. 8. v. 23., Deuter. 14. v. 28., וּמִקְצֵה אֶחָיו לָקַח חֲמִשָּׁה, Gen. 47. v. 2., & de, *ſive* ex extremitate fratrum ſuorum, *id eſt* ex omnibus fratribus ſuis accepit quinque, *ita cum Bocharto multi*; *Alii vertunt*, & partem fratrum ſuorum tulit, *quia* קָצֶה extremitas *eſt* pars *in integro*, *ſeu toto aliquo*; *Vulgat. habet*, extremos quoque fratrum ſuorum: מִקְצָת, *&c. vide infra in nomine* קָצָה: וּלְמִקְצֵה & ab extremo, à ſummo, Deuter. 4. verſ. 32., וְעַד־קָצֵהוּ & uſque ad extremum ejus, Geneſ. 47. v. 21., אֶפֶס קָצֵהוּ, Numer. 23. verſ. 13., tantummodo extremitatem; *id eſt* partem ejus (videas); בְּקָצֵהוּ in extremitatem, *ſive* in finem ejus, Exod. 19. verſ. 12., אִישׁ לְבִצְעוֹ מִקָּצֵהוּ, Iſa. 56. v. 11., quiſque ad avaritiam ſuam ab extremo ejus, *i. e.* ad unum omnes; *item* de fine ejus, Ezech. 25. v. 9. *Plur. cum affix.* מִקְצֵיהֶם, *ubi deficit* Dageſch *in* Koph, Ezech. 33. v. 2., ab extremitatibus, *& juxta Vulg.* de noviſſimis ſuis: *Sed alii etiam hoc in loco*, קצה *eſt* univerſitas, *redditurque*, è medio omnium ſui, *ſive* ex omnibus ſe.

קָצֶה *m.* Extremitas, finis, Iſa. 2. v. 7., Nah. 2. v. 10., 3. vv. 3. 9. *Sed* קָצֶה *vide in* קֵץ *post* קָצַץ.

קָצָה *f.* Extremum, finis: *Cum præfix* מִקָּצָה ab extremo, *& juxta Vulg.* in latere, *&* in ſummitate partis; Exod. 25. v. 19., 37. v. 8. *Conſtr.* קְצַת, *&* מִקְצָת *Chald. vide infra ſuo loco inter nomina*: *Cum præfix.* וּמִקְצָת יָמִים & à fine,

ſive

ſive poſt finem dierum, Dan. 1. verſ. 15., *& cum affix.* וּמִקְצָתָם & à fine, *ſive* poſt finem illorum, *ſcil. annorum*, Dan. 1. v. 5. *Plur.* קָצוֹת, *& conſtr.* קְצוֹת extremitates, fines, *item* partes, *juxta Vulgat.*, *alioſque*, Exod. 25. v. 18., 37. v. 7. *Cum præfix.* הַקְּצוֹת *vide ſupra in verbo*; לִקְצוֹת־הָאָרֶץ ad fines terræ, Job. 28. v. 24., *ſed* לִקְצוֹת *vide ſupra in verbo*; מִקְּצוֹת ab extremitatibus, *& juxta Vulgat.* à ſummitate, ab extremis, 1. Reg. 6. v. 24., Iſa. 41. v. 9., *ſed* מִקְצוֹת הָעָם, 1. Reg. 12. v. 31., 13. v. 33., *varie redditur*: *Quidam ita exponunt*, (conſtituit Sacerdotes) ex extremis populi, *id eſt* infimis: *Verum eos falli, exiſtimat Bochartus cum aliis*; *quia ibi Jeroboam redarguitur, quod, neglecta Levitica Tribu, & Aaronis familia, alios elegerit ſibi Sacerdotes* ex extremis populi; *quum autem è Levitica etiam Tribu nonnulli fuerint* infimi ordinis, *utpote qui ſupplices ſe proſternebant pro obolo, & fruſto panis*, 1. Sam. 2. v. 36., *hinc per τὸ* ex extremis populi *intelligendum, non quidem* ex infimis, *ſed* ex univerſo populo *fuiſſe ab Jeroboamo electos Sacerdotes*. *Tamen, pace tanti viri, optime ſtat, fuiſſe Jeroboamo in crimen vocatum, quod, non ſolum ex qualibet Tribu, ſed etiam* ex infimis *cujuſque Tribus Sacerdotes conſtituerit*. *Aliud ſiquidem eſt, quod in Tribu Levitica fuerint aliqui adverſà fortunà* infimi ordinis; *aliud vero, quod datà operà* ex infimis populi *fuerint in ſacrorum miniſtros electi*: *Vulg. vertit*, de extremis populi, *& alio loco*, de noviſſimis populi. *Cum affix.* קְצוֹתָיו, Exod. 24. v. 19., 27. v. 4., 28. v. 7., *ſed* 37. v. 8., 39. verſ. 4. *ſcribitur* קְצווֹתָו, *cum gemino ſcil.* Vau, *quaſi legendum fuiſſet* קְצֻוֹתָו, *ut mox in* קְצָוָה, *quod vide*, *ſed juxta Maſſorethas* Vau *redundat*, *atque legendum* קְצוֹתָיו, extremitates, *vel* ſummitates ejus; אֵת שְׁנֵי קְצוֹתָיו אָכְלָה, Ezech. 15. verſ. 4., duas, *vel* ambas extrémitates ejus, *& juxta Vulg.* utramque partem ejus conſumſit; עַל־קְצוֹתָם uſque ad extrema eorum, Pſalm. 19. verſ. 7., מִקְצוֹתָם, Jud. 18. verſ. 2., 2. Reg. 17. verſ. 32., ex univerſitatibus ſuis, *i. e.*, *ut multi exponunt*, ex omnibus ſuis, *qui aliquem* ſublimem *tenebant gradum*, *ſive* ex hominibus cujuſque ordinis; *Alii vero reddunt*, ex obſcuris hominibus,

bus, qui inter eos; *Vulg. ultimo in loco vertit*, de noviſſimis.

קְצָה *f. Chald.* Extremitas, finis: *Conſtr.* לִקְצָת, *& juxta Maſſor.* לִקְצָת poſt finem, Daniel. 4. vv. 26. 31. *Vide infra aliud* קְצָת.

קָצָו *maſc. Idem ac ſupra, ſed mutata tertia radicali* ה *in* ו: *Plur. conſtr.* קַצְוֵי extremitates, fines, termini, Pſalm. 48. v. 11., 65. v. 6., Iſa. 26. v. 15.

קְצָוָה *fœm. Idem ac ſupra: Inde plur.* קְצָוֹת, Pſal. 65. v. 9., fines, termini; *& cum præfix.* הַקְּצוֹת, Exod. 38. v. 5., extremitates, *ſive, juxta alios*, ſummitates.

קִיצוֹן *maſc.* Extremum: *Inde fœm.* הַקִּיצוֹנָה extrema, extremum: בִּשְׂפַת הַיְרִיעָה הַקִּיצוֹנָה, Exod. 26. v. 4., in ora cortinæ extremæ, *i. e. ſecundæ, ut habet Chald., vel, ut alii exponunt*, in ora cortinæ, in extremo, *inquam*, ipſius cortinæ; *& ita* Exod. 26. v. 10., 36. vv. 11. 17.

קְצָת *Chald.* Pars, *à toto* abſciſſa: מִן־קְצָת ex parte, Dan. 2. v. 42., לִקְצָת *vide ſupra in nom. Chald.* קְצָה.

מִקְצָת *fœm.* Pars, *item* finis: וּמִקְצָת כְּלֵי & partem vaſorum (tradidit), Dan. 1. v. 2., וּמִקְצָת יָמִים & à fine, *ſive* poſt finem dierum, Dan. 1. v. 15., וּמִקְצָת רָאשֵׁי הָאָבוֹת, Nehem. 7. v. 70., tum pars capitum paternarum familiarum, *id eſt* aliqui, quidam, *ſive* nonnulli è primoribus, *ſive* de principibus familiarum, *quemadmodum cum Vulgat. exponunt multi, & Rabbini etiam: Vide ſupra in nom.* קָצָה *pag.* 1290. וּלְמִקְצָת הַיָּמִים & poſt finem dierum iſtorum, Dan. 1. v. 18. *Cum affix.* וּמִקְצָתָם, Dan. 1. v. 5., & à fine iſtorum, *id eſt* exactis illis annis, *ut cum R. Saadia notant Buxtorfius, aliique tam veteres, quam recentiores; à quibuſdam tamen redditur*, & pars illorum, *ſive* aliqui, quidam ex illis.

קֶצַח *maſc.* Melanthium, nigella, gith, *herbæ, ſive ſeminis* -ׅ *cujuſdam genus, quod panes gratiſſimè condit, uti tradit Plinius* lib. XIX. cap. 8., *&* lib. XX. cap. 17. *Aben Eſra ſcribit*, gith *ſemen eſſe* cymino *minus, & nigrum: Occurrit autem apud* Iſa. 28. vv. 25. 27.

קצן *Radix Hebræis inuſit. Ejuſdem tamen primævam ſignificationem derivant nonnulli à Radice Arab.* חצן, *quæ in* 1. *Conjug.*

5. *Conjug.* *ſonat*, nobilis, *&* præclarus fuit. *Nam, ut notat Joa. Simon, verba incipientia à literis* חצ, *&* קצ *in multis conveniunt. Inde eſt nom. Hebr., quod ſequitur.*

קָצִין *maſc.* Dux, ductor, princeps, Proverb. 6. v. 7., 25. verſ. 15., Iſa. 3. verſ. 6., Dan. 11. v. 18. *Cum præfix.* וְהָיִיתָה לָּנוּ לְקָצִין & eſto nobis in ducem, Jud. 11. v. 6. *Conſtr.* קְצִין עָם princeps populi, Iſa. 3. verſ. 7. *Plur. conſtr.* וּקְצִינֵי & principes, duces, judices, Joſ. 10. v. 24., Iſa. 1. verſ. 10., Mich. 3. vv. 1. 9. *Cum affix.* כָּל־קְצִינַיִךְ omnes duces tui, Iſa. 22. v. 3.

קִיצוֹנָה *fœm. Vide ſupra in* קיצון *pag.* 1292.

קצע Abſcidit, abraſit, decorticavit, *& Æthiop., ut admonet Jo. Simon, eſt,* incurvavit; *Arab. vero,* curvatus eſt: *Sed Hebr. in Kal non occurrit. Partic. fœm. paſſivum plural. in Pih.* מְקֻצָּעוֹת *vide infra in nomine* מִקְצוֹעַ: *Vide etiam inter ipſa nomina* מַקְצֻעָה. *Hiph.* הִקְצִיעַ tectorio nudavit, lituram, *vel* ſuperficiem muri abraſit, *juxta Buxtorfium, alioſque; item, juxta quoſdam,* dolavit: *Futur.* וְאֶת־הַבַּיִת יַקְצִעַ מִבַּיִת, Levit. 14. verſ. 41., & domum nudabit tectorio, *vel* circumradet intrinſecus, *juxta Buxtorfium, ſive, ut quidam vertunt,* abradet, abradat intrinſecus; *Vulgat., aliique habent,* domum jubebit abradi intrinſecus: *Partic. fœm. in Hoph. vide in nom.* מִקְצוֹעַ.

קְצִיעָה *f.* Caſia, *non quidem medicinæ, ſed aromatis ſpecies, ſive, arbuſcula, frutex aromaticus, cujus cutis* abraditur: *Nam* caſia *ſolo* cortice *eſt commendabilis; dicta* קְצִיעָה, *quod ſit* decorticata, *vel* decorticanda, *ut ſcil. vel ipſa, ſicca, vel ipſius cortex fiat aroma. Occurrit tantum in plur.* קְצִיעוֹת, Pſalm. 45. verſ. 9., caſiæ, *plur. ad emphaſin, ut notant quidam; Alii cum Joa. Simon. vertunt,* cortices caſiæ abraſi, *&* decorticati.

מִקְצוֹעַ, *&* מִקְצֹעַ *m.* Angulus, *q. d.* locus *ædificii* abſciſſus, *ſive* abruptus; *in quo nimirum velut* abſcinditur *ſuperficies, & definit,* [illegible] *enim* angulus *linearum duarum* ſectio. *Hinc uſurpatur etiam pro* extremitate, latere, *&* parte: *Quibuſdam videtur* angulus *dictus* מִקְצוֹעַ *ex ſignificatione radicis Æthiop., & Arab., quaſi ſcil.* locus *ædificii* incurvatus. *Cum præfix.* וְעַל־הַמִּקְצוֹעַ, 2. Paral. 26. verſ. 9., in angulo,

gulo, *&* *juxta quoſdam cum Vulgat.* in latere; מִן־הַמִּקְצֹעַ ab angulo, Nehem. 3. verſ. 20., עַד־הַמִּקְצוֹעַ וְעַד־הַפִּנָּה, Nehem. 3. v. 24., uſque ad angulum, & uſque ad angulum; *nam utraque vox idem ſignificat*, angulum *ſcil. in muro præcipuum*; *Quidam autem arbitrantur*, מִקְצוֹעַ *eſſe* angulum interiorem *ædificii*, *ſive* partem muri incurvam; פִּנָּה *vero eſſe* angulum exteriorem, *ſive* alam quandam, *quà muri pars ſuprema muniebatur*; *Vulg. vertit*, uſque ad flexuram, & uſque ad angulum: מִנֶּגֶד הַמִּקְצוֹעַ contra angulum, *ſive*, *juxta alios*, contra flexuram, *vel* à proſpectu, è regione flexuræ, *ſive* curvaturæ, Nehem. 3. v. 25., בְּמִקְצֹעַ in angulo, Ezech. 46. verſ. 21. *Plur. conſtr.* אֶל־אַרְבַּעַת מִקְצוֹעֵי per quatuor angulos, Ezech. 46. verſ. 21. *Plur. fœm.* מִקְצֹעֹת, Ezech. 46. verſ. 22., *&* *cum præfix.* הַמִּקְצֹעֹת, Exod. 26. v. 24., 36. v. 29., anguli: *Cum affix.* וּמִקְצוֹעֹתָיו & anguli ejus, Ezech. 41. v. 22. *Inde*, *ut quidam cum Joa. Simone exiſtimant*, *efformatum Partic. plur. fœm. in Pyh. cum præfix.* לִמְקֻצְעֹת הַמִּשְׁכָּן, Exod. 26. verſ. 23., 36. v. 28., angulatis, *ſive* angulariis tabernaculi; *At LXX.*, *Vulg.*, *Buxtorfio*, *aliiſque eſt nomen*, *redditurque*, angulis, *vel* in angulis tabernaculi: *Item Partic. plur. fœm. in Hoph.* מִדָּה אַחַת לְאַרְבַּעְתָּם מְהֻקְצָעוֹת, Ezech. 46. v. 22., menſura una quatuor ipſis, *atriis ſcil.*, angulatis, *ſive* angularibus, *i. e.* in angulis conſtitutis; *Vulg. vertit*, menſuræ unius quatuor erant. *Vide*, *quod ſequitur*.

מַקְצֻעָה *fœm.* Angulus: *Plur.* יַעֲשֵׂהוּ בַּמַּקְצֻעוֹת, Iſa. 44. v. 13., aptat illud in angulos, *ita Buxtorfius*, *&* *cum ipſo multi*; *Vulg. vertit*, fecit illud in angularibus: *R. Salomoni*, *quem ſequuntur Joa. Simon*, *aliique*, τὸ מַקְצֻעוֹת *ſunt* dolabræ, ſcalpra, *inſtrumenta ſcil.*, *quibus faber lignarius* abſcindit, *&* abradit, complanat, lævigat, *&* dedolat *lignum*. *In numero autem plural. uſurpatur*, *quia*, *ut habet Robertſon*, *ad hoc opus duo ſunt inſtrumenta*, dolabra *ſcil.*, *aut* planula major, *&* minor. *Sed R. Jonah reddit*, aptavit illud regula, *ſive* amuſſi.

קָצַף Ferbuit, efferbuit, ſpumavit: *Metaphoricè tantum de irato dicitur*, *pro*, irà efferveſcere, *quod* gravius irati *aliquando* ſpument; *atque tunc reddendum*, graviter ſuccenſuit.

ſuit, vehementer iratus eſt: *Conſtruitur abſolutè, & cum Præpoſit.* עַל. *Præter.* קָצַף עַל־עֲבָדָיו efferbuit, *ſive* iratus eſt contra ſervos ſuos, Geneſ. 41. v. 10., אֲשֶׁר קָצַף qua ſuccenſus eſt, Deut. 9. v. 19., קָצַפְתָּ efferbuiſti, iratus es, Iſa. 64. v. 4., Thren. 5. v. 22., קָצַפְתִּי irâ efferbui, iratus ſum, Iſa. 47. verſ. 6. *Partic.* קֹצֵף ſuccenſens, iraſcens, Zach. 1. v. 15. *Infin. cum præfix.* מִקְּצֹף עָלַיִךְ, Iſa. 54. v. 9., ab effervefcendo, *id eſt* ne effervefcam, *ſive* iraſcar contra te: *Futur.* אֶקְּצוֹף, Iſa. 57. verſ. 16., iraſcar; וָאֶקְצֹף, Iſa. 57. v. 17., & iratus, indignatus ſum; תִּקְצֹף ſuccenſebis, ſuccenſeas, iraſcaris, Num. 16. verſ. 22., Iſa. 64. v. 8., יִקְצֹף effervefcet, ſuccenſebit, ſuccenſeat, iraſcatur, Levit. 10. v. 6., Joſ. 22. v. 18., Eccleſ. 5. v. 5., וַיִּקְצֹף & efferbuit, iratus eſt, Geneſ. 40. v. 2. *Plur.* וַיִּקְצְפוּ & efferbuerunt, & irati ſunt, 1. Sam. 29. verſ. 4. *Hiph.* הִקְצִיף irâ effervefcere fecit, ad iram concitavit, provocavit: *Præter.* הִקְצַפְתָּ אֶת־יְהוָה irâ effervefcere feciſti, *ſive* ad iracundiam provocaſti Dominum, Deut. 9. v. 7. *Plur.* הִקְצַפְתֶּם effervefcere feciſtis, ad iram provocaſtis, Deut. 9. v. 8. *Partic. plur.* מַקְצִפִים facientes irâ effervefcere, ad iram provocantes, Deut. 9. verſ. 22. *Infin. cum præfix.* בְּהַקְצִיף אֲבֹתֵיכֶם, Zach. 8. v. 14., cum ad iracundiam provocaſſent patres veſtri: *Futur. plural.* וַיַּקְצִיפוּ עַל־מֵי & ad iram provocarunt juxta, *ſive* ad aquas, Pſalm. 106. v. 32. *Hithp. Præter.* וְהִתְקַצַּף & efferbuerit, *ſive*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, & iraſcetur, & irâ apud ſe effervefcet, Iſa. 8. v. 21.

קְצַף *Chald. in Peal ſignificat idem ac ſupra. Inde Præterit.* וּקְצַף שַׂגִּיא, Dan. 2. v. 12., & efferbuit, & iratus eſt vehementer; *Sed Vulg.*, *& quibuſdam aliis eſt nomen*, *redditurque*, & irâ magna; *vide*, *quæ ſequuntur*.

קֶצֶף *maſc.* Spuma, *quæ in ſuperficie aquæ* effervefcentis, *&* æſtuantis: *Item metaphoricè* ira, fervens *ſcil.*, *& quaſi* ſpumans, fervor, indignatio, Num. 1. v. 53., *&c.*, *& in pauſa* וָקָצֶף & ira, indignatio, Eccleſ. 5. v. 16., Eſth. 1. v. 18. *Cum præfix.* הַקֶּצֶף ira, Num. 17. v. 11., וּבְקֶצֶף & in indignatione, Deuter. 29. v. 27., כְּקֶצֶף, Hoſe. 10. verſ. 7., quaſi ſpuma; *ſed quidam*, *hoc in loco*, *cum Kim-*

 chio

chio *intelligunt* cremium, *ſive* quiſquilias; *alii pauci* fragmentum arboris, *ſive* rami, *à rad. Arab.* קצף fregit: מִקֶּצֶף יְהוָה propter ſervorem Domini, *ſive*, *juxta Vulg.*, ab irâ Domini, Jerem. 50. verſ. 13. *Cum affix.* בְּקִצְפִּי in fervore meo, *ſive* in irâ, in indignatione mea, Iſa 60. verſ. 10., אַל בְּקֶצְפְּךָ תוֹכִיחֵנִי ne in fervore tuo corripias me, Pſalm. 38. v. 2., וְקִצְפֶּךָ (à facie indignationis tuæ) & iræ tuæ, Pſalm. 102. verſ. 11., מִקִּצְפּוֹ à fervore ſuo, *ſive* ab irâ, indignatione ſua, Jerem 10. v. 10.

קְצַף *m. Chald.* ira: דִּי־לְמָה לֶהֱוֵא קְצַף עַל־מַלְכוּת, Eſdr. 7. v. 23., cujus, *ſcil. Dei*, ut quid futura eſt ira contra regnum? *ita Pagninus, Arias Montanus; LXX. autem verterunt*, μή ποτε γένηται ὀργὴ ἐπὶ τὴν βασιλείαν, *i. e.*, *ut habent Vulg., Junius, Tremellius, aliique*, ne forte iraſcatur, *ſeu* ſit ira (*Dei*) contra regnum.

קֶצֶף; *Inde* מִקֶּצֶף *vide ſupra in Infin. verbi* קָצַף.

קְצָפָה *f.* Spuma, *juxta Buxtorfium, & quoſdam alios*: וּתְאֵנָתִי לִקְצָפָה, Joel. 1. v. 7., (poſuit) & ficum meam in ſpumam, *i. e.*, rem nihili, *juxta Ab. Eſram*: *Quidam exponunt* in clavum, *vel* fungum, *qui ſcil.* effervescentia *quædam, & ſpuma eſt in arbore, q. d.* in decorticationem, *ſive quod* decorticata eſt, *ob multam ſiccitatem; Vulg. verbaliter reddit*, & ficum meam decorticavit: *Bocharto in* Hieroz. P. II. pag. 469., *& Joa. Simoni in* Lex. τὸ קְצָפָה *eſt* fractio, fractura, *ex ſignificatione radicis Arab.*

קָצַץ Abſcidit, concidit, præcidit, amputavit, truncavit, mutilavit, *de* extremitate *propriè dicitur. Præter. cum* ה *paragog.* וְקַצֹּתָה אֶת־כַּפָּהּ & amputabis, *ſive*, *juxta Vulgat., alioſque*, & abſcindes manum illius, Deuter. 25. v. 12. *Partic. Pahul plur. conſtr.* וְעַל כָּל־קְצוּצֵי פֵאָה, Jerem. 9. v. 25., & ſuper omnes amputatos, *ſive* præciſos latere, *vel* angulo, *id eſt*, attonſam, & circumraſam comam habentes, *ut mos fuit Arabum. Aliam expoſitionem vide i*n פֵּאָה. *Pih. Præter.* קִצֵּץ, Exod. 39. v. 3., Pſalm. 46. v. 10., 129. v. 4., & קִצַּץ, 2. Reg. 18. v. 16., truncavit, concidit, confregit, confringet: *Futur.* וַיְקַצֵּץ & truncavit, *id eſt*, decerpſit, *vel*, præcidit, concidit, 2. Reg. 16. v. 16., 24. v. 13., 2. Paral. 28. v. 24. *Plur.*

וַיְקַצְּצוּ אֶת־יְדֵיהֶם & amputarunt manus eorum, 2. Sam. 4. v. 12. *Pyh. Partic. plur.* מְקֻצָּצִים mutilati, amputati, truncati, Jud. 1. v. 7.

קְצַץ *Chald. ſignificat idem ac ſupra: Unde Pahel Imper. plural.* וְקַצִּצוּ עַנְפוֹהִי, Dan. 4. v. 11., & amputate, abſcindite, præcidite ramos ejus.

קְצִיץ Ketzis, *& juxta Vulg.* Caſis, *nom. propr. urbis*, Joſ. 18. v. 21.

קֵץ *m.* Finis, extremum, extremitas, *q. d.* abſciſſio rei: קֵץ כָּל־בָּשָׂר finis univerſæ carnis, Gen. 6. v. 13. *Cum præfix.* הַקֵּץ finis, 2. Paral. 21. v. 19., *&c.*, *ſed* הֲקֵץ nunquid finis? Job. 16. v. 3., לְקֵץ, *&* לְקֵץ, poſt finem, 2. Paral. 18. v. 2., Dan. 11. v. 6., ad finem, *ſive, juxta Vulg.*, ad præfinitum, Dan. 12. v. 13., *&* in fine, Dan. 6. v. 13., 12. verſ. 13., Habac. 2. verſ. 3., מִקֵּץ à fine, *i. e.* poſt, Geneſ. 4. v. 3., *&c.*, *item* מִקֵּץ הֱיוֹת לָהּ poſtquam factum fuiſſet ei, Eſth. 2. verſ. 12., *item* ab extremitate, *i. e.*, *ut habet Vulg.*, ab extremis finibus, Jerem. 50. v. 26. *Cum* ה *paragogico*, קֵצֶה, Iſa. 2. v. 7., *vel* קֵצֶה, Nah. 2. verſ. 10., *&* 3. v. 9., finis, *eſtque* Milhel, *ſive penacutum*, *propter* ה *paragogicum*, *ut ſcribit Ab. Eſra*: מִקְצֵה *vide ſupra poſt* קצה *pag.* 1290. *Cum affix.* קִצִּי finis meus, Job. 6. v. 11., Pſal. 39. v. 5., קִצֵּנוּ finis noſter, Thren. 4. v. 18., קִצֵּךְ finis tuus, Jer. 51. v. 13., וְאָבוֹא מְרוֹם קִצּוֹ, Iſa. 37. v. 24., & introibo altitudinem extremitatis ejus; וּבָא עַד־קִצּוֹ, Dan. 11. v. 45., & veniet uſque ad extremitatem, *ſive* ſummitatem ejus; *finis enim eſt tam in* principio, *ſive* vertice, *quam in* fine, *ſive* imo; וְקִצּוֹ & finis ejus, Dan. 9. v. 26. *Et cum* ה *loco* Vau, מְלוֹן קִצֹּה, 2. Reg. 19. v. 23., & habitaculum extremitatis, *vel* finis ejus: *Plur. conſtr.* תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין ponetis fines ſermonibus, Job. 18. v. 2., *cum* Nun *loco* Dageſch, *more Chaldaico*.

קָצַר Abbreviavit, decurtavit, ſecuit, abſcidit, *& ſpeciatim* fruges; *unde* meſſuit, demeſſuit: *Item intranſitivè* abbreviatus, decurtatus, anguſtatus, imminutus eſt, *&* breve, curtum fuit, *aut* factum eſt: *Metaphoricè, junctum cum nomine* יָד *indicat* abbreviationem, *&* imminutionem potentiæ

potentiæ agendi; *junctum vero cum nomine* נֶפֶשׁ, *&* רוּחַ, *opponitur* longanimitati, *&* patientiæ, *adeoque* abbreviatio ſpiritus, *ſive* animæ *exprimit ejuſdem* impatientiam, indignationem, tœdium, *&* mœrorem; ſpiritus *enim*, *ſive* cor *in mœrore* contrahitur, *& in gaudio* dilatatur, *ut eſt Joa. Simoni animadverſum. Præt.* קָצַר הַמַּצָּע מֵהִשְׂתָּרֵעַ. Iſa. 28. v. 20., brevius eſt ſtratum quam ut (quis in eo) ſe ſe extendat; *Vulg. vertit*, coanguſtatum eſt ſtratum, ita ut alter decidat: *& cum præfix.* ה *interrog.* הֲקָצַר רוּחַ יְהוָה nunquid abbreviatus eſt ſpiritus Domini? Mich. 2 v. 7. *Fœm.* הֲקָצוֹר קָצְרָה יָדִי, Iſaia 50. verſ. 2., nunquid abbreviando abbreviata eſt manus mea? *Plur. in pauſa* וְקֹצִים קָצָרוּ & ſpinas meſſuerunt, Jerem. 12. v. 13., עַוְלָתָה קְצַרְתֶּם iniquitatem meſſuiſtis, Hoſe. 10. v. 13., וּקְצַרְתֶּם אֶת־קְצִירָהּ & meſſuiſtis, *ſive* meſſueritis ſegetem, *ſive* fruges ejus, Levit. 23. v. 10. *Partic.* קוֹצֵר, Pſalm. 129. verſ. 7., *& cum præfix.* הַקֹּצֵר, Jerem. 9. v. 21., metens, meſſor; וְנִגַּשׁ חוֹרֵשׁ בַּקֹּצֵר & attinget arator ad meſſorem, Amoſ. 9. v. 13. *Plur.* קֹצְרִים, 1. Sam. 6. v. 13., *& cum præfix.* הַקּוֹצְרִים, *& ſine* Vau הַקֹּצְרִים, Ruth. 2. vv. 3. 5. 6, *&c.*, metentes, meſſores; לַקּוֹצְרִים meſſoribus, Ruth. 2. v. 4. *Partic. Pahul plural. fœm.* וְהַלְּשָׁכוֹת הָעֶלְיוֹנֹת קְצֻרוֹת, Ezech. 42. verſ. 4., & cubicula illa ſuperiora *erant* abbreviata, *id eſt*, *ut cum Vulg. habent multi*, erant humiliora, *ſive* arctiora, ſtrictiora: *Infin. cum præfix.* הֲקָצוֹר nunquid abbreviando? Iſa. 50. v. 2., לֹא תְכַלֶּה פְּאַת שָׂדְךָ לִקְצֹר, Levit. 19. v. 9., non conſummabis, *ſive* finies extremitatem agri tui metendo; וְלִקְצֹר & ad metendum, 1. Sam. 8. v. 12. *Cum affix. in pauſa* בְּקָצְרֶךָ in metendo te, *i. e.* quum meſſueris, Levit. 23. v. 22., וּבְקֻצְרְכֶם, Levit. 19. verſ. 9., 23. v. 22., & in metendo vos, *i. e.* quando meſſueritis: *Imper. plural.* וְקִצְרוּ & metite, 2. Reg. 19. verſ. 29., Iſa. 37. v. 30., Hoſe. 10. v. 12. *Futur.* תִקְצֹר, Levit. 25. v. 5., Deut. 24. v. 19., *&* תִקְצוֹר, Mich. 6. verſ. 15., metes; יִקְצוֹר, Eccl. 11. v. 4., Iſa. 17. verſ. 5., *&* יִקְצָור־, Proverb. 22. v. 8., metet: *Sed fœm.* הֲיַד יְהוָה תִּקְצָר nunquid manus Domini abbreviabitur, *ſive* abbreviata eſt, *id eſt*, *ut optime reddit Vulg.*, invalida eſt?

eſt? Num. 11. v. 23., תִּקְצַר רוּחִי Job. 21. v. 4., abbreviabitur, abbreviaretur, *id eſt* anguſtiis, *ſive* toedio, moerore conficeretur ſpiritus meus; וַתִּקְצַר נֶפֶשׁ־הָעָם & anguſtata eſt, *id eſt* tæduit, *ſive, juxta Vulg.*, & tædere cœpit animam populi, Numer. 21. verſ. 4., וַתִּקְצַר נַפְשׁוֹ, Jud. 10. v. 16., & abbreviata eſt anima ejus, *id eſt* voluntas ejus, *ſive* indignatio ejus, *qua antea ſcilicet fuerat Deus conteſtatus*, non addam, ut ſervem, *ſive* liberem vos; *unde bene cum Vulgat. reddunt multi*, doluit (ſuper miſeriis eorum), *q. d., non potuit ultrà æquo animo ferre Iſraelis anguſtias: ità ibidem* cap. 16. verſ. 16., imminuta eſt, *ſive* elanguit, *& juxta Vulg., alioſque*, defecit anima ejus, *videl. Samſonis: Plur.* תִּקְצְרוּ metetis, Lev. 25. verſ. 11., *& in pauſa* יִקְצֹרוּ, Pſalm. 126. v. 5., Hoſe. 8. v. 7., *& etiam, juxta Maſſor.*, Job. 24. v. 6., *licet ſcriptum legatur* יִקְצִירוּ, *item cum* Nun *paragog.* יִקְצֹרוּן, Ruth. 2. v. 9., metent, metunt, demetunt; *Cum affix.* יִקְצְרֻהוּ metent eum, Job. 4. v. 8. *Sed fœm.* תִּקְצֹרְנָה abbreviabuntur, *ſive* abbreviantur, decurtantur, Proverb. 10. v. 27. *Pih. Præter.* קִצַּר יָמָי, Pſal. 102. v. 23., decurtavit, abbreviavit dies meos, *ità Buxtorfius, aliique; Sed LXX., Vulg., Auctor editionis Syriacæ, & alii verterunt*, paucitatem dierum meorum (nuntia mihi); *ſic autem ſunt interpretati, quia legerunt* קֹצֶר *pro* קִצַּר, *& ex verſu ſequenti has duas dictiones* אֹמַר אֵלִי dicam deus mi *depromptas adſcripſerunt verſui præcedenti, ita tamen legentes* אֱמֹר אֵלַי dic mihi: *Quam quidem interpretationem defendit Gilbertus Genebrardus ſuis in Pſalmos comment. Hiph. Præterit.* הִקְצַרְתָּ יְמֵי עֲלוּמָיו decurtaſti dies adoleſcentiæ ejus, Pſalm. 89. verſ. 46., *Vulgat. ibidem vertit*, minoraſti dies temporis ejus; *nec immerito: nam* עֲלוּמִים *non* adoleſcentiam *ſolum, ſed &* annos, *ſive* tempora occultationis *ſignificat:* הַקָּצִיר *vide infra in nom.* קָצִיר: *Fut. plur.* יַקְצִירוּ, *vel, juxta quoſdam codices,* יַקְצִֽירוּ, *vide ſupra in Kal.*

קָצֵר *m.* Abbreviatus, decurtatus, brevis, curtus, contractus: הַקָּצֵר *vide ſupra in verbo: Conſtruct.* קְצַר יָמִים brevis dierum, *i. e., ut cum Vulg. exponunt alii*, brevi vivens tempore; קְצַר־אַפַּיִם brevis irarum, Prov. 14. v. 17., *id eſt*,

 iracundus,

iracundus, præceps ad iram, *qui ſcil.* citò iraſcitur, *vel* facilis eſt ad iracundiam, *cui inter offenſionem, & indignationem breve prorſus intercedit* ſpatium; *& ibidem* v. 29., קְצַר־רוּחַ brevis ſpiritu, *i. e.*, præceps animo, *ſive* impatiens, iracundus; *Plur. conſtr.* קִצְרֵי יָד breves manu, 2. Reg. 19. v. 26., Iſa. 37. v. 27., *id eſt*, contracti, manci, *juxta Buxtorfium*; *Sed Vulg.*, *& alii habent*, breviati, humiles manu, *i. e.* impotentes, imbecilli, infirmati virtute, *ſive* potentia agendi.

קֹצֶר *m.* Brevitas, imminutio; *& metaphoricè* impatientia, tædium, anguſtia; *ſic* מִקֹּצֶר רוּחַ præ anguſtia ſpiritus, Exod. 6. verſ. 9.

קוֹצֵר, *&* קֹצֵר, *&c. Vide ſupra in verbo.*

קָצֵר: *Inde* בְּקֻצְרְכֶם, *&* בְּקָצְרְךָ *vide ſupra in verbo.*

קָצוֹר, *&* קְצֹר, *&c. Vide ſupra in eodem verbo.*

קָצִיר *maſc. Eſt*, I. Meſſis, *tempus videl.* abſciſſionis *frugum*, Geneſ. 8. v. 22., 45. v. 6., Joſ. 3. v. 15., *&c.*, בִּימֵי קָצִיר in diebus meſſis, 2. Sam. 21. v. 9., אֶל־קָצִיר, 2. Sam. 23. v. 13., in meſſe, *id eſt* tempore meſſis; וְהָיָה כֶּאֱסֹף קָצִיר קָמָה, Iſa. 17. v. 5., & erit ſecundum colligere, *id eſt* ſicut cum colligit meſſem ſegetis adhuc ſtantis, *Aliis τὸ* קָצִיר, *hoc in loco*, *eſt* meſſor, *ſicuti* Proverb. 23. verſ. 28. præda *ponitur pro viro* prædæ; *unde reddunt*, & erit ut cum colligit meſſor ſegetem adhuc ſtantem: II. *Metonymicè ipſæ* fruges: III. Ramus, frons, *ab* amputando, *vel* decurtando, Job. 14. v. 9. *Cum præfix.* הַקָּצִיר meſſis, Exod. 23. verſ. 17., בַּקָּצִיר in meſſe, Exod. 34. verſ. 21., Prov. 6. v. 8., לַקָּצִיר ad meſſem, *ſive* uſque ad meſſem, Amoſ. 4. verſ. 7. *Conſtr.* בִּימֵי קְצִיר־חִטִּים in diebus meſſis tritici, Gen. 30. v. 14., קְצִיר־הַשְּׂעֹרִים meſſis hordeorum, Ruth. 2. v. 23. *Cum. affix.* בִּקְצִירִי in ſegete mea, in meſſe mea, *& juxta Buxtorfium, alioſque*, in ramo meo, Job. 29. v. 19., קְצִירְךָ meſſis, ſeges tua, fruges tuæ. Levit. 19. verſ. 9., 23. v. 22., 25. v. 5., Deut. 24. v. 19., Jerem. 5. v. 17., *fœm.* וְעַל־קְצִירֵךְ & ſuper meſſem tuam, Iſa. 16. verſ. 9., קְצִירְכֶם meſſis veſtra, Levit. 23. v. 10., קְצִירוֹ, 1. Sam. 8. v. 12., Job. 5. v. 5., קְצִירָהּ, Levit. 23. verſ. 10., Iſa. 27. v. 11.,

meſſis

meſſis ejus, meſſis ſua, *id eſt* ſegetes, fruges ejus; *Sed* Job. 18. v. 16., יִמַּל קְצִירוֹ *à Buxtorfio, & quibuſdam aliis redditur*, ſuccidetur ramus ejus; *Vulgat. vertit*, atteratur meſſis ejus: *Plur. cum affix.* תְּשַׁלַּח קְצִירֶיהָ miſit ramos ſuos, *& juxtà Vulg.* extendit palmites ſuos, Pſalm. 80. v. 12.

קִיקָלוֹן *m. Vide ſupra poſt* קוֹא *pag.* 1238.

קִיקָיוֹן *Vide ſupra in* קִיק *pag.* 1264.

קָרָא *Significat*: I. Vocavit, advocavit, accerſivit, evocavit, invitavit, convocavit, invocavit: II. Nominavit, nuncupavit, nomen indidit: III., *Addito* בְּשֵׁם, invocavit nomen (*alicujus*); *& quandoque ſonat, publicè* prædicavit, profeſſus eſt, glorificavit, celebravit; *item ad aliquid ſpeciatim, & nominatim* deſtinavit; *item ab alterius nomine* denominavit, *&* cognominavit: IV. Clamavit, exclamavit, inclamavit, *propriè* voce *ſignificativa, conceptis, & exſpreſſis* verbis, *qua ratione ab aliis* clamandi *verbis differt*: V. Proclamavit, promulgavit, indixit: VI. Evenit, obvenit, occurrit, *quæ ſignificatio ad* קָרָה *pertinet*: VII., *Ubi ad ſcripturam, vel librum refertur, eſt*, legit, *q. d.* pronunciavit de ſcripto: VIII. *Metonymicè* vocari *interdum idem eſt, ac* revera eſſe. *Conſtruitur cum* ל, *ſive Dativo, & Accuſat., & cum præpoſit.* ב, אֶל, על. *Notandum quoque, quod τὸ* קָרָא vocavit *perſæpe imperſonale eſt, & intranſit.*, *i. e.* vocatus, vocatum eſt: *Præter.* וְלַחֹשֶׁךְ קָרָא לָיְלָה & tenebras vocavit, *ſive* nuncupavit noctem, Gen. 1. v. 5., קָרָא שְׁמָהּ vocatum eſt nomen ejus, Geneſ. 11. verſ. 9., Exod. 15. v. 23., קָרָא יְהוָה בְּשֵׁם בְּצַלְאֵל, Exod. 35. v. 30., vocavit Dominus ex nomine, *id eſt* elegit, deſtinavit disertè, *&* nominatim Betzalel; קָרָא שֵׁם הַמָּקוֹם הַהוּא vocatum eſt nomen loci illius, Ioſ. 7. v. 26. *Cum præfix.* וְקָרָא לוֹ & vocavit, *ſive* nuncupavit, nominavit illud, Exod. 33. v. 7., וְקָרָא לְךָ & advocet, invitet te, Exod. 34. v. 15., וְקָרָא עָלֶיךָ &, *ſive* ne clamet contra te, Deut. 15. v. 9., וְקָרָא בוֹ & leget in eo, *ſive* illud, Deut. 17. verſ. 19., וְקָרָא בְּשֵׁם־יְהוָה & invocaret, *ſive* publicè glorificaret, celebraret nomen Domini, 2. Reg. 5. v. 11., וְקָרָא זֶה אֶל־זֶה & clamabat alter ad alterum, *id eſt ad ſe invicem*, Iſa. 6. v. 3. *Cum affix.* קְרָאַנִי vocavit me, Iſa. 49.

verſ. 15., &c., וְאֶרְאֶה & videbo, Geneſ. 18. verſ. 21., וָאֶרְאֶה, Joſ. 7. v. 21., *& cum apocopa* וָאֵרֶא, Geneſ. 31. verſ. 10., *&* וְאֵרֶא, Iſa. 41. v. 28., & vidi.; *Cum affix.* וְאִם־אֶרְאֶךָּ, 2. Reg. 3. v. 14., & non reſpicerem, *ſive* reſpexiſſem te; וָאֶרְאֵךְ & vidi te, Ezech. 16. vv. 6. 8., אֶרְאֶנּוּ videbo eum, Geneſ. 45. v. 28., Num. 23. v. 9., אֶרְאֵם videbo eos, Jerem. 18. v. 17., תִרְאֶה, Exod. 6. v. 1., *& cum terminatione Chald.* תִּרְאֵה, Dan. 1. v. 13., videbis; *& cum apocopa* אַל־תֵּרֶא ne inſpicias, intuearis, Prov. 23. v. 31., וַתֵּרֶא & vidiſti, Nehem. 9. v. 9. *Cum affix.* תִּרְאֵנִי vidiſti, *ſive* vides, perſpicis me, Jerem. 12. verſ. 3., תִּרְאֶנּוּ videbis, videas eum, Num. 23. v. 13., *& fœm.* תִּרְאִי, Iſa. 60. v. 5., *&* תִרְאִי, Soph. 3. v. 15., videbis; יִרְאֶה videbit, videat, Geneſ. 22. vv. 8. 14., &c., וַיִּרְאֶה & vidit, 1. Sam. 17. verſ. 42., *cum apocopa*, יֵרֶא providebit, provideat, Geneſ. 41. v. 33., videat, Exod. 5. v. 21., יוֹרֶא *vide in* יָרָה; וַיַּרְא & vidit, Gen. 1. vv. 4. 10. *Cum affix.* יִרְאַנִי videbit me, Exod. 33. v. 20., וַיִּרְאֵנִי & vidit me, 2. Sam. 1. verſ. 7., וַיִּרְאֵהוּ & vidit eum, Jud. 19. v. 3., וַיִּרְאֶהָ & vidit eam, Geneſ 38. v. 15., יִרְאֶנָּה inſpiciet, videbit eam, Levit. 13. v. 21., Deut. 1. v. 36., וַיִּרְאֵם & vidit eos, 2. Reg. 2. v. 24. *Fœm.* תִּרְאֶה, Levit. 20. verſ. 17., *& cum apocopa* תֵּרֶא, Zach. 9. v. 5., conſpexerit, videbit, וַתִּרְאֶה, Jerem. 3. v. 7., *item* וַתֵּרֶא, Geneſ. 3. v. 6., & vidit: *Cum affix.* תִּרְאֵנִי videret me, Job. 10. v. 18., וַתִּרְאֵנִי & vidit me, Numer. 22. v. 33., וַתִּרְאֵהוּ אֶת־הַיֶּלֶד, Exod. 2. v. 6., & vidit eum infantem, *pro* & vidit infantem illum, *ubi relativum ſubſtantivo pleonaſtice adjungitur: Plural.* נִרְאֶה, Gen. 37. v. 20., *item cum apocopa* נֵרֶא, Iſa. 41. v. 23., *ubi Maſſora admonet, legendum* נִרְאֶה, experiemur, videbimus, videamus; וַנִּרְאֶה כִּי־אַיִן, 1. Sam. 10. v. 14., & vidimus, quod non, *ſcil. eſſent, vel invenirentur: Cum affix.* וְנִרְאֵהוּ & videbimus, *ſive* vidimus eum, Iſa. 53. v. 2., תִּרְאוּ videbitis, Gen. 43. v. 3., וַתִּרְאוּ & vidiſtis, Deut. 29. verſ. 16. *Cum affix.* אַל־תִּרְאוּנִי ne conſideretis me, Cant. 1. v. 6., יִרְאוּ videbunt, Geneſ. 12. v. 12., לְמַעַן יִרְאוּ ut cognoſcant, conſiderent, Exod. 16. v. 32., יִרְאוּ־בִי intuentur,

intuentur, *ſive* inſpexerunt me, Pſalm. 22. verſ. 18., שֶׁיִּרְאוּ *vide ſupra in* יָרָא *pag.* 488., *& cum* Nun *paragog.* יִרְאוּן videbunt, vident, Deut. 4 v. 28, וַיִּרְאוּ & viderunt, Geneſ. 6. v. 2., לִירְאוּ *vide ſupra in* יָרָה *pag.* 494. *Cum affix.* יִרְאוּנִי videbunt, vident, Pſalm. 109. v. 25., 119. v. 74. *Sed* יִרְאוּהוּ *ſpectat ad* יָרָא; *propterea à Vulg., aliiſque redditur*, timebunt eum; וַיִּרְאֻהוּ & viderunt eum, 2. Reg. 2. verſ. 15., יִרְאוּהָ videbunt eam, Numer. 14. verſ. 23. *Fœm.* תִּרְאֶינָה, 2. Reg. 22. v. 20., *& cum Dageſc forti*, תִּרְאֶנָּה, Mich. 7. v. 10., videbunt; וַתִּרְאֶינָה & viderunt, Joſ. 24. v. 7. *Niph.* נִרְאָה videndum ſe exhibuit, *vel* oſtendit, viſus, conſpectus, conſpicuus fuit, apparuit, comparuit, oſtenſus fuit; *Conſtruitur cum* ל, *vel* אֶל. *Præter.* נִרְאָה־אֵלַי apparuit mihi, Geneſ. 48. v. 3., נִרְאָה בִּכְבוֹדוֹ viſus, conſpectus eſt in gloria ſua, Pſal. 102. v. 17. *Cum* ה *articulo relativum exprimente*, הַנִּרְאָה qui apparuit, 1. Reg. 11. v. 9., Dan. 8. v. 1., וְנִרְאָה & oſtendetur, *ſive* videndum ſe exhibeat (ſacerdoti), Levit. 13. vv. 7. 19., & appareat, 1. Sam. 1. v. 22., & apparuit, Prov. 27. v. 25., Jerem. 13. v. 26. *Fœm.* נִרְאֲתָה viſum fuit, Jud. 19. verſ. 30., וְנִרְאֲתָה & apparebit, videbitur, Gen. 9. v. 14. *Plur.* נִרְאוּ apparuerunt, viſa ſunt, Geneſ. 8. verſ. 5. *Partic. cum articulo relativo* הַנִּרְאֶה אֵלָיו qui apparuerat ei, Geneſ. 12. verſ. 7. *Infinit.* לְהֵרָאֹה, Jud. 13. v. 21., *&* ה *in* ת *mutato*, הֵרָאוֹת, Levit. 13. v. 14., apparere; *item cum præfix.* לְהֵרָאוֹת videri, 2. Sam. 17. v. 17., ut oſtenderet ſe, 1. Reg. 18. v. 2., *& extruſa characteriſtica* ה, לֵרָאוֹת אֶת־פְּנֵי יְהוָה ad apparendum faciebus Domini, *i. e.* coram Domino, Exod. 34. v. 24., לֵרָאוֹת פָּנָי, Iſa. 1. v. 12., ut compareatis in conſpectu meo, *&* פָּנָי *eſt pro* לְפָנַי coram me: *Sic alias* פְּנֵי *cum hoc verbo junctum ponitur pro* לִפְנֵי, 1. Sam. 1. v. 22., Pſal. 42. v. 3., *&c. Cum affix.* אַחֲרֵי הֵרָאֹתוֹ, Lev. 13. v. 7., poſt oſtendere ipſe ſe, *id eſt* poſtquam ipſe ſe oſtendit; בְּהֵרָאוֹתוֹ, Malach. 3. v. 2., in apparendo, *i. e.* quum apparuerit ipſe; *Vulgat. vertit*, ad videndum eum: *Imper.* הֵרָאֵה compare, oſtende te, 1. Reg. 18. verſ. 1. *Futur.* אֵרָאֶה apparebo, oſtendam me, Levit. 16. v. 2.,

& cum

& cum apocopa וָאֵרָא & apparui, Exod. 6. v. 3., יֵרָאֶה,
Geneſ. 22. v. 14., &c., & cum apocopa יֵרָא, Exod. 34.
verſ. 3., Levit. 9. v. 6., conſpicietur, apparebit, appa-
ret, comparet; וַיֵּרָא & apparuit, Geneſ. 12. verſ. 7.,
תֵּרָאֶה apparebit, videbitur, Levit. 13. v. 57., Iſa. 47.
verſ. 3., וְתֵרָאֶה הַיַּבָּשָׁה & appareat arida, Geneſ. 1. v. 9.
Plur. וְלֹא־יֵרָאוּ פָנַי רֵיקָם, Exod. 23. v. 15., & non vi-
debuntur facies meæ inaniter, fruſtrà, *ſive* penitus vacuæ,
i. e. non ſine muneribus; *LXX.*, *Vulg.*, *aliique habent*,
non apparebis in conſpectu meo vacuus; *item* apparebant,
videbantur, 1. Reg. 8. verſ. 8., וַיֵּרָאוּ & apparuerunt,
apparerent, 2. Sam. 22. verſ. 16., 1. Reg. 8. verſ. 8.,
וְיֵרָאוּ & inſpiciantur, Dan. 1. verſ. 13. *Pyh. Præter. plu-
ral.*, *cum Dageſch forti præter morem*, לֹא רֻאּוּ, Job. 33.
verſ. 21., non viſa ſunt, non videbantur, *ſive* appare-
bant. *Hiph.* הֶרְאָה, *& aliquoties* הִרְאָה videre, aſpice-
re, frui, experiri, ſentire fecit, *vel* effecit, videndum
exhibuit, oſtendit, oſtentavit, demonſtravit: *Conſtrui-
tur cum Accuſativo. Præterit.* הֶרְאָה אֶת־פַּרְעֹה videre fe-
cit Pharaonem, *i. e.*, oſtendit Pharaoni, Geneſ. 41. v.
28., הֶרְאָה אֹתִי oſtendit mihi, Geneſ. 48. v. 11., וְהֶרְאָה
אֶת־נַפְשׁוֹ טוֹב, Eccleſ. 2. verſ. 24., & faciat, ut fruatur
anima ſua bono; *Alii vertunt*, & oſtendat animæ ſuæ bo-
num: *Cum affix.* הֶרְאַנִי oſtendit mihi, 2. Sam. 8. v. 13.,
וְהִרְאַנִי אֹתוֹ & oſtendet mihi eam (arçam), 2. Sam. 15.
verſ. 25., & oſtendit mihi, 2. Reg. 8. verſ. 10., הֶרְאָנוּ
oſtendiſſet nobis, Jud. 13. v. 23., הֶרְאֲךָ אֶת־אִשּׁוֹ viden-
dum exhibuit, *ſive* oſtendit tibi ignem ſuum, Deut. 4.
v. 36., הֶרְאָם oſtenderet, oſtentaret, monſtraret, oſten-
dit eis, 2. Reg. 20. v. 13., Pſalm. 78. v. 11., Iſa. 39.
verſ. 2., הִרְאִיתָ oſtendiſti, Pſalm. 60. verſ. 5. *Cum affix.*
הִרְאִיתַנִי oſtendiſti mihi, Jerem. 11. v. 18., *ita* Pſal. 71.
verſ. 20., *ubi tamen loco* Jod *in fine habetur* Vau, *videl.*
הִרְאִיתַנוּ: וְהַרְאֵיתִי גוֹיִם & videre faciam gentes, *ſive* oſten-
dam gentibus, Nah. 3. verſ. 5. *Cum affix.* הִרְאִיתִיךָ videre
feci te, Deut. 34. v. 4., הֶרְאִיתִם, 2. Reg. 20. v. 15.,
& הִרְאִיתִים, Iſa. 39. verſ. 4., oſtendi, oſtenderim eis:
Particip. מַרְאֶה אוֹתְךָ oſtendens tibi, Exod. 25. verſ. 9.,

Ezech. 40. v. 4. *Aliud vide inter nomina*: *Infinit.* לְהַרְאוֹת אֶת־עַבְדְּךָ oſtendere ſervo tuo, Deut. 3. v. 24., ad oſtendendum, *ſive* ut oſtenderet, Eſth. 1. v. 11., 4. v. 8., *Cum affix.* בַּעֲבוּר הַרְאֹתְךָ, Exod. 9. v. 16., ut oſtendam tibi: *& cum* ה *paragog.* לְמַעַן הַרְאוֹתְכָה ut oſtendam tibi, Ezech. 40. verſ. 4., *& excluſo* ה *characteriſtico*, לַרְאֹתְכֶם בַּדֶּרֶךְ ad oſtendendam vobis viam, Deuter. 1. verſ. 33., בְּהַרְאֹתוֹ in oſtendere, *id eſt* cum, *ſive* ut oſtenderet ipſe, Eſth. 1. v. 4., לְבִלְתִּי הַרְאוֹתָם ad non oſtendendum, *i. e.* ut non oſtenderet eis, Joſ. 5. verſ. 6. *Imperat. cum affix.* הַרְאֵנִי, Exod. 33. verſ. 18., *item fœm. cum affix.* הַרְאִינִי, Cant. 2. verſ. 14., oſtende mihi; הַרְאֵנוּ oſtende nobis, Jud. 1. v. 24., Pſalm. 85. v. 8. *Futur. cum affix.* אַרְאֶךָּ oſtendam, monſtrabo tibi, Geneſ. 12. v. 1., וְאַרְאֵהוּ & oſtendam ei, Pſalm. 91. verſ. 16., אַרְאֶנּוּ oſtendam illi, Pſal. 50. verſ. 23., Mich. 7. v. 15., תַּרְאֵנִי facis, ut videam, *& juxta Vulg.* oſtendiſti mihi, Habac. 1. verſ. 3., יַרְאֶה Iſa. 30. verſ. 30., oſtendet; *& cum apocopa* וַיַּרְא אֹתָם & oſtendit eis, 2. Reg. 11. v. 4. *Cum affix.* יַרְאֵנִי oſtendet mihi, Num. 23. v. 3., וַיַּרְאֵנִי & oſtendit mihi, Zach. 3. v. 1., יַרְאֵנוּ oſtendet nobis, Pſalm. 4. verſ. 7., וַיַּרְאֵהוּ & oſtendit ei, Deut. 34. v. 1., וַיַּרְאֵם & oſtendit eis, Jud. 1. verſ. 25., וַיַּרְאוּם & oſtenderunt ipſis, Num. 13. v. 26. *Hoph. Præter.* וְהָרְאָה אֶת־הַכֹּהֵן & videri fiet, oſtendetur ſacerdoti, Levit. 13. v. 49., אֲשֶׁר הָרְאֵיתָ, Exod. 26. verſ. 30., quód videre factus es, *id eſt* quod oſtenſum eſt tibi; *& abſque* Jod *indice*, אַתָּה הָרְאֵתָ לָדַעַת, Deut. 4. v. 35., tu videre factus es ad ſciendum, *id eſt* tibi videnda exhibita ſunt, ut ſcias, *ſive* ſcires: *Particip.* אֲשֶׁר־אַתָּה מָרְאֶה, Exod. 25. v. 40., quod tu videre factus, *i. e.* quod tibi videndum exhibitum eſt; הוֹי מוֹרְאָה, Soph. 3. v. 1., væ monſtroſæ, ſpectatu horrendæ, *ſive*, *ut habet R. Jeſchua*, væ rebelli, contumaci, *quaſi à* מָרָה, *ut* א *ſit loco tertiæ radicalis* ה: *Alii vertunt*, væ inquinatæ, *ex ſignificato nominis* רְאִי, *quod vide infra inter nomina*, *hactenus de hac voce Buxtorfius*: *LXX. verterunt*, ὦ ἡ ἐπιφανὴς o illuſtris; *Vulgat. habet*, væ provocatrix, *quaſi à* מָרָה, *ut dictum eſt ſupra*: *Vide in* ירא, *& in* מרא: *Plur.* הַמּוֹרָאִים

vide ſupra in יָרָה pag. 494. *Hitph. Futur. plural.* נִתְרָאֶה פָּנִים, videamus nos invicem facie, *i. e.* coram dimicemus alter contra alterum, 2. Reg. 14. v. 8., 2. Paralip. 25. verſ. 17., לָמָּה תִּתְרָאוּ, Geneſ. 42. v. 1., ut quid aſpicitis vos mutuò? *id eſt* cur otioſi, & deſides eſtis? *Unde LXX. verterunt*, ἱνατι ῥαθυμεῖτε ecquid pigri eſtis? *Vulg. habet*, quare negligitis? וַיִּתְרָאוּ פָנִים, 2. Reg. 14. v. 11., 2. Paral. 25. v. 21., & viderunt ſe invicem facie, *i. e.* belligerarunt, coram dimicarunt alter contra alterum.

רֹאֶה *m.* Videns, *participialiter, quod vide ſupra in Kal.: Sed* רֹאִי *vide infra ſuo loco: Et ſubſtantivè*, Propheta: כִּי לַנָּבִיא nam, qui Propheta hodie, antiquitus vocabatur הָרֹאֶה videns, 1. Sam. 9. v. 9. *Item*, viſio prophetica, *ita cum præfix.* שָׁגוּ בָּרֹאֶה, Iſa. 28. v. 7., erraverunt in viſione; *Vulg. vertit*, neſcierunt Videntem, *i. e.* Prophetam.

רָאָה *fœm.* Cornix, *avis à viſus acumine ſic dicta, ut Hebræi volunt*, Deuter. 14. v. 13. *Pro hac voce alibi legitur* דָּאָה milvus, Levit. 11. v. 14., *quaſi idem hæc duo ſint, uti quibuſdam cum Buxtorfio videtur: LXX. verterunt* καὶ τὸν γῦπα & vulturem; *Aquila habet* καὶ τὸν ἰξὸν & ixum; *Vulg. vero, aliiſque eſt* ixion, *avis ſcil. genus. Vide ſupra in verbo aliud* רָאָה; *item plural.* רָאוֹת *vide ibidem, & etiam infra ſuo loco inter nomina.*

רֹאֶה *m.*, רֹאָה *ſ. Vide ſupra in Partic. verbi* רָאָה.

רְאֹה, *&* רָאֹה *Vide ſupra in Infin. verbi* רָאָה.

רְאָיָה Reajáh, *& juxta Vulg.* Raia, *item* Raaia, *nom. propr. virorum*, 1. Paral. 4. v. 2., Eſdr. 2. v. 47.

רְאִי *m.* Speculum, *juxta Buxtorſium, & quoſdam alios; ideo dictum, quia objecta* videnda *refert: Cum præfix.* כִּרְאִי מוּצָק, Job. 37. v. 18., ſicut ſpeculum fuſum. *Sed Veteres alium in ſenſum acceperunt: LXX. ſunt interpretati*, ὡς ὅρασις ἐπιχύσεως, *i. e.* ut viſio effuſionis; *Aquila vertit*, ὡς ὅρασις συγχύσεως, *i. e.* ut viſio confuſionis; *Vulg. habet*, quaſi ære fuſi ſunt, *ſcil. cæli.*

רֳאִי *m.* Viſio, viſus, aſpectus: *Et metonymicè* ſpectaculum, *res ſcil., quæ* ſpectatur: אֵל רֳאִי, Gen. 16. v. 13., Deus viſionis meæ, *& juxta Vulg.* Deus, qui vidiſti me: *Hoc in pauſa dicitur* רֹאִי, *& eſt* milhel: *Ut*, עֵין רֹאִי oculus

viſionis, *i. e.* perſpicax, Job. 7. v. 8., *ubi Vulg. habet*, viſus hominis; וְטוֹב רֹאִי bonus aſpectu, *id eſt*, pulcher, decorus, decoro aſpectu, 1. Sam. 16. verſ. 12., וְשַׂמְתִּיךְ כְּרֹאִי, Nah. 3. v. 6., & diſponam, *ſive* ponam te ut ſpeculum, *id eſt* exemplum, *vel* ſpectaculum, *quod omnes* intueantur; *R. Salomon exponit* זֶבֶל fimum; ſtercus; *Aben Eſræ eſt* טִנּוּף inquinamentum, *a quo omnes* viſum *avertunt*. *Hinc*, *juxta quoſdam*, מוֹרְאָה inquinata, fœdata, monſtroſa, *quæ fœdum* ſpectaculum *&* *monſtrum eſt*: *Vide & mox in fine hujus Rad. Cum præfix.* מֵרֹאִי, Job. 33. v. 21., á viſione, *id eſt* ne videatur, ut videri non poſſit, *ſive* non appareat *præ macie*.

רֹאִי *m. Vide in præcedenti dictione, ſcil.* רֳאִי: *Sed* רֹאִי, רְאִי, *&c. vide ſupra in Partic. verbi* רָאָה.

רְאִית *fœm.* Aſpectus, viſio, viſus: *Occurrit autem* Eccleſ. 5. verſ. 10. *ita*, כִּי אִם־רְאִית עֵינָיו niſi aſpectus, *vel* præter aſpectum oculorum ejus: *Scribitur hoc in loco cum* Jod; *Sed Maſſor.*, *aliique monent legendum* רְאוּת: הֶרְאִיתָם, *&* הֶרְאִיתִים *vide ſupra in Hiph. verbi* רָאָה.

רְאוֹת *f.* Viſio, viſiones: הַמֵּבִין בִּרְאֹת הָאֱלֹהִים intelligens in viſionibus Dei, 2. Paral. 26. verſ. 5. *Notatum hinc à doctis, in manuſcripto antiquiſſimo exemplari Palatino eſſe* בְּיִרְאַת in timore Dei, *hoc eſt*, *in rebus*, *quæ ad* Dei timorem *pertinent*. *Sic quoque legitur*, *& explicatur in R. Salomone*, *& ſic Concordantiæ Hebraicæ adducunt illud in Radice* ירא, *non in* ראה. *His addo Veteres Talmudicos*, *apud quos ſimiliter ſcriptum reperi* בראת, Cod. Sotah; cap. 9. fol. 48. *In Maſſora tamen hæc lectio non eſt annotata*, *ſed vide eam*, 1. Paral. 21. verſ. 28., *&* 2. Paral. 26. v. 5., *hactenus Buxtorfius*: *Alia vide ſupra in verbo* רָאָה.

רֵו *m Chald.* aſpectus, *mutato* א *in* ו: *Cum affix.* רֵוֵהּ aſpectus, *ſive* ſpecies ejus, Dan. 2. v. 31., 3. v. 25.

מַרְאֶה *m.* Viſio, viſus, intuitus, aſpectus: *Item metonymicè* vultus, forma, ſpecies, *id ſcil.*, *quod* conſpicitur, *& in oculos cadit*: *Sed* מָרְאָה *vide ſupra in Hoph. verbi* ראה; יְפַת־מַרְאֶה אָתְּ, Geneſ. 12. v. 11., pulchra aſpectu, *ſive* forma *es* tu; אֲשֶׁר מַרְאֶה, 2. Sam. 23. v. 21., *ubi Maſſora*, *aliique omnes notant pro* אֲשֶׁר *legendum* אִישׁ, (inter-

ſecit)

fecit) virum aſpectus, *id eſt, juxta quoſdam*, ſpectabilem *magnitudine*, *uti ſunt gigantes*: *Cum præfix.* הַמַּרְאֶה, aſpectus, forma, Geneſ. 41. verſ. 4., *item* viſio, Exod. 3. verſ. 3., Ezech. 11. v. 24., 43. v. 3., בַּמַּרְאָה in viſione, Ezech. 11. verſ. 24., Dan. 9. verſ. 23., 10. v. 1., כַּמַּרְאֶה juxta formam, *ſive* exemplum, Num. 8. verſ. 4., *item* juxta, *ſive* ſecundum viſionem, Ezech. 8. verſ. 4.; וּפְנֵי הַקֹּדֶשׁ הַמַּרְאֶה כַּמַּרְאֶה, Ezech. 41. v. 21., & facies, *ſive* ſpecies loci Sancti, *ſive* Sanctuarii aſpectus ſicut aſpectus, *i. e.*, *uti quidam exponunt*, habuit aſpectum conformem aſpectui *Templi*, *ita ſcil.*, *ut alter alteri reſponderet*, *eſſentque diſpoſitione*, *ornamentis*, *incruſtatione omnino ſimiles*: לְמַרְאֶה ad aſpectum, *ſive* viſu, Geneſ. 2. v. 9., גָּדוֹל לְמַרְאֶה, Joſ. 22. v. 10., magnum, ingens aſpectu, *id eſt ſpectandæ magnitudinis*: *Conſtr.* מַרְאֵה ſpecies, Exod. 24. v. 17., Levit. 13. v. 3., aſpectus, viſio, Ezech. 1. vv. 16. 28., forma, Ezech. 23. v. 15., לְכָל־מַרְאֵה עֵינֵי הַכֹּהֵן, Levit. 13. verſ. 12., omni viſioni oculorum, *ſive* per omnem aſpectum, *i. e.*, *ut cum Vulgat. reddunt multi*, omne, quod ſub aſpectum oculorum Sacerdotis cadit; טוֹב מַרְאֵה עֵינַיִם, Ecclеſ. 6. v. 9., melior eſt viſio, *ſive* inſpectio oculorum, *id eſt*, *ut quidam exponunt*, melior eſt rei conſpectæ, *ſive* præſentis fructus, perceptio, fruitio: *Cum præfix.* כְּמַרְאֵה ſicut aſpectus, ſpecies, Lev. 13. verſ. 43., *&c.*, ſicut vultus, Jud. 13. v. 6., quaſi, ſicut viſio, Dan. 10. verſ. 18., וּכְמַרְאֵה הַמַּרְאֶה אֲשֶׁר רָאִיתִי כַּמַּרְאֶה, Ezech. 43. verſ. 3., & ſecundum ſpeciem viſio, quam vidi, ſecundum ſpeciem, (quam vidi), *i. e.* & ſimilis erat, *ſive* ita ſe habebat ſpecies hujus viſionis, quam vidi, ſicut viſio; לְמַרְאֵה ad aſpectum, ad viſionem, Iſa. 11. v. 3., מִמַּרְאֵה ab aſpectu, Deut. 28. vv. 34. 67. *Cum affix.* וּמַרְאֵיךְ, Cant. 2. verſ. 14., *ubi* Jod *redundat*, & forma, *ſive* facies, vultus; מַרְאֵהוּ, Levit. 13. v. 30., *&c.*, *&* *fœm.* מַרְאֶהָ, Levit. 13. verſ. 4., *&c.*, aſpectus, ſpecies, vultus ejus: *Plur. conſtr.* וּבְמַרְאֵי & in aſpectibus, Eccleſ. 11. v. 9. *Cum affix.* מַרְאֵינוּ vultus noſtri, Dan. 1. v. 13., מַרְאַיִךְ aſpectus tui, Cant. 2. v. 14., הֲגַם אֶל־מַרְאָיו יֻטָל an, *ſive* nonne etiam ad aſpectus ejus deturbabitur, *vel* proſter-

proſternetur? Job. 41. v. 1., מַרְאֵיהֶם aſpectus, intuitus eorum, Ezech. 1. verſ. 13., 10. v. 22. vultus eorum, Dan. 1. verſ. 15., וּמַרְאֵיהֶם & ſpecies eorum, Ezech. 1. verſ. 16., 10. verſ. 10., *&* מַרְאֵיהֶן ſpecies, aſpectus eorum, Geneſ. 41. v. 21., Levit. 14. v. 37., Ezech. 1. verſ. 15., Nah. 2. verſ. 5.

מַרְאָה *f.* Viſio, *propriè prophetica: Item* ſpeculum, *quo ſcil.* forma conſpicienda exhibetur: *Et metonymicè ipſæ* res, *ſive* ſpecies, *quæ per* viſionem conſpiciendæ exhibentur: *Cum præfix.* הַמַּרְאָה viſio, 1. Sam. 3. verſ. 15., Dan. 10. verſ. 7., בַּמַּרְאָה in viſione, Numer. 12. v. 6., Dan. 10. verſ. 16. *Plur.* מַרְאוֹת viſiones, Ezech. 1. v. 1., וּמַרְאוֹת כַּמַּרְאֶה & ſpecies ſecundum viſionem, *ſive* aſpectum, Ezech. 43. verſ. 3. *Cum præfix.* בְּמַרְאֹת הַצֹּבְאוֹת Exod. 38. verſ. 8., *ubi* ב *eſt loco præpoſitionis* מ, *ut ſcribit Aben Eſra, innuitur propterea hic cauſa materialis, redditurque,* ex ſpeculis miniſtrantium, *ſive* turmatim convenientium, *ad cultum ſcil. ſacrum; Alii cum Vulgat. vertunt,* ex, *ſive* de ſpeculis mulierum; *dictio hæc* mulierum *in Hebræo deſideratur; ſed quia* הַצֹּבְאוֹת *eſt fœm., ideo Interpretes illam addiderunt.* Specula *autem, quorum hic ſit mentio,* ænea *fuiſſe teſtantur Philo lib. 3. de vita Moyſis, & Ab. Eſra.*

מוֹרָאָה *Vide ſupra in Hoph. verbi* רָאָה: *Sed* מוֹרָא, מֹרָא, *&c. vide ſupra in* יָרֵא *pag. 489. Plur.* הַמּוֹרָאִים *vide ſupra in* יָרָה *pag. 494. Sed* בְּמוֹרָאִים *vide ſupra poſt* יָרֵא *pag. 490.*

מֻרְאָה *f.* Ingluvies, veſicula *gutturis in avibus, quæ & cibi, & ſordium* receptaculum *eſt; unde Ab. Eſra* מקום ראי *explicat. Chaldaice, & Rabbinice vocatur* זֶפֶק: וְהֵסִיר אֶת־ מֻרְאָתוֹ & removebit ingluviem ejus, Levit. 1. verſ. 16. *Hinc juxta quoſdam,* הוֹי מֹרְאָה væ ingluviei, Soph. 3. v. 1., *id eſt,* urbi Jeruſalem, *quæ eſt quaſi* ingluvies, *&* receptaculum *opum, per avaritiam, fraudem, & vim partarum: Vide ſupra in Hophal.*

* הַרְאֵל, אֲרִאֵל, *&* אֲרִיאֵל, אֶרְאֶלָּם *Vide ſupra pag. 63.*

ראם Extulit ſe, elatus, exaltatus eſt. *Ab hac radice nonnulli derivant præter. fœm.* רָאֲמָה, *& particip. plural. fœmin.* רָאמוֹת; *alii vero referunt ad* רום *quod vide. Aliud* רָאמוֹת *vide infra in* רָאמֹת: *Sed* רְאֵם, רָאֵם, הָרְאֵם, אֶרְאֵם, וּרְאֵם.

וַתִּרְאֶם , וַיִּרְאֶם וַיִּרְאוּם *ſunt dictiones compoſitæ*, *quas vide ſupra in verbo* רָאָה : תִּירוֹם *vero*, & תִּירָאֶם *vide ſupra in* יָרָא *pag.* 488.

ראם Reém, *nomen animalis*; *Sed cujuſnam ſpecies illud fuerit, magna inter Interpretes diſceptatio*. *LXX. eſt* μονόκερως, *id eſt* monóceros, *ſive* unicornis, *animal ſcilicet*, *quod habet cornu in fronte*: *Aquilæ vero eſt* ῥινόκερως rinóceros, *animal videlicet* unius in nare cornu: *S. Hieronymus nunc* unicornem, *nunc* rhinocerotem *vertit*: *Bochartus in* Hieroz. de animal. part. I. lib. III. cap. XXVII. *longa oratione probare nititur*, רְאֵם *neque* monocerotem, *neque* rhinocerotem, *neque* urum, *ut quidam alii volunt*, *ſed* bicornis capreæ *ſpeciem*, *aut* orygem *eſſe*. *Occurrit* Numer. 23. v. 22., Deut. 33. v. 17. *Et contracte*, *ſive per ſyncopen ex Syriſmo*, *ut notat Joa. Simon*, רֵים, Job. 39. vv. 9. 10., rhinóceros: *Cum præfix.* כִּרְאֵים ſicut unicornis, Pſal. 92. v. 11. *Plur.* בֶּן־רְאֵמִים filius unicornium, Pſal. 29. v. 6., רְאֵמִים עִמָּם unicornes cum eis, Iſa. 34. v. 7. *Et ex forma contracta* וּמִקַּרְנֵי רֵמִים & à cornibus unicornium, Pſal. 22. verſ. 22.

רָאמָה *f. Inde plur.* רָאמוֹת, *quam dictionem varium in ſenſum accipiunt Interpretes*: *Sic* רָאמוֹת וְגָבִישׁ, Job. 28. v. 18., *LXX. verterunt* Μετέωρα, καὶ Γαβὶς Meteôra, & Gabis; *Sym. habet* ὑψηλὰ, καὶ ὑπερηρμένα, *i. e.*, *ut exponit etiam Vulg.*, excelſa, & eminentia. *Item cum præfix.* וְרָאמוֹת, Ezech. 27. v. 16., *à LXX. redditur* Ραμὼθ Rhamóth; *ab Aquila*, *Syr.*, *Arab.*, & *Vulg.* ſerica, *ſive* ſericum: *Aliis utrobique ſunt* lapides pretioſi, *qui nunc ignoti ſunt*, *ut ſcribunt Hebræi*: *Sed quibuſdam videntur eſſe* ſandaſtri, gemmæ, *vel* margaritæ *pretioſæ ſpecies*; *quibuſdam vero ſunt* coralia, *quæ* רָאמוֹת *dicta exiſtimant ex ſignificatione radicis Arab.* ראם conſolidavit, *item* coaluit, *quia*, *inquit Joa. Simon*, *ex mucilagine quadam*, *rimis petrarum adhæreſcente*, *ſenſim* conſolidari, & coaleſcere *creduntur*. *Aliud* רָאמוֹת *vide infra in* רום; *vide etiam*, *quæ mox ſequuntur*.

רָאמוֹת Ramóth, *nom. propr. urbis Tribus Gad*, Deuter. 4. verſ. 43., Joſ. 20. v. 8. *Et etiam urbis in Iſſaſcar*, 1. Paral. 6. v. 73.

רְאוּמָה Reumáh, *& juxta Vulg.* Roma, *nom. propr. mulieris*, Geneſ. 22. v. 24.

ראש *Radix Hebræis inuſitata. Arab. autem eſt, Joa. Simone interprete,* inflammavit; *item* præceſſit. *Inde, ut idem Joa. Simon arbitratur, ſunt*

רָאשׁ *maſc., & plural.* רָאשִׁים; *item* רָאשׁ, רָאשָׁה, רָאשַׁת, & הָרָאשִׁית, *quæ vide infra inter nomina ſuis locis poſt dictionem, quæ mox ſequitur.*

ראֹשׁ *m. Varia ſignificat:* I. *Eſt* venenum, Deut. 32. v. 33., *ab* inflammatione, *&* æſtu ראֹשׁ *dictum, ut notat Auctor, qui ſupra. Hinc* ראֹשׁ *eſt* herba venenata, cicuta, aconitum; *& ob acerrimam* veneni, herbarumque venenatarum *amaritudinem* fel, amaror, Deuter. 29. v. 17., Jerem. 8. verſ. 14., 9. v. 14., 23. v. 15., Pſalm. 69. verſ. 22., *& extrita litera* א, עִנְּבֵי רוֹשׁ, Deut. 32. verſ. 32., uvæ veneni, *id eſt* venenatæ, *& juxta Vulg.* uvæ fellis: *Cum præfix* וָראֹשׁ (recordare...) & fellis, Thren. 3. v. 19., כָּראֹשׁ, Hoſe. 10. v. 4., *redditur à Vulgat.* quaſi amaritudo; *ab aliis vero* quaſi cicuta, *quæ quidem, hoc in loco, per metonymiam effectus pro cauſa, notatur planta, vel, ut ſcribit Hieron. comment. in hunc ipſum vers.*, genus herbæ calamo ſimile, quæ per ſingula genicula fruticem ſurſum, & radicem mittit deorſum: rurſuſque ipſi frutices, & virgulta alterius herbæ ſeminaria ſunt; atque ita in brevi tempore, ſi non imis radicibus effodiatur, totos agros veprium ſimiles facit: *Atque in hunc ſenſum* plantæ *ſcil.* cicutæ *à multis accipitur τὸ* ראֹשׁ Deuter. 29. verſ. 17., 32. v. 32., לְראֹשׁ, Amoſ. 6. v. 12., in cicutam, *ut ſupra; & juxta Vulgat.* in amaritudinem: II. *τὸ* ראֹשׁ *eſt* id omne, quod quavis ratione præcedit: *Hinc* caput, *membrorum corporis pars* prima, ſuprema, *&* præcipua, *ut* Levit. 4. vv. 4. 29., Numer. 6. v. 9., *&c. Cum præfix.* הָראֹשׁ caput, Levit. 1. v. 8., בְּראֹשׁ in capite, Levit. 13. v. 29. *Cum affix.* ראֹשִׁי caput meum, Geneſ. 40. v. 16., לְרֹאשִׁי capiti meo, Pſalm. 140. v. 8., שֶׁרֹּאשִׁי quia caput meum, Cant. 5. v. 2., עֲטֶרֶת רֹאשֵׁנוּ corona capitis noſtri, Thren. 5. v. 16., רֹאשְׁךָ, רֹאשֶׁךָ, רֹאשְׁךָ caput tuum; רָאשֵׁיכֶם caput veſtrum, Levit. 19. v. 27., ראֹשׁוֹ, *& fœm.*

ראשָׁהּ caput ejus ; ראשָׁם, Joſ. 7. v. 6., & *fœm.* ראשָׁן, Thren. 2. v. 10., capita ſua : *Plural. cum affix.*, & *cum* Cholem, *ſed impropriè*, בְּכָל־רָאשָׁיו in cunctis capitibus ejus, Iſa. 15. v. 2. *Metaphoricè autem eſt* 1°. Princeps, dux, Num. 14. v. 4., כֹּהֵן הָראשׁ, 2. Paral. 19. v. 11., Sacerdos princeps, *ſive* primarius ; אֶת־הָראשׁ וְשֵׂעַר הָרַגְלָיִם, Iſa. 7. verſ. 20., & caput, & pilum pedum, *id eſt* & principem, & plebeum (conſumet, *ſive* perdet) ; הֲראשׁ כֶּלֶב אָנֹכִי, 2. Sam. 3. v. 8., nunquid caput canis ego ? *id eſt* nunquid dux canum ego, illiſque præfectus ? בְּראשׁ הָעָם, 1. Reg. 21. verſ. 9., in capite, *id eſt* in primo, præcipuo loco populi, *ſive* conſeſſus, & *juxta Vulg.* inter primos populi ; בְּראשׁ in principem, in ducem, 1. Paral. 16. verſ. 7., 2. Paral. 13. verſ. 12., לְראשׁ, Deuter. 28. verſ. 44., Jud. 11. verſ. 8., in principem, in ducem ; *hinc etiam* אֶת־הָאֶבֶן הָראשָׁה, Zach. 4. verſ. 7., (educet, *ſive* proferet) lapidem capitis, *id eſt* ſummum, primum, *quem ſcilicet fundamento imponat* ; לְראשׁ פִּנָּה, Pſalm. 118. verſ. 22., in caput anguli, *id eſt* in lapidem ſummum, & angularem, *qui videl. ædificii latera continet, ac firmat* : 2°. Vertex, apex, cacumen, faſtigium, *ut* Ezech. 17. verſ. 4., & עַל־ראשׁ ſuper verticem, Exod. 17. verſ. 9., 34. verſ. 2., עַד־הָראשׁ uſque ad verticem, *ſive* ſummitatem, 2. Sam. 15. v. 32., וּכְראשׁ & ſicut faſtigium, *ſive* ſummitas, Job. 24. v. 24., מֵראשׁ, Numer. 23. verſ. 9., & מֵהָראשׁ, 2. Sam. 16. v. 1., de vertice, *ſive* ſummitate : *Cum affix.* ראשׁוֹ, & ראשָׁהּ, Gen. 11 v. 4., 28. vv. 12. 18., cacumen, vertex illius : 3°. Præcipuum, potiſſimum, & præſtantiſſimum *in qualibet re* ; *ſic* בְּשָׂמִים ראשׁ מָר, Exod. 30. verſ. 23., aromata capitis, *i. e.* præſtantiſſimæ myrrhæ ; שֶׁמֶן ראשׁ, Pſal. 141. v. 5., oleum capitis, *i. e.*, *juxta multos Recentiores*, præſtantiſſimum ; *At Hieronym.*, *ſequutus primam hujuſce dictionis ſignificationem*, *vertit*, oleum amaritudinis ; *LXX. ſunt interpretati*, ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλῶ, *i. e.*, *ut etiam habet Vulg.*, oleum autem peccatoris ; *acceperunt propterea & iſti dictionem* ראשׁ *prout notat* venenum, fel, amaritudinem, & *per tranſlationem* peccatorem venenatis moribus ; *quemadmodum eſt Genebrardo in hunc*

locum animadverſum; עַל רֹאשׁ שִׂמְחָתִי, Pſalm. 137. v. 6., ſuper caput lætitiæ meæ, *id eſt*, *ut multi exponunt*, ſuper præcipuam, potiſſimam lætitiam meam; *item* רֹאשׁ, *eſt* metropolis, Iſa. 7. vv. 8. 9. *Cum præfix.* בְּרֹאשׁ כָּל־בֹּשֶׂם, Ezech. 27. verſ. 22., in capite univerſi aromatis, *id eſt* cum omni præcipuo, *vel* præſtantiſſimo aromate; וּמֵרֹאשׁ הַרְרֵי־קֶדֶם, Deuter. 33. verſ. 15., & de vertice montium antiquitatis, *id eſt* & de rebus præcipuis, *ſive* præſtantiſſimis montium antiquorum, *ſive*, *ut alii habent*, montium orientalium: 4°. Summus numerus, ſumma rerum numeratarum, *& in ſpecie* ſumma militum numeratorum, *id eſt* cohors, agmen, turma, cuneus; *ut* רֹאשׁ בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל caput, *i. e.* ſumma filiorum Iſrael, Exod. 30. verſ. 12., *& ita* Numer. 1. verſ. 2., 4. vv. 2. 22., 31. verſ. 26., רֹאשׁ אֶחָד, *&* הָרֹאשׁ אֶחָד, 1. Sam. 13. vv. 17. 18., cohors, agmen, turma, *ſive* cuneus unus: *Hinc* תִשָּׂא אֶת־רֹאשׁ, Exod. 30. verſ. 12., (cum) levabis, *ſive* ſumes caput, *i. e.* ſumes numerum, ſummam, *ſive* recenſebis; *Cum affix.* בְּרֹאשׁוֹ, Levit. 6. v. 5., in capite ſuo, *id eſt*, *ut optime vertit Vulg.*, (reddet) integra; וְאֶת־רֹאשָׁם לֹא תִשָּׂא, Numer. 1. v. 49., & ſummam eorum non ſumes: 5°. *Cujuſque rei* initium, principium, exordium, *ut* רֹאשׁ חֳדָשִׁים, Exod. 12. v. 2., principium menſium; בְּרֹאשׁ in principio, Iſa. 51. verſ. 20., בְּרֹאשׁ הַשָּׁנָה in exordio anni, Ezech. 40. v. 1., מֵרֹאשׁ, Iſa. 51. v. 4., ab exordio: III. *Per figuram* συνεκδοχὴν *ſynecdochen* τὸ רֹאשׁ *deſignat totam* perſonam, *vel Æthioporum phraſi*, *ut notat Joa. Simon*, *pronomen* ipſe; *ſic* רַחַם רַחֲמָתַיִם לְרֹאשׁ גֶּבֶר, Jud. 5. verſ. 30., puella una, duæ puellæ (*dantur*) capiti viri, *h. e.* ſingulis viris, *vel* in quemque virum, *ita juxta multos*; *Vulg. vertit*, pulcherrima fœminarum eligitur ei; *legiſſe videtur abſque accentu*, *qui Latinorum virgulæ æquivalet*, *ità ſcilicet* puella puellarum, *ſive* fœmina fœminarum *&c.*, *nam* רַחַם *propriè eſt* venter, uterus, vulva; *per ſynecdochen tamen hic pro* fœmina *bello capta ponitur*; לְרֹאשׁ צַדִּיק, Prov. 10. verſ. 6., capiti juſti, *id eſt* ipſi juſto, *ſive* ſuper quemque juſtum: *Cum affix.* מֵעַל רֹאשֶׁךָ à capite tuo, *id eſt* à te; בראשו in caput ejus, *id eſt* in ipſum:

Pſalm.

Pſalm. 7. v. 17., לְרֹאשֵׁנוּ in caput noſtrum, *id eſt* ſuper nos, Pſalm. 66. v. 12., עַל־רֹאשֵׁם, Iſa. 35. verſ. 10., ſuper caput eorum, *id eſt* ſuper illos ipſos. *Hinc phraſis* דָּמְךָ עַל־רֹאשֶׁךָ, 2. Sam. 1. v. 16., ſanguis tuus ſuper caput tuum, *id eſt* ſanguis, quem effudiſti, eſt cauſa mortis tuæ, *& ita* דָּמְךָ יִהְיֶה בְּרֹאשֶׁךָ, 1. Reg. 2. verſ. 37., ſanguis tuus erit in caput tuum, *id eſt* ipſemet eris mortis tuæ cauſa, *vel* pœnam peccati tui lues.

ראֹשׁ Róſch, *nom. propr. viri*, Geneſ. 46. v. 21.

רָאשׁ *m. Significat eadem ac* ראֹשׁ, *de quo ſupra*: *Aliam ſignificationem dictionis hujus* רָאשׁ *vide infra in* רָשׁ *poſt* רוּשׁ: *Plur.* רָאשִׁים capita, principes, duces, vertices, cohortes, turmæ, *&c. Item* רָאשִׁים *ſunt* pauperes, *quod tamen ſpectat ad* רָשׁ *videndum infra ſub radice* רוּשׁ: לְאַרְבָּעָה רָאשִׁים, Geneſ. 2. verſ. 10., in quatuor capita; וַיִּתֵּן אֹתָם רָאשִׁים, Exod. 18. verſ. 25., & conſtituit eos principes; שְׁלֹשָׁה רָאשִׁים, Jud. 7. v. 16., 1. Sam. 11. v. 11., *&c.*, tres cohortes, turmæ, *ſive* ordines, partes; רָב־אֹכֶל נִיר רָאשִׁים, Prover. 13. v. 23., multus cibus *in* novali, *ſive* agro magnatum, *& juxta Vulg.*, in novalibus patrum, *id eſt divitum, quibus eſt facultas optime colendi terram*; *Alii* τὸ רָאשִׁים *derivant à* רוּשׁ, *ita ſcil. ut* א *non ſit radicale, atque vertunt*, in novali, in agro pauperum, *qui videl. illum, per ſe more colonorum ſingulari ſedulitate, & labore colentes, fœcundiorem efficiunt*: *Cum præfix.* הָרָאשִׁים agmina, turmæ, Jud. 7. v. 20., 9. v. 44. *Conſtruct.* רָאשֵׁי vertices, cacumina, Geneſ. 8. v. 5., *item* principes, Exod. 6. v. 14., Num. 1. v. 16., *&c.*, *item* capita, Pſalm. 74. verſ. 13., עִם כָּל־רָאשֵׁי בְשָׂמִים, Cantic. 4. verſ. 14., cum omnibus præſtantiſſimis aromatibus, *ſive*, *juxta Vulgat.*, cum omnibus primis unguentis: *Cum præfix.* בְּרָאשֵׁי in capitibus, 1. Sam. 29. v. 4., in cacuminibus, 2. Sam. 5. verſ. 24., 1. Paral. 14. verſ. 15., in principibus, *ſive* inter principes, 1. Paral. 12. verſ. 18., in principiis, in exordiis, Numer. 10. v. 10., 28. v. 11.; לְרָאשֵׁי per capita, *i. e.* per principes, *ſive* in principibus, 1. Paralip. 7. v. 11., 24. verſ. 4., 26. v. 12., מֵרָאשֵׁי de verticibus, Jud. 9. v. 36., de principibus, 2. Paral. 19. v. 8., 28. v. 12., *&c.*

&c. *Cum affix.* בְּרָאשֵׁינוּ, 1. Paral. 12. v. 19., in capitibus noſtris, *id eſt* periculo capitum noſtrum; רָאשֵׁיכֶם capita veſtra, Levit. 10. v. 6., Ezech. 24. v. 23., *item* principes veſtri, Deuter. 29. verſ. 9., Iſa. 29. v. 10., בְּרָאשֵׁיכֶם in principes, Deuter. 1. v. 13., רָאשֶׁיהָ principes ejus, Mich. 3. verſ. 11., וּלְרָאשָׁיו & principes ejus (vocavit), Joſ. 23. verſ. 2., 24. v. 1., רָאשֵׁיהֶם capita ipſorum, *vel* ſua, Exod. 36. v. 38., &c., 2. Reg. 10. verſ. 7., Ezech. 1. v. 22., &c., *item* principes eorum, 1. Paral. 12. v. 32., Pſalm. 139. v. 17., בְּרָאשֵׁיהֶם in capitibus ſuis, 1. Reg. 20. v. 32., עַל־רָאשֵׁיהֶן ſuper capita eorum, Ezech. 23. v. 42.

רָאשׁ, *m. Chald.* princeps: *Inde plur. cum affix.* בְּרָאשֵׁהֹם inter principes, *ſive* primarios eorum, Eſdr. 5. v. 10.

רֵאשׁ *m. Chald.* ſumma, Dan. 7. v. 1., *Aliud Hebr.* רָאשׁ *vide ſub radice* רוש: *Emphaticè, cum* ה *loco* א, רֵאשֵׁהּ דִּי דְהַב caput auri, *id eſt* aureum, Dan. 2. verſ. 38. *Cum affix.* וְחֶזְוֵי רֵאשִׁי & viſiones capitis mei, Daniel. 4. vv. 2. 7., רֵאשָׁךְ (viſiones) capitis tui, Dan. 2. v. 28., רֵאשֵׁהּ (viſiones) capitis ejus, Dan. 7. v. 1., *& fœm. cum præfix.* בְּרֵאשַׁהּ in capite ejus, Dan. 7. v. 20., רֵאשְׁהוֹן caput eorum: *Plur.* רֵאשִׁין capita, Dan. 7. v. 6.

ראֹשָׁה *f. Vide ſupra in* ראשׁ: *Item* ראֹשָׁה *vide ibidem*.

רֵאשָׁה *maſc. Vide ſupra in* רֵאשׁ *Chald. Cum affix.*, *& præfix.* מֵרֵאשֹׁתָיו *vide infra in* רֵאשִׁית *ſuo proprio loco*.

רֵאשֶׁת *fœm.* Initium, principium, primordium, *q. d.*, *ut notat Joa. Simon*, præceſſio temporis, *ſive* tempus præcedens: *Plur. cum affix.*, *& præfix.* מֵרֵאשֹׁתֵיכֶם ab, *ſive* præ primordiis, initiis veſtris, Ezech. 36. v. 11.

רַאֲשָׁה *fœm.* Pars prior, *ſive quæ eſt* ad caput, *ut exponit Joa. Simon*, *vel*, *ut cum Buxtorfio habent multi*, pulvinus, cervical, *quaſi* capitale *dicas*, *quod* capiti *ſupponatur*: *Plur. conſtr. cum terminatione maſculina* מְרַאֲשֹׁתֵי שָׁאוּל, 1. Sam. 26. v. 11., à cervicalibus Saulis, *& juxta Vulg.* ad caput Saul. *Vide*, *quæ mox ſequuntur cum* מ *heemant ab initio*, *videl.*

מְרַאֲשָׁה *fœm. Significat idem ac* רַאֲשָׁה. *Inde plural. cum affix.* מְרַאֲשֹׁתָיו, Geneſ. 28. vv. 11. 18., 1. Sam. 19. vv. 13.

16., 1. Reg. 19. v. 6., & *abſque* Jod, *indice plur. numeri*, מְרַאֲשֹׁתָו, 1. Sam. 26. vv. 7. 11., *variè reddendum ſecundum ea, quæ præcedunt, quæve ſequuntur, videl.* cervicalia ſibi (poſuit, diſpoſuit); *item* cervicalibus ejus, *vel* ſua, *ſive* verſus, *vel* ſub cervicalia ejus, ſua: *Sunt, qui arbitrantur, hac in dictione haberi ellipſin præfixi* ב, *vel* מ, *eſſeque pro* מִמְּרַאשׁתיו; *hinc reddunt*, pro, in, *vel* à cervicalibus ejus, ſuis, *ſive, juxta quoſdam*, à partibus capitis ejus, *vel* ſui: *LXX. verterunt*, κεφαλῆ αὐτοῦ, & πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ, *i. e., ut fere ſemper habent Vulg., aliique*, caput ejus, & ad caput ejus, *ſive* ſuum; *hanc propterea vocem acceperunt veluti compoſitam ex præpoſitione* מ, & ראשׁ. *Vide, quod ſequitur.*

מְרַאֲשָׁה *f. Inde plur. cum affix.* מְרַאֲשֹׁתֵיכֶם, *alias cum* Cholem *pleno*, יָרַד מְרַאֲשׁוֹתֵיכֶם, Jerem. 13. verſ. 18., deſcendit principatus veſtri, *id eſt* quælibet, & omnis dignitas veſtra, *ut habet Buxtorfius*; *Alii vertunt* capitalia veſtra, *h. e.* ornamenta, *ſeu* unumquodque ornamentorum capitis veſtri; *nam verbum ſingulare eſt*, & *maſculinum*. *Multis* τὸ מְרַאֲשֹׁתֵיכֶם *eſt dictio compoſita, ex præpoſitione ſcilicet* מ, & ראשׁ: *Sed & LXX. verterunt*, ἀπὸ κεφαλῆς ὑμῶν, *id eſt, ut habet etiam Vulg.*, de capite veſtro.

רֵאשִׁית *fœm. Eſt*: I. Initium, principium, exordium, Geneſ. 10. verſ. 10., 49. v. 3., *&c.*, בְּרֵאשִׁית in principio, Geneſ. 1. v. 1., מֵרֵאשִׁית, Iſa. 46. v. 10., & *extrita litera* א, מֵרֵשִׁית, Deut. 11. v. 12., ab initio, ab exordio. *Cum affix.* רֵשִׁיתְךָ principium tuum, *id eſt* prior ſtatus tuus, Job. 8. verſ. 7., מֵרֵאשִׁיתוֹ, Eccleſ. 7. v. 8., & *abſque* Jod, מֵרֵאשִׁתוֹ, Job. 42. verſ. 12., præ principio ejus; בְּרֵאשִׁיתָהּ, Hoſe. 9. v. 10., in principio, *ſive* initio ejus, *cum primum ſcil. incipit ficus ferre fructum*; *Vulg. vertit*, in cacumine ejus: II. Præcipuum, præſtantiſſimum, *quod ſcil. ratione* dignitatis præcedit; *ſic* רֵאשִׁית גּוֹיִם, Numer. 24. verſ. 20., præcipua, *ſive* præſtantiſſima gentium (Amalek); *Alii cum Vulg. vertunt*, principium gentium, *id eſt, ut quidam exponunt*, principium præliantium *contra Iſrael*; רֵאשִׁית גְּבוּרָתָם præcipua, *ſive* ſumma virtus, *vel* fortitudo eorum, Jerem. 49. verſ. 35., וְרֵאשִׁית שְׁמָנִים,

 Amoſ. 6.

Amoſ. 6. v. 6., & præſtantiſſimo unguentorum: III. Primitivum, primitiæ, *id ſcil.*, *quod* præcedit *ratione* temporis, *ut* Exod. 23. v. 19., 34. v. 26., *& Cum præfix.* לְרֵאשִׁית ad primitias, Nehem. 12. verſ. 44., מֵרֵאשִׁית de primitiis, Numer. 15. v. 21., Deut. 26. v. 2., 1. Sam. 2. v. 29., Proverb. 3. v. 9. *Cum affix.* רֵאשִׁיתָם primitiæ eorum, Num. 18. v. 12.

רִאשׁוֹן *m.* Prior, primus, *ſive* tempore, *ſive* ordine, *&* loco, *ſive* dignitate: רִאשׁוֹן הוּא לָכֶם primus ipſe vobis *erit*, Exod. 12. v. 2. *Semel occurrit cum* Jod *loco* א, *ita ſcil.* שְׁאַל־נָא לְדֹר רִישׁוֹן interroga, *ſive* conſule, quæſo, generationem priorem, priſcam, Job. 8. verſ. 8. *Cum præfix.* הָרִאשׁוֹן prior, Geneſ. 25. v. 25., *&* מִיּוֹם הָרִאשֹׁן, Exod. 12. v. 15., à die primo: *ſemel cum* Jod *poſt* א, הֲרִאישׁוֹן num primus? Job. 15. v. 7., בָּרִאשׁוֹן, Geneſ. 8. v. 13., *&* בָּרִאשֹׁן, Exod. 12. verſ. 18., primo; כָּרִאשׁוֹן ſicut primum, Levit. 9. v. 15., מֵרִאשׁוֹן, Jerem. 17. v. 12., à principio, *nempe*, מראשית בריית עולם à principio creationis mundi, *ut R. Salom. explicat*: *Plural.* רִאשֹׁנִים primi, priores, priora, Levit. 26. v. 45., *&c. Cum præfix.* הָרִאשֹׁנִים priores, Exod. 34. v. 1., בָּרִאשֹׁנִים in primis, 2. Sam. 21. verſ. 9., כָּרִאשֹׁנִים ſicut priores, Exod. 34. v. 1., זִכְרוֹן לָרִאשֹׁנִים memoria priorum, Eccleſ. 1. v. 11.

רִאשֹׁנָה *fœm.* Prior, prima, primum, Levit. 5. v. 8. *Et ſemel, ut in maſc. cum* Jod *in medio poſt* א, הַגּוֹרָל רִאישֹׁנָה ſors prima, Joſ. 21. v. 10. *Sæpe per ellipſin nominis* עֵת, *vel* מָקוֹם, *& maximè cum præfix.* ב, כ, ל, מ, τὸ רִאשֹׁנָה *pro Adverbio* ante, prius, primo *uſurpatur*, *ut* רִאשֹׁנָה primò, *ſcil. loco*, Geneſ. 33. verſ. 2., primum, primo, *ſcil.* tempore, Levit. 5. verſ. 8., prius, Num. 2. v. 9. *Cum præfix.* הָרִאשֹׁנָה prima (plaga), 1. Sam. 14. v. 14., בָּרִאשֹׁנָה prius, Geneſ. 13. verſ. 4., in prima, *ſive* prima vice, *& juxta Vulg.* primi, Numer. 10. vv. 13. 14., *& cum* Vau, בָּרִאשׁוֹנָה primum, Deut. 13. v. 10., כָּרִאשֹׁנָה, Deut. 9. v. 18., Dan. 11. v. 29., ſicut prius, ſicut primum; כְּבָרִאשֹׁנָה; Jud. 20. verſ. 32., 1. Reg. 13. v. 6., Iſa. 1. v. 26., ſicut in principio, *ſive* ſicut primum, ſicut prius; לָרִאשֹׁנָה, Geneſ. 28. v. 19., Jud. 18. v. 29.,

primo,

primo, prius: *Et cum tribus literis ſervilibus per Pleonaſmum, ut cum Buxtorfio arbitrantur multi*, לְמִבָּרִאשֹׁנָה, 1. Paralip. 15. v. 13., inde à principio, principiò; *At Joa. Simoni, & quibuſdam aliis eſt dictio compoſita ex præfix.* ל, *& pronomine* מַה־, *redditurque*, propter id, quod in principio, *vel* propterea quod in principio, *ſive* quam primum: *Plur.* רִאשֹׁנוֹת, Iſa. 43. v. 18., *& cum præfix.* הָרִאשֹׁנוֹת, Geneſ. 41. v. 20., *&c.*, priores, primæ, priora.

רִאשֹׁנִית *fœm.* Primus: הִיא הַשָּׁנָה הָרִאשֹׁנִית iſte eſt annus primus, Jerem. 25. v. 1.

* הָרְאִיתֶם, *&* הָרְאִיתִים *Vide in* רָאָה *pag.* 1347.

רַב, רַב, רָב, רֹב, *&c. vide infra poſt* רָבַב *ſuis propriis locis.*

* רַבָּא *maſc. Chald. in ſtatu emphat. vide infra in* רַב *Chald. pag.* 1367.

* רִבּוֹא *fœm.*, *& Plur.* רִבֹּאוֹת *vide infra poſt* רְבָבָה *inter nomina pag.* 1363.

רבב Magnus fuit, *idque, vel* quantitate continua, *ſive* magnitudine, *vel* quantitate diſcreta, *ſive* numero: *Unde* multus, copioſus fuit, *vel* factus eſt, multiplicatus eſt, crevit: *Item, juxta multos*, jaculatus eſt, *petita ſignificatione à vicino verbo* רוב. *Vide multa in eodem* רוב, *&* רָבָה. *Præter.* וּבְרָקִים רָב, Pſalm. 18. v. 15., & fulgura jaculatus eſt, *ſive* jecit, *juxta Aben Eſram, & Kimchium in Comment.*, *nec non Pagninum, Buxtorfium, alioſque*: *Sed LXX.*, *Vulg.*, *& quidam alii verterunt*, fulgura multiplicavit: *Aliud vide infra inter nomina*; *vide item* רַב *ibidem, & in verbo* רוב; רַבְּתָא *f. vide in* רַב *Chald. pag.* 1367: *Sed* רַבָּתָה *vide in nom. propr.* רַבָּה *pag.* 1365., *item cum* Jod *paragog.* רַבָּתִי *vide infra in* רַבָּה *pag.* 1364. *Fœmin.* רָבָּה, Geneſ. 18. v. 20., multus, magnus fuit, *ſive* multiplicatus eſt; וְרַבָּה & multiplicabitur, Iſa. 6. v. 12. *Aliud vide inter nomina*: *Plur.* רַבּוּ, 1. Sam. 25. v. 10., Pſal. 3. v. 2., *&c.*, *& in pauſa* רָבּוּ, Pſalm. 4. v. 8., multiplicati ſunt, creverunt, multiplicant; *Sed* וָרֹבּוּ, Geneſ. 49. verſ. 23., & jaculati ſunt, *juxta quoſdam*; *Alii vertunt*, & contenderunt; *Vulgat. habet*, & jurgati ſunt, *quaſi à* רוב. *Infin.* לָרֹב multiplicari, Geneſ. 6. v. 1. *Pyh. Partic. plur.* מְרֻבָּבוֹת *vide infra in nomine* רְבָבָה: הַרְבֵּה,

 הַרְבֵּה,

הַרְבָּה , מַרְבָּה , מִרְבָּה , מַרְבִּית , אַרְבֶּה *vide infra ſuis locis poſt* רַבָּה *inter nomina, videl. pag.* 1372., 1373.

רָבָב *maſc. Inde plur.* רְבָבִים *vide infra in* רָבִיב *poſt dictionem, quæ mox ſequitur.*

רְבָבָה *fœm.* Myrias, decem *ſcil.* millium numerus, *ſive* decem millia; *& per ſynecdochen in genere*, numerus *magnus*, multitudo *magna*, *& indefinita*: *ſic* לְאַלְפֵי רְבָבָה, Geneſ. 24. verſ. 60., (eſto) in millia myriadum, *h. e.* poſteritas tua creſcat in maximum numerum, *ſive* ſit innumerabilis; וּמֵאָה מִכֶּם רְבָבָה, Levit. 26. verſ. 8., & centum de vobis decem millia; *vide* Deut. 32. v. 30., Pſalm. 91. v. 7.; רְבָבָה כְּצֶמַח הַשָּׂדֶה נְתַתִּיךְ, Ezech. 16. verſ. 7., *in* myriadem, *ſive* decem millia, *id eſt* in multa millia, in maximum numerum, *ſive*, *ut habent Vulg.*, *aliique*, multiplicatam, copioſam, velut germen agri dedi, *ſive* poſui, auxi te; לָרְבָבָה ad myriadem, ad decem millia, Jud. 20. v. 10.; מֵרְבָבָה è myriade, Cant. 5. v. 10. *Plur.* רְבָבוֹת, 1. Sam. 18. v. 8.; myriades: *Conſtr.* רִבְבוֹת אַלְפֵי יִשְׂרָאֵל *ad* myriades millium Iſraelis, *& juxta Vulg.* ad multitudinem exercitus Iſrael, Numer. 10. v. 36., רִבְבוֹת אֶפְרַיִם myriades, *ſive* multitudines Ephraim, Deuter. 33. v. 17. *Cum præfix.* בְּרִבְבוֹת in myriadibus, *ſive* in multis millibus, in multitudine magna, Mich. 6. v. 7., וְאָתָה מֵרִבְבֹת קֹדֶשׁ, Deuter. 33. verſ. 2., & venit ex myriadibus ſanctitatis, *id eſt*, *ut quidam exponunt*, á loco, in quo erat multa ſanctitas, *ſive* in quo cum multis ſanctis erat; *Alii*, מִן *pro* עִם *accipientes vertunt*, & venit cum myriadibus, *ſive* cum multis millibus Sanctorum; מֵרִבְבוֹת עָם á decem millibus populi, *id eſt*, á populo innumerabili, Pſalm. 3. verſ. 7. *Cum ſuffix.* בְּרִבְבֹתָיו, 1. Sam. 18. v. 7., in myriadibus, *ſive* in decem millibus ſuis, *id eſt*, *ut quidam notarunt* (*tot homines* percuſſit), *quaſi fuiſſet adjutus hominum* myriadibus; *Alii vertunt*, (percuſſit) decem millia ſua. *Inde efformatum eſt Partic. Pyh. fœm. plural.* מְרֻבָּבוֹת, Pſalm. 144. v. 13., myriadibus auctæ, *vel* multiplicatæ, *ſive* myriades pariunt, *ita cum Buxtorfio multi habent*; *LXX.*, *& Vulg. vertunt* abundantes.

רָבִיב *maſc.* Imber, *id eſt*, *juxta R. Davidem*, *& Pagninum*, pluvia

pluvia vehemens, *ſive* copioſa, *quæ in octobri cadit, quæque alio nomine vocatur* יוֹרֶה, *&* מוֹרֶה, *id eſt* pluvia temporanea: *Quibuſdam vero aliis eſt quidem* imber, *ſed lentè, & aſſiduè cadens, qui ſcil. nec ros ſit, nec denſa* pluvia: *Dicitur autem* רָבִיב *à* multiplicatione, *ſive, ut vult Buxtorfius, à* magnitudine. *Occurrit tantum in Plural.* רְבִיבִים, Jerem. 14. verſ. 22., *& abſque* Jod, רְבָבִים, Jerem. 3. verſ. 3., imbres, *ſive* guttæ, ſtillæ imbris, *vel* pluviæ: *Cum præfix.* בִּרְבִיבִים in imbribus, Pſalm. 65. verſ. 11., כִּרְבִיבִים ſicut imbres, *ſive* ſtillæ, Deuter. 32. v. 2., *&c.*

רִבּוֹא *fœm.* Myrias, decem *ſcil.* millium numerus, decem millia; *item* numerus valde magnus; *ubi litera* ה *in* א *mutata*: אַרְבַּע רִבּוֹא אֲלָפִים, Eſdr. 2. v. 64., Nehem. 7. verſ. 66., quatuor myriades, *ſive* quater decem millia, *i. e.* quadraginta millia, *&* duo millia; שְׁתֵּי רִבּוֹא, Neh. 7. verſ. 72., bis myrias, *id eſt* viginti millia: *Et abſque* א, רִבּוֹ decem millia, 1. Paral. 29. v. 7., מִשְׁתֵּים־עֶשְׂרֵה רִבּוֹ, Jon. 4. verſ. 11., præ duodecim myriadibus, *id eſt* pluſquam centum viginti millia: *Chald. ſingul.*, *& plur.* וְרִבּוֹ רִבְוָן, Dan. 7. v. 10., *ubi* Dageſch *ex plurali ejecto, & juxta Maſſorethas legendum* רִבְבָן, *redditurque*, & myrias myriadum, *ſive, ut quidam exponunt*, decies mille, decem millia multiplicata, *id eſt* centena millia; *Vulg. vertit*, & decies millies centena millia: *Plur.* רִבְּאוֹת, Dan. 11. v. 12., myriades, *id eſt* multa millia; *& ex Syriſmo* שֵׁשֶׁת־רִבֹּאות, *pro* רְבָאוֹת, Eſdr. 2. v. 69., ſex myriades, *id eſt* ſexaginta millia; *& abſque* א, שְׁתֵּי רִבּוֹת, Nehem. 7. v. 71., (dederunt) duas myriades, *id eſt* viginti millia: *Duale item abſque* א, רִבֹּתַיִם, Pſalm. 68. verſ. 18., duæ myriades, *id eſt* viginti millia; *numerus hic ponitur certus pro incerto, vel longè maximo, q. d.* innumerabiles; *LXX.*, *Vulg.*, *aliique reddiderunt*, decem millibus multiplex.

רְבָבָה *fœm. Inde* רִבּוֹ; *Et plural.* רִבּוֹת; *item duale* רִבֹּתַיִם *vide ſupra in hac ipſa pag. in* רִבּוֹא: *Vide etiam, quod ſequitur, & Infin. verbi* רָבָה *pag.* 1369., *&* הַרְבּוֹת *pag.* 1371.

רַבָּה *f.* Multitudo, magna pars, multa, copioſa, abundans, ſatis, magna; *item* multa, *&* magna *ſimul*: *Item adverbialiter*, multum, valdè, copioſe: רַבָּה רָעַת multa malitia,

 Geneſ,

Geneſ. 6. verſ. 5., תְּהוֹם רַבָּה abyſſus magna, Geneſ. 7. verſ. 11., וַעֲבֻדָּה רַבָּה & famulitium, ſive & familia copioſa, Geneſ. 26. v. 14., רָעַתְכֶם רַבָּה malitia veſtra magna, 1. Samuel. 12. verſ. 17., לֹא־אֶמּוֹט רַבָּה, Pſalm. 62. verſ. 3., non dimovebor multum, & juxta Vulgat. amplius, ſive non labar graviter, vel ſubaudito ſubſtantivo conjugato מוֹטָה, motione magna, ut Rab. Salomon complet: Aliud רַבָּה nom. propr. vide infra poſt hunc dictionem Conſtruct. רַבַּת, quod tamen quandoque pro abſoluto ponitur, ut רַבַּת בַּקָּהָל, 2. Paralip. 30. verſ. 17., & magna pars, ſive multitudo in cœtu; רַבַּת חֶלְאָתָהּ, Ezech. 24. verſ. 12., copioſa rubigo ejus, ſive copia rubiginis ejus: Item רַבַּת multum, copioſè, valde, Pſalm. 65. verſ. 10., 123. v. 4., multum, id eſt multo tempore, diù, Pſalm. 120. verſ. 6., וְרַבַּת בָּנִים, 1. Sam. 2. v. 5., & copioſa, ſive multa filiis, i. e. filiis abundans; רַבַּת אוֹצָרֹת, Jerem. 51. v. 13., abundans theſauris, ſive locuples in theſauris; רַבַּת הַמְּהוּמָה, Ezech. 22. v. 5., multæ contritionis, vel, juxta alios, copioſa divexatione, ſive agitatione; Vulg. τὸ הַמְּהוּמָה derivat ab הָמַם, quod eidem ſæpe eſt, occidit; unde hoc in loco reddit, grandis interitu: Aliud רַבַּת vide poſt hanc dictionem in nom. propr. רַבָּה: Occurrit etiam cum Jod paragog., רַבָּתִי בַגּוֹיִם..., רַבָּתִי עָם, Thren. 1. v. 1., multa, ſive copioſa populo, i. e. populoſa..., magna in gentibus, ſive inter gentes. Plural. הַצֹּאן רַבּוֹת gregis multitudines, ſive, ut vertit Vulg., (habuit) greges multos; רָעוֹת רַבּוֹת mala magna, ſive multa, Deuter. 31. vv. 17. 21, רַבּוֹת מַחֲשָׁבוֹת בְּלֶב־אִישׁ, Prov. 19. verſ. 21., multæ cogitationes in corde viri; וּבָאֳנִיּוֹת רַבּוֹת, Dan. 11. v. 40., & in navibus multis, ſive, juxta Vulg., & in claſſe magna; וְרַבּוֹת & multi, Dan. 11. verſ. 41. Sed הַרְבּוֹת, לְהַרְבּוֹת, &c. vide in Infin. verbi רָבָה in Hiph.

* מַהֲרָבִירִין Dictio compoſita, quam vide pag. 1371.

רַבָּה Rabbáh, nom. propr. civitatum: Occurrit autem cum præfix., בְּרַבָּה in Rabbáh, & juxta Vulg. adverſùm Rabbath, 2. Sam. 12. v. 27., וְהָרַבָּה & Harabbáh, & juxta Vulg. Arebba, urbs ſcilicet Tribus Judæ, Joſ. 15. verſ. 60. Item conſtruct. בְּרַבַּת in, ſive contra Rabbath, 2. Samuel. 12. verſ. 26.,

verſ. 26., & *cum* ה *locali*, רַבָּתָה Rabbath verſus, 2. Samuel. 12. v. 29.

רַב *maſc. Eſt*: I. Multus, copioſus, abundans, amplus, *ut* מִסְפּוֹא רַב ſpabulum multum, Geneſ. 24. v. 25., עַם בְּנֵי יִשְׂרָאֵל רַב populus filiorum Iſrael multus, Exod. 1. v. 9., רַב מִמְּךָ הַדָּרֶךְ, 1. Reg. 19. verſ. 7., multa, *ſive* longa à te via *eſt*, *ſive* longa tibi via *inſtat*, *vel reſtat*; *quidam vertunt*, multum præ te hoc iter, *id eſt majus eſt*, *quam pro viribus tuis præſentibus*: *Et in pauſa* רָב multa, copioſa (multitudo), Geneſ. 13. v. 6., Deut. 9. v. 14., עַם־רָב, Joſ. 11. verſ. 4., populus multus: *Cum præfix.* הָרָב, Jſa. 16. v. 14., 2. Paral. 20. v. 12., multa, copioſa (multitudo); בְּרָב in multo, *ſive* in multis, 1. Sam. 14. v. 6., לָרַב copioſo, Num. 26. verſ. 54. *Plur.* רַבִּים multi, multæ, Geneſ. 21. v. 34., Joſ. 22. v. 8., Jud. 9. verſ. 40., &c., מַיִם רַבִּים aquæ copioſæ, Num. 20. verſ. 11. *Cum præfix.* בַּיָּמִים הָרַבִּים הָהֵם, Exod. 2. verſ. 23., poſt dies multos illos, *id eſt* poſt multos annos; אַתֶּם הָרַבִּים vos multi, *ſive* plures, 1. Regum 18. verſ. 25., בְּרַבִּים, Pſal. 55. verſ. 10., & בָּרַבִּים, Dan. 11. verſ. 39., in multis; לְרַבִּים, Pſal. 71. verſ. 7., & לָרַבִּים, Eſth. 4. v. 3., multis; מֵרַבִּים, Nehem. 7. v. 2., præ multis, & *juxta Vulg.* plus cæteris: II. Magnus, major, *ut* קִרְיַת מֶלֶךְ רָב, Pſalm. 48. verſ. 3., civitas regis magni; מִפֶּשַׁע רָב, Pſalm. 19. v. 14., à prævaricatione magna: וְרַב & major, Geneſ. 25. v. 23. *Plur.* בָּחֳלָיִים רַבִּים, 2. Paralip. 21. verſ. 15., in infirmitatibus multis: III. *Subſtantivè* princeps, præfectus, magiſter, *qui ſcilicet* multis *præeſt*, *aut* multos *doctrina*, & *dignitate antecellit*; *ut* רַב־טַבָּחִים, 2. Reg. 25. verſ. 8., Jerem. 35. vv. 9. 13., princeps, *ſive* magiſter ſatellitum, *juxta quoſdam*; *à Vulgat. redditur* princeps exercitus, & magiſter militum, princeps militiæ; רַב הַחֹבֵל, Jon. 1. v. 6., magiſter gubernatoris nautici; *i. e.* ſupremus nauclerus, *reliquis præfectus*; רַב סָרִיסָיו, Dan. 1. verſ. 3., (dixit) præpoſito eunuchorum; עַל כָּל־רַב בֵּיתוֹ unicuique magiſtro domus ſuæ, Eſth. 1. v. 8., רַב מְחוֹלֵל־כֹּל, Prover. 26. v. 10., *in cujus expoſitione variant Interpretes*: *Buxtorfius vertit*,

 magiſter,

magiſter format omnia; *& juxta quoſdam*, magnus creat, *vel* format omnia; *Jod. Sim. habet*, jaculum vulnerans omnes; *Junius*, *& Tremellius reddunt*, plurimum, *ſive* ut plurimum dolore afficit omnes; *& juxta alios* admodum confundit omnia: *Vulgat. vero*, *ſive Hieronymus eſt interpretatus*, judicium determinat cauſas; *quæ quidem expoſitio non eſt à textu aliena*, *quin & eidem conſona*. *Nam in omnium ſententia τὸ* רַב *ſignificat etiam* præfectum, *cum ſcil.*, *qui auctoritate præeſt* multis, *adeoque* judicent, *pro quo Vulg. poſuit* judicium, *abſtractum ſcilicet pro concreto*; מְחוֹלֵל *autem*, *ex uſu Syriaco*, *& Arabico*, *ſonat latinè*, determinat, *ut notat Guarin*; *ſed etſi illud ipſum ab Hebræo* חוּל *derivetur*, *uti cum Buxtorfio derivant multi*, *ſonat* format; *qui autem* format, *etiam jure* determinare *dicitur*. *Cum præfix.*, *& in pauſa*, וְיִשְׁלַח לָהֶם מוֹשִׁיעַ וָרָב, Iſa. 19. v. 20., & mittet eis ſervatorem, & magnatem, principem, *ſive*, *juxta Vulg.*, & propugnatorem: *Aliud* רַב *vide infra*, *& in* רֹב: *Plural. conſtruct.* רַבֵּי, Jerem. 39. v. 13., 41. verſ. 1., optimates: IV. Jaculator, *juxta quoſdam*; *Aliis verò eſt* lancea, ſagitta, jaculum, *quod ſcilicet* jaculando emittitur: *Occurrit hoc in ſenſu in plur. cum affix.* רַבָּיו, Job. 16. v. 13., jaculatores ejus, *ita multi cum Buxtorfio vertunt*. *Sed alii cum Jo. Simone reddunt*, jacula ejus: *LXX.* λόγχαις βάλλοντες lanceis jaculantes; *Vulgat.* lanceis ſuis: V. *Adverbialiter* multùm, abundè, copiosè, valdè, ſatis: רַב עוֹד־יוֹסֵף בְּנִי חָי, Geneſ. 45. v. 28., ſatis, *ſive* multum *eſt*, adhuc Joſeph filius meus vivit! וְרַב מִהְיֹת קֹלֹת, Exod. 9. v. 28., & multum, de eſſe, *ſive* nè ſint voces, *vel* tonitrua; *juxta verò alios*, & ſatis, *ſive* ſufficiat *illi*, ita ut non ſint *poſthac* tonitrua; *LXX.*, *& Vulgat. habent*, ut deſinant tonitrua; יֶשׁ־לִי רָב, Gen. 33. v. 9., eſt mihi multum, *ſive* abunde, ſatis; רַב־לָכֶם ſatis *eſto*, *ſive* ſufficiat vobis, Num. 16. verſ. 3., רַב עַתָּה יְהוָה קַח נַפְשִׁי, 1. Reg. 19. verſ. 4. ſatis *eſt*, *ſive* ſufficit: nunc, Domine, accipe animam meam: *Vide*, *quæ ſequuntur*.

רַב *maſc. Chald. eſt*: I. Magnus, magna, magnum, Eſdr. 5. verſ. 11., Dan. 2. vv. 10. 31. 35. 45., 5. verſ. 1., וְחֶזְוַהּ רַב & aſpectus ejus major *erat*, Dan. 7. v. 20. *Et ſubſtantivè*

ſubſtantivè τὸ רַב *eſt* princeps, præfectus, *ità* Dan. 2. vv. 14. 48., 4. v. 6., 5. v. 11. *Sed in ſtatu emphat.* לְיַמָּא רַבָּא, Dan. 7. v. 2., in mari magno; אָסְנַפַּר רַבָּא Oſnapár magnus, Eſdr. 4. v. 10., לְבֵית אֱלָהָא רַבָּא, Eſdr. 5. v. 8., ad domum Dei magni: *Fœm.* בָּבֶל רַבְּתָא Babel iſta magna, Dan. 4. v. 27. *Et geminatà primà radicali*, רַבְרַב valdè magnus, valdè grandis: *Inde plur.* כְּמָה רַבְרְבִין quam magna *ſunt*, Dan. 3. v. 33. *Et ſubſtantivè, item in numero plur., ſed cum* Nun *paragog., juxta quoſdam, & cum affix.* וְרַבְרְבָנַי & magnates, *ſive* optimates mei, Daniel. 4. v. 33., וְרַבְרְבָנָיךְ & magnates, *ſive* optimates tui, Dan. 5. verſ. 23., וְרַבְרְבָנוֹהִי & magnates, optimates ejus, *vel* ſui, Dan. 5. vv. 2. 3. 9. 10.; 6. v. 18., לְרַבְרְבָנוֹהִי, Dan. 5. v. 1., optimatibus ſuis: *Fœm. plur.* רַבְרְבָן valde magna, Dan. 2. v. 48., חֵיוָן רַבְרְבָן beſtiæ magnæ, Dan. 7. v. 3., *ita* (dentes) רַבְרְבָן magni, Dan. 7. verſ. 7., וּפֻם מְמַלִּל רַבְרְבָן & os loquebatur grandia valde, *ſive*, *juxta Vulg.*, ingentia, Dan. 7. vv. 8. 20. *Item forma emphatica*, מִלַּיָּא רַבְרְבָתָא, Dan. 7. verſ. 11., (vox) verborum, *ſive* ſermonum grandium; חֵיוָתָא רַבְרְבָתָא beſtiæ magnæ, Dan. 7. v. 17.

רַב־מָג Rab-mágah, *& juxta Vulg.* Rebmag, *nom. propr. viri*, Jerem. 39. v. 3.

רַב־סָרִיס Rab-ſarís, *& juxta Vulg.* Rabſaris, *nom. propr. viri*, 2. Reg. 18. v. 17., Jerem. 39. v. 3.

רָב *Vide infra Futur. in* רָבָה *pag.* 1369.

רֹב *m.* Multitudo, copia, turba multa, maxima pars, amplitudo: רֹב זִבְחֵיכֶם multitudo ſacrificiorum veſtrorum, Iſa. 1. verſ. 11., בְּרֹב דְּבָרִים in multitudine verborum, Prover. 10. v. 19. *Ante Makkaph*, רָב־אֹכֶל multitudo cibi, Prover. 13. verſ. 23., רָב־אָדָם multitudo, maxima pars hominum, Prover. 20. v. 6., בְּרָב־כֹּחַ in, *ſive* præ multitudine, *vel* ob magnitudinem roboris, *ſive* virium, Job. 30. v. 18., הַבְרָב־כֹּחַ, Job. 23. v. 6., an multitudine, *ſive* amplitudine roboris, fortitudinis? הֲרֹב דְּבָרִים an multitudini verborum? Job. 11. v. 2. *Sed* הֲרֹב, *quod legitur* Job. 40. v. 2., *à Vulg.*, *Sym.*, *aliiſque refertur ad* רוּב contendit; *redditurque*, nunquid contendendo, *ſi-*

ve

ve nunquid, qui contendit? כְּרֹב ſecundum multitudinem, Neh. 13. v. 22., לָרֹב, Geneſ. 30. v. 30., in multitudinem, ſive copiam, amplitudinem: *Et cum Cholem pleno*, לָרוֹב in multitudinem, in maximam partem, 1. Paralip. 4. v. 38., וְהוֹתֵר עַד־לָרוֹב & relinquere uſque in multitudine, *id eſt* in magna copia, 2. Paral. 31. verſ. 10., *item* לָרוֹב multitudini, Eſth. 10. v. 3., מֵרֹב, Geneſ. 16. verſ. 10., *& cum Cholem pleno*, מֵרוֹב, Job. 35. verſ. 9., præ multitudine, *ſive* propter multitudinem: *Cum affix.* מֵרֻבְּכֶם propter multitudinem veſtram, Deuter. 7. v. 7., כְּרֻבָּם ſecundum, *ſive* juxta multitudinem eorum, *vel* ſuam, Hoſe. 4. verſ. 7. *Plur. conſtr.* רֻבֵּו תּוֹרָתִי, Hoſe. 8. verſ. 12., *ubi ſcribitur cum* Vau, *ſed legitur per* Jod *in fine, redditurque*, amplitudines, *ſive* magnalia, honorabilia legis meæ, *ità, juxta quoſdam; At alii vertunt*, multiplicitatem legis meæ, *vel* multiplices leges meas.

רָבַד Adornavit, inſtruxit, inſtravit: *Præter.* מַרְבַדִּים רָבַדְתִּי עַרְשִׂי, Proverb. 7. v. 16., cadurcis inſtruxi ſpondam meam, *ità habent Buxtorfius, & quidam alii: Sed LXX. verterunt*, κειρίαις τέτακα τὴν κλίνην μου inſtitis texui lectum meum; *Aq., & Theod.* περιστρώμασι περιέστρωσα ſtragulis ſtravi; *Vulgat.*, intexui funibus lectum meum: רְבִד *vide in dictione* רָבִיד, *quæ mox ſequitur*: מַרְבַדִּים *vide infra in nom.* מַרְבָד.

רָבִיד *m.* Torques, Ezech. 16. v. 11. *Conſtr.* רְבִד הַזָּהָב torquem aureum, Geneſ. 41. v. 42.

מַרְבָד *m. Inde plur.* מַרְבַדִּים, Prov. 7. v. 16., 31. v. 22., *ſunt, juxta Buxtorfium, & quoſdam alios*, cadurca, tapetes lectorum, lectiſternia ornatoria. *Sed LXX. primo in loco ſunt* κειρίαι, *i. e.*, inſtitæ, faſciæ lecti; *Vulgat. ſunt* funes; *poſteriori vero loco eiſdem LXX. ſunt* χλαῖναι, *id eſt*, lænæ, ſtragula; *Vulg.* ſtragulata veſtis.

רָבָה Magnus fuit: *Atque id quidem, ut notat Joa. Simon, vel* quantitate continua: *Unde* magnus factus, auctus eſt, augeſcit, crevit; *vel* quantitate diſcreta, *ſive* numero: *Unde* multus fuit, *vel* factus eſt, multiplicatus, auctus fuit: *Item ſemel* jaculatus eſt. *Præter. fœm.* רָבְתָה magna, major facta eſt, 1. Sam. 14. verſ. 30., *ſed* רַבָּתָה *eſt*

nom.

nom. propr., *quod vide ſupra in* רַבָּה *pag.* 1364., וְחָיִיתָ וְרָבִיתָ ut vivas, & multipliceris, Deut. 30. v. 16. *Plur.* וְרָבוּ כְּמוֹ רָבוּ & multiplicabuntur, ſicut multiplicati ſunt, Zach. 10. v. 8., וּרְבִיתֶם & multiplicemini, *ſive* augeamini, Deut. 8. v. 1. *Partic.* רֹבֶה קַשָּׁת, Geneſ. 21. v. 20., jaculator *ſive* jaculans arcu; *& à Vulg. redditur*, ſagittarius; *quæ ſignificatio, ut notat Joa. Simon, petita videtur à rad. cognata* רמה; *vel, ut quidam alii arbitrantur, à* ריב contendit, litigavit; *Sunt tamen, qui putant vertendum*, multiplicans, *id eſt* frequentans arcum. *Infin. conſtr.* לְמַעַן רְבוֹת ut multiplicentur, Exod. 11. v. 9., רַבּוֹת *vide ſupra in* רַבָּה *pag.* 1364. *Item* רְבוֹת *vide ſupra in* רָבָה *pag.* 1363. *Cum præfix.* בִּרְבוֹת צַדִּיקִים in multiplicando, *id eſt* cum multiplicantur, *ſive* prævalent juſti, Prov. 29. v. 2. *Imper.* פְּרֵה וּרְבֵה creſce, & multiplicare, Gen. 35. v. 11. *Plur.* וּרְבוּ & multiplicamini, Geneſ. 1. vv. 22. 28., 9. vv. 1. 7., Jerem. 29. v. 6. *Aliud vide infra inter nomina in* רְבוּת: *Futur. fœmin.* וַתִּרְבִּי & aucta, *ſive* multiplicata es, Ezech. 16. v. 7., יִרְבֶּה magnus eſt, Job. 33. v. 12., *item* multiplicabitur, augebitur, multiplicetur, augeatur, Exod. 1. vv. 10. 12., Deut. 8. v. 13., 14. v. 24. *Et per apocopam*, יֶרֶב augeſcat, multiplicetur, Geneſ. 1. v. 22., *ità, juxta Maſſor.*, 2. Paralip. 24. v. 27. *Sed ſcriptum legitur* וְרֹב, *redditurque*, & multitudo, *ſive* magnitudo: וַיִּרֶב & crevit, Exod. 1. v. 20. *Fœm.* תִּרְבֶּה (ne) multiplicetur, Deuter. 7. v. 22., וְתִרְבֶּה הַדָּעַת & multiplicabitur ſcientia, Dan. 12. verſ. 4.; *& per apocopam*, וַתֵּרֶב & magna, major fuit, erat, Geneſ. 43. v. 34., 1. Reg. 4. v. 30. *Plural.* תִּרְבּוּ, Jerem. 3. v. 16., *& cum* Nun *paragog.*, תִּרְבּוּן, Deuter. 6. v. 3., augeſcetis, multiplicabimini; לְמַעַן יִרְבּוּ ut multiplicentur, Deut. 11. v. 21., *& cum* Nun *paragog.* יִרְבּוּן multiplicabuntur, *ſive* plures erunt, Pſalm. 139. v. 18., *& mutata tertia radicali* ה *in* Jod יִרְבְּיֻן multiplicentur, augeſcant, Deuter. 8. v. 13., וַיִּרְבּוּ & auctæ fuerunt, creverunt, multiplicatæ ſunt, *ſcilicet aquæ*, Geneſ. 7. vv. 17. 18., *& fœm.* וַתִּרְבֶּינָה & multiplicabantur, & auctæ ſunt, Ezech. 31. v. 5. *Pih.* רִבָּה multiplicavit, auxit, creſcere fecit: *Inde*

etiam

etiam educavit, enutrivit: *Præter. fœm.* רִבְּתָה גוּרֶיהָ educavit, enutrivit catulos ſuos, Ezech. 19. verſ. 2., רִבִּיתָ multiplicaſti, magnum, *ſive* multum feciſti, auxiſti, Pſal. 44. v. 13., וְרִבִּיתִי & educavi, *ſive* enutrivi, Thren. 2. v. 22. *Imper. cum* ſægol *præter normam*, רַבֵּה auge, multiplica, Jud. 9. v. 29. *Hiph. Præter.* הִרְבָּה auxit, multiplicavit, Deut. 1. verſ. 10., הִרְבָּה לַעֲשׂוֹת הָרַע, 2. Reg. 21. verſ. 6., multiplicavit facere malum, *id eſt* multum mali fecit: *Sed* הַרְבֵּה הַרְבָּה *vide infra inter nomina*: הַרְבָּה *vide in infin. Cum affix.* וְהִרְבְּךָ, Deuter. 30. verſ. 5., *&* *in pauſa* וְהִרְבֶּךָ, Deut. 7. v. 13., & augebit te; *Fœm.* כִּי הִרְבְּתָה cum multiplicaret, 1. Sam. 1. v. 12., הִרְבִּיתָ, Nehem. 9. verſ. 23., *&* *fœm.* הִרְבֵּית, Nah. 3. verſ. 16., multiplicaſti; *ità &* Jerem. 46. v. 11., *quidam tamen ibidem putant legendum*, הִרְבֵּיתִי multiplicavi, *ut* Hoſe. 2. v. 10., 12. verſ. 11., וְהִרְבֵּיתִי & multiplicabo, Geneſ. 26. verſ. 4., *& cum affix.* וְהִרְבִּיתִךָ & augebo, *ſive* multiplicabo te, Geneſ. 48. verſ. 4., וְהִרְבִּיתִים & multiplicabo eos, Jerem. 30. v. 19. *Plur.* הִרְבּוּ multiplicarunt, *ſcil. familiam*, 1. Paralip. 4. v. 27., הִרְבִּיתֶם multiplicaſtis, Ezech. 11. verſ. 6., הִרְבִּינוּ multiplicavimus, Eſdr. 10. verſ. 13. *Partic.* מַרְבֶּה הוֹנוֹ multiplicans, augens ſubſtantiam ſuam Prov. 28. v. 8., עַד־שָׁלָל מַרְבֶּה, Iſa. 33. v. 23., præda ſpolium multiplicans, *i. e.* præda ſpolij multi, *ſive* ſpoliorum multorum: *Aliud vide inter nomina*; *vide etiam ibidem ſuo in loco* מַרְבָּה: *Fœm.* וּתְבוּאָתָהּ מַרְבָּה לַמְּלָכִים, Nehem. 9. verſ. 37., & (terra noſtra) proventum ſuum multiplicat regibus: *Cum præfix.* הַמַּרְבֶּה multiplicans, *ſive* qui multiplicat, Habac. 2. v. 6., וַיִּלְקְטוּ הַמַּרְבֶּה וְהַמַּמְעִיט, Exod. 16. v. 17., & collegerunt, multiplicans, & diminuens, *id eſt*, *ut optime exponit Vulgat.*, alius plus, alius minus; *ità* וְלֹא הֶעְדִּיף הַמַּרְבֶּה וְהַמַּמְעִיט לֹא הֶחְסִיר, Exod. 16. verſ. 18., & non abundavit multiplicans, & diminuens non eguit, *i. e.* nec, qui plus collegerat, habuit amplius; nec, qui minus paraverat, reperit minus: *Conſtr.* מַרְבֵּה רַגְלַיִם, Levit. 11. verſ. 42., multiplicans pedum, *id eſt* multum, *vel* numeroſum pedibus, *ſive* multis præditum pedibus; לְמַרְבֵּה *vide infra in nomine* מַרְבֶּה:

מַרְבָּה : *Plur.* מַרְבִּים הָעָם לְהָבִיא מִדֵּי הָעֲבֹדָה, Exod. 36. verſ. 5., multiplicantes populus in afferendo, *ſive* offerendo præ ſufficientia, *vel* ultra ſufficientiam ſervitii, *ſive* miniſterii : *Infin. irregulariter in* Kametz, הַרְבָּה muliplicando, Geneſ. 3. v. 16., 16. v. 10., 22. v. 17., *quibus in locis* ה *in fine paragog. eſſe, exiſtimat Joa. Simon* : *Et cum terminatione Chald.*, *ut notat idem Auctor*, וְהַרְבָּה & multiplicare, Ezech. 21. v. 20., *aliud vide inter nomina* : *Item alia forma uſitata*, לְמַעַן הַרְבּוֹת סוּס pro multiplicare, *ſive* ut multiplicet ſibi equum, *vel* equitatum, Deut. 17. verſ. 16., *ſed idem* הַרְבּוֹת, *quod* Prov. 25. v. 27. *occurrit*, *adverbii vim habet*, *videl.* multum, *ſive* plurimum, *& apud* Amoſ. 4. v. 9. *pro nomine ponitur*; *unde* הַרְבּוֹת גַּנּוֹתֵיכֶם, *Vulg.*, *aliique optime reddunt*, multitudines hortorum veſtrorum : *Cum præfix.* לְהַרְבּוֹת ad multiplicandum, *ſive* ut multiplicaret, ut augeat, Deut. 28. v. 63., 1. Paral. 27. v. 23., Prover. 22. v. 16., *& alia forma irregulari*, *inſtar ſcil. nominis*, מַהַרְבִּית ne multiplicetur, 2. Sam. 14. v. 11., *ubi*, *ut notat Buxtorfius*, Jod *redundat*, *& eſt cum Maſſor. legendum*, מֵהַרְבַּת; *quæ forma Nominibus quibuſdam fœmininis communis eſt*, *ut* זִמְרָה, *&* זִמְרַת : *Fortè*, *juxta quoſdam*, Jod *eſt loco* Vau, *ſcilicet* מַהַרְבִּית *pro* מַהַרְבּוֹת : *Imper.* הַרְבֵּה multiplica, auge, *& juxta Vulgat.* congere, Ezech. 25. v. 10. *Aliud vide infra inter nomina* : הֶרֶבה כַּבְּסֵנִי multiplica, lava me, *i. e.* multum, plurimum lavato me, Pſalm. 51. verſ. 4., *ubi ſcribitur cum* ה, *quaſi ex forma integra* הַרְבֵּה, *ſed juxta Maſſorethas legitur per apocopam*, *videl.* הֶרֶב, *ut occurrit* Jud. 20. v. 38., *ubi tamen quibuſdam videtur eſſe Infin.*, *redditurque* multiplicare, augeſcere; *aliis vero eſt adverbium*, *ſcilicet* multum, plurimum : *Fœmin.* הַרְבִּי־שִׁיר multiplica canticum, Iſa. 23. v. 16. *Plur.* הַרְבּוּ multiplicate, augete, Geneſ. 34. v. 12., Amoſ. 4. v. 4. *Futur.* הַרְבָּה אַרְבֶּה multiplicando multiplicabo, Geneſ. 3. v. 16. *Aliud* אַרְבֶּה, *cum* א *ſcil. heemant.*, *vide infra inter nomina*; *& cum apocopa* וָאַרֶב, Joſ. 24. v. 3., *ubi tamen Maſſora habet* וָאַרְבֶּה, ה *ſcilicet ſervato*, & multiplicavi : *Sed* אָרֵב *vide ſupra in nom.* אֶרֶב *pag.* 61. *Cum affix.* וְאַרְבֵּהוּ, Iſa. 51. v. 2., & multiplicavi eum :

vi eum : תַּרְבֶּה augebis , Levit. 25. v. 16., & cum apocopa תֶּרֶב multiplicaſti , auges , Pſal. 71. v. 21., & fœm. וְתַרְבִּי לָךְ & multiplices , multiplicaveris tibi , Jerem. 2. verſ. 22., וַתַּרְבִּי & multiplicaſti , Iſa. 57. v. 9., יַרְבֶּה augebit , multiplicabit , Exod. 30. v. 15., Deuter. 17. verſ. 16., הֲיַרְבֶּה an multiplicabit ? Job. 40. v. 27., & cum apocopa וַיֶּרֶב & multiplicabit , Job. 34. v. 37., וַיֶּרֶב & multiplicavit, 2. Sam. 18. v. 8., ſed וַיֶּרֶב vide ſupra in אָרַב pag. 61. Cum affix. וְיַרְבֶּךָ & multiplicet te , Gen. 28. v. 3., Fœm. וַתַּרְבֶּה multiplicavit , Ezech. 23. v. 19., & cum apocopa , & affix. תַּרְבֵּנִי multiplicavit , multiplicabit me , 2. Sam. 22. verſ. 36., Pſalm. 18. v. 36. Plur. תַּרְבּוּ multiplicabitis , Num. 33. v. 54.

רְבָה Chald. magnus , vel multus fuit , magnus , vel multus effectus eſt , auctus eſt , crevit : Præterit. רְבָה אִילָנָא crevit , ſive magna effecta eſt arbor , Dan. 4. verſ. 8., & fœm. רְבָת crevit , Dan. 4. v. 19., דִּי רְבַית qui crevisti , ſive magnus effectus es , Dan. 4. v. 19., ubi Maſſorethæ notant Jod abundare : Literæ tamen , inquit Buxtorfius , repræſentant formam רְבִיתָ : רְבוּ vide infra in nom. רְבוּת . Pahel præterit. מַלְכָּא לְדָנִיֵּאל רַבִּי rex Danielem magnum fecit , magnificavit , in ſublime extulit , Dan. 2. v. 48.

רַבַּת Vide ſupra in רָבַב : Aliud vide ibidem inter nomina pag. 1363., רְבַת , רְבִית vide ſupra in רְבָה Chald. Plural. רִבּוֹת vide ibidem : Aliud quoque vide in Inſin. verbi רָבָה pag. 1369.

רַבָּת fœm. Vide ſupra poſt רָבַב pag. 1363.

רְבוּת fœm. Chald. amplitudo , magnitudo , magnificentia : Occurrit cum apocopa רְבוּ , Dan. 4. v. 33. Cum præfix. , & emphaſi וּרְבוּתָא & amplitudo , Dan. 7. v. 27. Cum affix. רְבוּתָךְ amplitudo tua , Dan. 4. v. 19.

רְבִית Chald. vide ſupra in רְבָה item Chald. Sed מֵהַרְבִּית vide ſupra infin. in Hiph. verbi רָבָה : Vide , quod ſequitur .

רַבִּית Rabbit , & juxta Vulg. Rabboth , nom. propr. urbis in Tribu Iſſachar , Joſ. 19. v. 20. Vide infra מַרְבִּית .

אַרְבֶּה m. Locuſta , locuſtæ , collectivè ; ſic dictæ , quod multæ ſemper ſint , & agminatim incedant : Alii dictionem hanc derivant à verbo אָרַב inſidiatus eſt : Nam locuſtæ frugibus inſidiantur , eaſque devorant . Multa de locuſtis habet Bochartus

chartus Part. II. de animalibus Sacræ Scripturæ Lib. IV. *Occurrit* Exod. 10. v. 4., *&c. Cum præfix.* הָאַרְבֶּה locuſtæ, Exod. 10. v. 13., בָּאַרְבֶּה pro locuſtis, Exod. 10. verſ. 12., כָּאַרְבֶּה ſicut locuſtæ, Jud. 7. v. 12., מֵאַרְבֶּה præ locuſtis, Jerem. 46. v. 23.

הַרְבֵּה *Vide ſupra in Infin. Conjugat. Hiph. verbi* רָבָה.

הַרְבֵּה *m. Eſt proprie Infin. Hiph. cum terminatione Chald. nominaſcens, inquit Joa. Simon; ſive, ut habet Buxtorfius, eſt & forma Imperativi, & Infinitivi Hiphil, quandoque talis. Sonat autem Latinè*: I. Auctus, magnificatus, multiplicatus, multus, magnus, magna, Geneſ. 15. verſ. 1., Deuter. 3. verſ. 5., Joſ. 13. verſ. 1., *&c.*, זְרַעְתֶּם הַרְבֵּה ſeminaſtis multum, Hag. 1. verſ. 6., טוֹבָה הַרְבֵּה bonum multum, Eccleſ. 9. v. 18., מְעַט מֵהַרְבֵּה parum ex multo, Jerem. 42. v. 22., *id eſt*, pauci ex multis: II. *Adverbium*, multum, valde, *ut* Eccleſ. 5. v. 16., *item* magis, amplius, 2. Reg. 10. v. 18. *Cum præfix.* לְהַרְבֵּה ad multum, 2. Paralip. 11. v. 12., 16. v. 8., Nehem. 5. verſ. 18.

הַרְבִּית *f. Inde cum præfix.* מֵהַרְבִּית *vide ſupra in Infin. Conjugat. Hiph. verbi* רָבָה.

מַרְבֶּה Multum, plurimum: *Item* multitudo, amplitudo: שָׁלָל מַרְבֶּה ſpolii permulti, Iſa. 33. v. 23., *hoc ipſum, & alia hujuſce formæ vide ſupra in Hiph. verbi* רָבָה. *Conſtr.* מַרְבֵּה *vide in loco mox laudato*; *Cum præfix.* לְםַרְבֵּה הַמִּשְׂרָה, Iſa. 9. v. 6., amplitudini principatus, *ſive, juxta quoſdam*, ad multiplicandum principatum *illius*. *Scribitur cum* Mem *clauſo, ſive finali in medio, ſed juxta Maſſorethas legendum cum* Mem *aperto*, לְמַרְבֵּה. *De* Mem *clauſo videatur Petrus Galatinus* lib. 4. cap. 19. *Tamen, ut Buxtorfius admonet, locus, quem ibi ex Talmudicis adducit, quod* Mem clauſum *denotet rem* clauſam, *falſus eſt. Nihil enim tale quid toto iſto capite in Talmud dicitur.*

מַרְבָּה *fœm.* Amplus, ampla; מַרְבָּה לְהָכִיל amplum ad capiendum, *id eſt*, capaciſſimum, Ezech. 23. v. 32.

מַרְבִּית *fœm. Eſt*: I. Multitudo, amplitudo, 2. Paralip. 9. verſ. 6. II. Pars multa, *vel* magna, 2. Paral. 30. v. 18. *Cum affix.* מַרְבִּיתָם, 1. Paral. 12. v. 29., magna pars illorum:

lorum: III. Fœnus, *quaſi* augmentum, auctarium ſortis principalis, Levit. 25. v. 27. IV. Soboles, *q. d.* augmentatio, *ſive* multiplicatio generis, *&* familiæ; *in hunc ſenſum τὸ* מַרְבִּית *à Recentioribus accipitur apud* 1. Samuel. 2. verſ. 33., *ubi tamen à Vulg. redditur* pars magna.

תַּרְבּוּת *fœm.* Turba, multitudo, *vel* ſoboles progenies, indoles, *q. d.* educatio, *ſive* multiplicatio ſui: *Litera* ת *ab initio eſt heemant. Ita autem occurrit* Numer. 32. v. 14., תַּרְבּוּת אֲנָשִׁים חַטָּאִים turba, *vel* ſoboles, progenies, *&* *juxta Vulg.* alumni hominum peccatorum.

תַּרְבִּית *fœm.* Fœnus, *quaſi ſortis principalis* multiplicatio: *Eſt enim* lucrum quodlibet, etſi parvum, ſupra ſortem traditam vi mutui perceptum: *Cum præfix.* וְתַרְבִּית & fœnus, Lev. 25. v. 36., Ezech. 18. vv. 8. 13. 17., 22. v. 12., *quibus in locis Vulgat. reddit*, & amplius, *item* & ſuperabundantiam: וּבְתַרְבִּית & fœnore, Prov. 28. v. 8.

רָבַךְ Frixit: *Inde Hoph. Partic. fœm.* מֻרְבֶּכֶת, Levit. 6. v. 14., 7. v. 12., frixum; *ſive*, *juxta Buxtorfium*, *alioſque*, bullatum, *ſive* frigendo, *vel* coquendo bullatum factum, *id eſt ita* coctum, *ut in* bullas tumuerit: *Cum præfix.* וְלַמֻּרְבֶּכֶת & in frixum, 1. Paral. 23. v. 29., *ubi Vulg. habet*, & ad torrendum.

* רָבָם *Dictio compoſita*, *quam vide ſupra in* רב *pag.* 1367., 1368., *ſed* רִיבָם *vide infra in nomine* רִיב *poſt radicem* רוב.

רִבְּוָן *m. Chald. in plur.*, *quod vide ſupra in* רִבּוֹא *pag.* 1363., יְרִבְּוָן *vide in* רָבָה *pag.* 1369.

* רַבְּתָא *Chald. vide in* רב *Chald. pag.* 1367., רְבוּתָא *item Chald. vide ſupra in* רְבוּת *Chald. pag.* 1372.

רָבַע Cubuit, accubuit: *Item* coivit, inivit, concubuit: *Et de ſolo* concubitu, *ſive* coitu quadrupedum *dicitur*. *Hinc etiam*, *ut quidam putant*, *eſt hic alter hujuſce verbi ſenſus*, *videl.* quadratus eſt, *vel* factus fuit, *q. d.* cubare, *ſive* cubans factus: *quia*, *inquit Joa. Simon*, quadrata *firmiter* cubant, *cum* rotunda *facile volutentur*; *vel potius ſignificationem hanc ipſam accipit à Nomine* אַרְבַּע, *ſicut* צָבוּעַ *ab* אֶצְבַּע. *Sunt tamen*, *qui* coeundi *ſenſum derivant ab eodem* אַרְבַּע, *q. d.* quaternare, *vel* quadrupedare; *quod ſic* coire *bruta animantia ſoleant*, *innixa* quatuor *pedibus*. *Par-*

ticip.

ticip. Pahul רָבוּעַ quadratum, Exod. 27. v. 1., Ezech. 43. v. 16. *Plur.* רְבֻעִים quadrata, 1. Reg. 7. v. 5. *Fœm.* מְזוּזַת רְבֻעָה limen, *ſive* poſtis quadratus, Ezech. 41. v. 21. *Infinit. cum affix., ex altera ſignificatione,* לְרִבְעָהּ ut ineat eam, *ſive* ut coeat cum ea, Levit. 18. v. 23., *& cum* ה *paragog.* לְרִבְעָה ad ſuccumbendum, coeundum, Levit. 20. verſ. 16. *Pyh. Partic.* מְרֻבָּע quadratum, Ezech. 45. v. 2. *Fœm.* מְרֻבַּעַת, Ezech. 40. v. 47., quadrata: *Plur.* מְרֻבָּעוֹת quadrata, 1. Reg. 7. verſ. 31. *Hiph.* הִרְבִּיעַ coire fecit: הִרְבִּיעִי, *&* הִרְבְּעִי *vide infra in nom.* רְבִיעִי: *Futurum,* לֹא תַרְבִּיעַ ne facito, *vel* ſinito coire, Levit. 19. verſ. 19., אַרְבַּע, אַרְבָּעָה, *&c. vide infra inter nomina pag.* 1377.

רֶבַע *maſc. Eſt*: I., *ut multis videtur,* accubitus, *ex Chaldaica ſignificatione: Chaldæi enim, pro Hebræo* רָבַץ accumbere, *dicunt* רְבַע, *literis* צ, *&* ע *inter ſe commutatis*: *Hoc autem in ſenſu occurrit ita cum affix.* אָרְחִי וְרִבְעִי זֵרִיתָ, Pſalm. 139. verſ. 3., inceſſum meum, & accubitum meum ventilaſti, *ſive* eventilaſti, *id eſt* tam ambulantem interdiu, quam noctu lecto cubantem circumdas, complecteris, *ſive* exactè diſcutis, *&* diſquiris, *ita reddunt Recentiores fere omnes*: *At LXX. ſunt interpretati,* τὴν τρίβον μυ καὶ τὴν σχοῖνον μυ ἐξιχνίασας, *i. e.* ſemitam meam, & funiculum meum inveſtigaſti; *notant hic quidam, græcam dictionem* σχοῖνον *ambiguam eſſe, & ſignificare etiam* juncum, *&* ſtoream *ex* juncis *contextam, in qua* cubatur; *Aquila, & Theod.* τὸ וְרִבְעִי *verterunt* καὶ τὴν ὁδόν μυ & viam meam: *Sed* רִבְעִי, *&* רִבְעִית *vide infra in nomine* רְבִיעִי: II. Quadrans, quadratura, *vel* diviſio in quatuor partes; *& tunc, ut admonet Joa. Simon,* τὸ רֶבַע *ſignificationem accipit ab* אַרְבַּע quatuor: *Hinc* quarta pars, Exod. 29. v. 40., 1. Sam. 9. v. 8. *Item* angulus, latus, *corporis ſcilicet* quadrati: *Plural. cum affix.* אֶל אַרְבַּעַת רְבָעָיו, Ezech. 43. verſ. 16., *&* אֶל אַרְבַּעַת רְבָעֶיהָ, Ezech. 43. verſ. 17., ad quator latera ſua, *ſive* angulos ſuos, *& juxta Buxtorſium, alioſque,* quadraturis ſuis; עַל־אַרְבַּעַת רִבְעֵיהֶן, Ezech. 1. verſ. 17., per quatuor latera, *ſive* partes ipſarum; *Buxtorſius habet,* quadraturis ipſorum, *id eſt* quaternis partibus ipſorum.

רֶבַע Revâh, & *juxta Vulg.* Rebe, *nom. propr. regis Madianitarum*, Num. 31. v. 8., Joſ. 13. v. 21.

רֹבַע *m.* Quarta pars, 2. Reg. 6. v. 25., *ita* & Numer. 23. verſ. 10., וּמִסְפָּר רֹבַע יִשְׂרָאֵל *Recentiores reddunt* & numerum quartæ partis Iſrael: *LXX. vero habent*, aut quis numerabit Iſrael? *Vulg.*, noſſe numerum ſtirpis Iſrael.

רִבֵּעַ *m. Inde plur.* וְעַל־רִבֵּעִים & uſque in quartanos, *id eſt*, *ut habent LXX.*, *Vulg.*, *aliique*, uſque in quartam generationem, progeniem, Exod. 20. verſ. 5., 34. verſ. 7., רְבִעִי, רְבִעִית, & *Plural.* רְבִעִים *vide in dictione, quæ mox ſequitur.*

רְבִיעִי *maſc.* Quartus, Geneſ. 1. v. 19., 15. v. 16., & *cum præfix.* הָרְבִיעִי, Geneſ. 2. v. 14., &c., & *abſque* Jod *in medio*, הָרְבִעִי, 1. Paral. 24. v. 8., &c., quartus, quarta; בָּרְבִיעִי in quarto, Ezech. 1. v. 1. *Plur.* בְּנֵי רְבִיעִים, 2. Reg. 15. v. 12., & *abſque* Jod *in medio*, בְּנֵי רְבִעִים, 2. Reg. 10. v. 30., filii quartorum, *ſcil.* majorum, *hoc eſt*, abnepotes ex quarta generatione. *Fœm.* רְבִיעִית, & *abſque* Jod *in ultima* רְבִיעִת, & *abſque* Jod *in penultima* רְבִעִית, & *cum præfix.* הָרְבִיעִית, הָרְבִעִית, & הָרְבִיעִת quartus, quarta, Levit. 19. verſ. 24., 1. Reg. 6. vv. 1. 37., 2. Reg. 18. v. 9., Jerem. 25. v. 1., &c. *Item ſubſtantivè*, *per ellipſin nominis* חֲלָקָה, quarta pars, quadrans, Exod. 29. v. 40., Levit. 23. v. 3., Numer. 15. v. 5., 28. vv. 5. 7., מֵאֵת רְבִעִית, 1. Reg. 6. v. 33., ex quarta parte, *id eſt latitudo poſtium erat æqualis* quartæ parti *valvarum*; *Arias Montanus vertit*, de quarta, *id eſt* quadratâ figurâ; *Chald. Jon.*, & *Pagninus habent*, (fecitque poſtes) quadrilateros, & *juxta Vulgat.* quadrangulatos: רְבִיעִית הַיּוֹם, Nehem 9. verſ. 3., quarta parte diei, *ſive*, *juxtà Vulg.*, quater in die; בָּרְבִעִית quarta parte, Num. 15. verſ. 4., בִּשְׁנַת הָרְבִעִית anno quarto, Ezech. 45. v. 1., וּרְבִיעִת & quarta pars, Num. 28. v. 14., & וּרְבִיעִית & per quadrantem, Nehem. 9. v. 3., *ubi Vulg. habet*, & quater.

רְבִיעָיא *m.*, *Chald. in ſtatu emphat.*, quartus: *Fœm.* וּמַלְכוּ רְבִיעָיָא & regnum quartum, Dan. 2. verſ. 40., *ſcribitur cum poſtremo* Jod *redundante*, & *legitur* רְבִיעָאָה, *juxta Buxtorſium*: *In accuratis tamen codicibus legitur ſcriptum ità* רְבִיעָיא

רְבִיעָיאָ: *Fœm. emphaticè*, עַל־חֵיוְתָא רְבִיעָיְתָא de beſtia illa quarta. Dan. 7. v. 19.

אַרְבַּע *m.* Quatuor, numerus quaternarius, *tot ſcil. monades complectens*, *quot latera habet* quadratum. *Item*, *adjective*, *ſive*, *ut ſcribit Joa. Simon*, *per ſolitam numeralium* cardinalium, & ordinalium *Enallagen*, quartus: Aleph *autem ab initio eſt heemanticum*; אַרְבַּע וּשְׁלֹשִׁים quatuor & triginta, Geneſ. 11. v. 16., אַרְבַּע מֵאוֹת quadringenti, Geneſ. 11. v. 17., בְּאַרְבַּע הַקְּצוֹת per quatuor extremitates, *ſive*, *juxta Vulg.*, ſummitates, Exod. 38. v. 5., וּבְאַרְבַּע עֶשְׂרֵה שָׁנָה & quartodecimo anno, Geneſ. 14. v. 5., כְּאַרְבַּע מֵאוֹת אִישׁ, 1. Sam. 22. verſ. 2., quaſi quatuor centum, *ſive* quadringenti viri; לְאַרְבַּע ad quatuor, Exod. 25. v. 26., לְאַרְבַּע רוּחוֹת per quatuor ventos, Ezech. 42. verſ. 20., Dan. 8. v. 8., מֵאַרְבַּע à quatuor, Iſa. 11. v. 12. *Plur.* אַרְבָּעִים quadraginta, Gen. 5. v. 13. *Cum præfix.* הָאַרְבָּעִים quadraginta, Gen. 18. v. 29., בְּאַרְבָּעִים שָׁנָה in quadrageſimo anno, Deuter. 1. v. 3., בְּאַרְבָּעִים אֶלֶף in quadraginta mille, Jud. 5. verſ. 8., כְּאַרְבָּעִים quadraginta, Joſ. 4. verſ. 13.

אַרְבַּע *m. Chald. ſignificat idem ac Hebr.*, אַרְבַּע רוּחֵי quatuor venti, Dan. 7. verſ. 2., אַרְבַּע מְאָה quadringenti, Eſdr. 6. v. 17., לְאַרְבַּע רוּחוֹת in quatuor ventos, Dan. 11. v. 4.

אַרְבַּע *Nomen propr. vide ſupra pag. 62.*

אַרְבָּעָה *f.* Quatuor, Geneſ. 14. v. 9., אַרְבָּעָה עָשָׂר quatuor & decem, *ſive* quatuordecim, Geneſ. 46. verſ. 22. *Item* quarta, *ut* עַד אַרְבָּעָה עָשָׂר יוֹם uſque ad quartam decimam diem, Exod. 12. verſ. 6. *Cum præfix.* בְּאַרְבָּעָה in quarta (decima die), Exod. 12. verſ. 18., לְאַרְבָּעָה רָאשִׁים in quatuor capita, Geneſ. 2. v. 10. *Conſtr.* אַרְבַּעַת quatuor, Numer. 7. verſ. 7., Jud. 11. v. 40. *Cum præfix.* כְּאַרְבַּעַת אֲלָפִים quaſi quatuor millia, 1. Sam. 4. v. 2. *Cum affix.* אַרְבַּעְתָּם quatuor illi, Daniel. 1. verſ. 17., לְאַרְבַּעְתָּם, & לְאַרְבַּעְתָּן quatuor illis, Ezech. 1. vv. 8. 10. *Et in duali forma* אַרְבַּעְתַּיִם quadruplum, 2. Sam. 12. v. 6.

אַרְבְּעָה *f. Chald.* quatuor: גֻּבְרִין אַרְבְּעָה viri quatuor, Daniel. 3. verſ. 25.

* רְבִיעָיְתָא *Chald. vide ſupra* רְבִיעָיאָ.

רָבַץ Cubuit, recubuit, incubuit, excubuit, ſuccubuit, & *proprie de* animalibus *dicitur: Metaphorice autem de hominibus uſurpatum*, quietem, *ac* ſecuritatem *deſignat: Idem verbum* cubare, recubare *de* lapidibus *in fundamento poſitis uſurpatur*, Iſa. 54. verſ. 11., *qua quidem locutione, ædificii* diuturnitas, ſoliditaſque *intelliguntur, ut notat Guarin in Gram. Hebr. Sed Hieronymus cum pluribus Interpretibus hoc in loco* רבץ *vertit per* ſternere. *Præter.* רָבַץ כְּאַרְיֵה cubuit tanquam leo, Geneſ. 49. v. 9. *Fœm.* וְרָבְצָה & incumbet, Deut. 29. v. 19., & *in pauſa* רָבָצָה cubuit, recubuit, Ezech. 19. verſ. 2., וְרָבַצְתָּ & recumbes, Job. 11. v. 19. *Plur.* וְרָבְצוּ & recumbent, Iſa. 13. verſ. 21. *Partic.* רֹבֵץ תַּחַת מַשָּׂאוֹ cubans, *ſive* jacens ſub onere ſuo, *vel* ſuccumbens oneri ſuo, Exod. 23. v. 5., & *cum præfix.* הָרֹבֵץ qui cubas, Ezech. 29. verſ. 3. *Plur.* רֹבְצִים cubantes; Geneſ. 29. verſ. 2. *Fœm.* בִּרְכֹת תְּהוֹם רֹבֶצֶת תָּחַת, Geneſ. 49. v. 25., benedictionibus abyſsi recubantis, *ſive* jacentis deorſum, *i. e. ex imis terræ partibus;* וְהָאֵם רֹבֶצֶת & mater incubans, Deut. 22. v. 6., וּמִתְּהוֹם רֹבֶצֶת תָּחַת, Deut. 33. v. 13., & ex abyſſo recubante deorſum, *i. e. ob fontes è terra ſcaturientes: Futur. in pauſa* יִרְבָּץ cubabit, Iſa. 11. verſ. 6., וַתִּרְבַּץ & ſuccubuit, Numer. 22. verſ. 27. *Plur.* יִרְבְּצוּ, Iſa. 11. v. 7., & *in pauſa* יִרְבָּצוּ, Iſa. 14. v. 30., & *cum* Nun *paragog.* יִרְבָּצוּן, Pſalm. 104. verſ. 22., *item fœm.* תִּרְבַּצְנָה, Ezech. 34. v. 14., recubabunt, cubabunt. *Hiph. Partic.* אָנֹכִי מַרְבִּיץ ego recubare facio, & *juxta Vulg., alioſque*, ego ſternam, Iſa. 54. verſ. 11., מִרְבָּץ, מַרְבֵּץ *vide infra inter nomina: Plural.* מַרְבִּצִים צֹאן facientium ut recubent greges, Jerem. 33. v. 12. *Futur. cum affix.* אַרְבִּיצֵם accubare faciam eos, Ezech. 34. v. 15., אֵיכָה תַּרְבִּיץ ubi cubare facis? Cant. 1. v. 7., יַרְבִּיצֵנִי recubare facit me, Pſalm. 23. v. 2. *Plur.* יַרְבִּצוּ recubare facient, Iſa. 13. v. 20.

רֵבֶץ *m.* Accubitus, recubitus: *Item metonymice* locus, *ubi* recubatur, *id eſt* cubile; & *etiam quandoque* requiem *ſignificat. Cum præfix.* לְרֵבֶץ בָּקָר in requiem, *ſive* in cubile, *vel* locum accubitus armenti, Iſa. 65. v. 10. *Cum affix.* רִבְצוֹ cubile, *vel* habitatio, requies ejus, Prov. 24. verſ. 15.,

& *fœm.*

& fœm. cum ſuffix. רִבְצָהּ cubile ejus, Iſa. 35. v. 7., רִבְצָם cubile ſuum, Jerem. 50. v. 6.

מַרְבֵּץ *m.* Cubile, Soph. 2. v. 15. *Conſtr.* לְמַרְבַּץ־צֹאן in cubile gregis, Ezech. 25. v. 5., *quod videtur eſſe à* מִרְבָּץ.

רָבַק *Radix Hebræis inuſitatâ: Chaldæis vero eſt,* ſaginavit; *& Arabibus* religavit. *Inde ſunt.*

מַרְבֵּק *m.* Saginarium, *locus ſcil., ubi vituli* impinguantur, *&* ſaginantur: *Hinc* עֵגֶל־מַרְבֵּק, 1. Sam. 28. v. 24., vitulus ſaginarii, *id eſt qui nutriebatur* in ſaginario *ad impinguandum:* כְּעֶגְלֵי מַרְבֵּק ſicut vituli ſaginarii, Jerem. 46. verſ. 21., Malach. 3. v. 20.

רִבְקָה Rivkàh, *& juxta Vulg.* Rebecca, *nom. propr. mulieris,* Geneſ. 22. v. 23.

* בַּרְבֻּרִים *Vide ſupra in* בָּרַר *inter nomina pag.* 134.

* רַבְרַב *maſc. Chald. Inde plur.* רַבְרְבִין *vide ſupra in* רַב *pag.* 1367.

* רַבְרְבָן *maſc. Chald. Inde plural.* רַבְרְבָנִין *vide ſupra poſt* רַב *pag.* 1367.

* רַבְרְבָתָא *Chald. Vide loco ut ſupra pag.* 1367.

רַבְשָׁקֵה Ravſcakéh, *& juxta Vulg.* Rabſaces, *nom. propr., ſive ἐπίθετον unius è principibus Sennacherib regis Aſſyriorum,* 2. Reg. 18. v. 17.

* רַבַּת *Vide ſupra in* רָבָה *pag.* 1372. *Sed* מֵהַרְבִּית *vide in Infin. Hiph. verbi* רָבָה *pag.* 1371.

רַבִּית *Nom. propr. vide ſupra pag.* 1372.

* רִבְּתָא *Chald. vide ſupra in* רַב *item Chald. pag.* 1367.

רֶגֶב *m.* Gleba: *Plural.* וּרְגָבִים יְדֻבָּקוּ & glebæ conglutinentur, *ſive, juxta Vulg.,* compingebantur, Job. 38. v. 38. *Conſtr.* מָתְקוּ־לוֹ רִגְבֵי נָחַל, Job. 21. verſ. 33., dulces fuerunt ei glebæ, *ſive, juxta LXX., & quoſdam alios,* lapilli, *vel* glareæ torrentis; *Vulg. ſenſum expreſſit: vertit enim,* dulcis fuit glareis Cocyti, *i. e. regioni mortis, q. d., ut notat Pagninus, ejus adventu inferi lætabuntur; ſive* glareis Cocyti, *id eſt* ploratus, fletus, ejulatus, lamenti. *Vox ſiquidem* Cocytus, *Græcè κωκυτός eſt à κωκύω* fleo, ploro, ejulo, lamentor; *Unde noſter Interpres per* נַחַל *intellexit* torrentem *infernalem, vel* ſepulturæ *locum. Nec immerito: Nam de hujuſmodi rebus ſit ſermo in laudato*

 Job.

Job. cap. 21., *& olim, ut eſt eruditis viris apud Polum in Synopſi animadverſum, in* vallibus *eſſe* ſepulchra *ſolebant;* נַחַל *autem propriè eſt* vallis, *per quam* torrens *decurrit*.

רגז Commovit ſe, commotus eſt, dolore *ſcil.*, *vel* ira: *Item* contremuit, pavore *ſcilicet*, *ſive* metu: *Præter.* וְרָגַז ſive commoveatur, *ira ſcil.*, Prov. 29. v. 9. *Fœm.* רָגְזָה לְךָ commotum eſt tibi, *i. e.*, tuâ causâ, Iſa 14. v. 9., *aliud vide inter nomina: Sed* רְגָזָה *vide in Infin.*, *quod mox ſequitur: Plur.* וְרָגְזוּ & contremiſcant, Deut. 2. v. 25. *Infin. cum* ה *paragogico*, רְגָזָה commoveri, Iſa. 32. v. 11. *Forma ibi irregularis, ut ſcribit Buxtorſius in Lex. Eſt autem* enallage *Infinitivi pro Imperativo*, commovemini; *Unde quidam pro* רְגַזְנָה *poſitum exiſtimant. Imper. plur.* רִגְזוּ commovemini, Pſal. 4. v. 5. *Futur. in pauſa* וְתַחְתַּי אֶרְגָּז, Habac. 3. v. 16., & ſubtus me commoveor; *Vulg. habet*, & ſubter me ſcateat, *ſcil.* putredo: אֶרְגָּז *vide ſupra ſuo loco in* Aleph *pag.* 62., וַתִּרְגְּזִי־לִי, Ezech. 16. v. 43., & commota es propter me, *juxta Buxtorſium*; *& juxta alios* commoviſti me; *Vulgat. vero vertit*, provocaſti me: יִרְגַּז commovebitur, turbabitur, 2. Sam. 7. v. 10., *& in pauſa* יִרְגָּז commovebitur, *ſive* iraſcetur, Iſa. 28. verſ. 21., וַיִּרְגַּז & commotus, contriſtatus eſt, 2. Sam. 19. v. 1., *& fœm.* תִּרְגַּז commovebitur, Amoſ. 8. verſ. 8., וַתִּרְגַּז & commovit ſe, conturbata eſt, 1. Sam. 14. v. 15. *Plur.* יִרְגְּזוּ, *& in pauſa* יִרְגָּזוּ commoveantur, commovebuntur, 2. Sam. 22. v. 8., Joel. 2. v. 1., וַיִּרְגְּזוּ & conturbati ſunt, Iſa. 5. v. 25., *item cum* Nun *paragog.* יִרְגְּזוּן, *& in pauſa* יִרְגָּזוּן commovebantur, commovebuntur, Exod. 15. verſ. 14., Habac. 3. v. 6., *fœm.* תִּרְגַּזְנָה commovebimini, conturbabimini, Iſa. 32. v. 10. *Hiph.* הִרְגִּיז commovit; ad iram provocavit. *Præter.* הִרְגִּיז מַמְלָכוֹת commovit regna, Iſa. 23. v. 11., הִרְגַּזְתַּנִי commoviſti me, 1. Sam. 28. v. 15. *Partic.* מַרְגִּיז הָאָרֶץ, Iſa. 14. v. 16., *& cum præfix.* הַמַּרְגִּיז אֶרֶץ, Job 9 verſ. 6., commovens terram, *Plural. Conſtruct.* לְמַרְגִּיזֵי־אֵל commoventibus Deum, *i. e.*, ad iram provocantibus, Job. 12. verſ. 6. *Infinit.* וְהַרְגִּיז & commovere, Jerem. 50. v. 34. *Futur.* אַרְגִּיז commovebo, turbabo, Iſa. 13. verſ. 13. *Hithp. infin. cum affix.*

אֵלַי

יַעַן הִתְרַגֶּזְךָ אֵלַי, 2. Reg. 19. v. 28., propter commoveri te ad me, *id eſt* quoniam furis contra me, *ſive*, *juxta Vulg.*, inſaniſti in me.

רגז *Chald. ſignificat idem ac Hebr. Occurrit autem tantum in Aphel præter. plur. ita*, מִן־דִּי הַרְגִּזוּ ex quo provocarunt ad iram (patres noſtri), לֶאֱלָהּ שְׁמַיָּא Deum cœli, Eſr. 5. v. 12.

רַגָּז *m.* Trepidus, commotus: לֵב רַגָּז cor trepidum, Deut. 28. v. 65.

רֹגֶז *maſc.* Commotio, tumultus, tremor, ira: חָדְלוּ רֹגֶז deſiſtunt *à* commotione, *ſive à* tumultu, Job. 3. verſ. 17., וַיָּבֹא רֹגֶז & venit ira, *ſive* indignatio, Job. 3. verſ. 26., וּשְׂבַע־רֹגֶז & ſatur metus, *ſive* metu, tremore, Job. 14. verſ. 1. *Cum præfix.* בְּרֹגֶז in tremore, *ſive* terrore, Job. 37. v. 2., *item* in ira, Habac. 3. v. 1., *& cum affix. in pauſa* וּמֵרָגְזֶךָ & à commotione, *ſive* concutione tua, Iſa. 14. v. 3.

רְגַז *m. Chald.* Ira, commotio: בִּרְגַז per iram, *ſive* in furore, Dan. 3. v. 13.

רַגְזָה *f.* Commotio, tremor, Ezech. 12. v. 18.

רגל *Hoc verbum*, *ut habet cum aliis Joa. Simon in Lex.*, *in genere*, *latine ſonat*, loco movit, tulit, protulit, extulit, detulit: *Hinc* I. obtrectavit, detraxit, calumniatus eſt, *ſicuti & latine* deferre *eſt* clam accuſare, *&* calumniari: II. exploratum extulit, divulgavit, *ut latine* efferre, *& græce* ἐκφέρειν. *Verum ſunt*, *qui arbitrantur*, *ſenſum* detrahendi, obloquendi, obtrectandi, *eſſe derivandum à Nomine* רֶגֶל, *quod latine eſt* pes; *nam* detractores *ſolent jugiter ire*, *& aliquid* expiſcari, *ut unius dicta*, *vel facta alteri narrent*; *unde* רָגַל *in genere ſonat quaſi* pedare, *id eſt* pedibus deferre, *ut notat Pagninus*. *Atque in Pih. quidem*, *ſi ad perſonam referatur*, *vertendum* deferre; *ſi vero ad locum perluſtrandum*, *eſt* indagare, explorare. *Præter.* לֹא רָגַל עַל־לְשֹׁנוֹ non obtrectat linguâ ſuâ, *ſive* non eſt calumniatus lingua ſua, Pſalm. 15. v. 3., רְגָלְנוּ *vide infra in nom.* רֶגֶל: *Particip.* רֹגֵל *vide infra inter nomina*: נִרְגָּל, & נֵרְגָּל *vide ſupra inter nomina propr. pag.* 795. *Pih. partic. plur.* מְרַגְּלִים אַתֶּם exploratores eſtis, Geneſ. 42.

42. v. 9., & *cum præfix* הַמְרַגְּלִים exploratores, Joſ. 6. vv. 22. 23., כִּמְרַגְּלִים אֶת־הָאָרֶץ tanquam exploratores terræ, Geneſ. 42. verſ. 30. *Infin. cum præfix.* לְרַגֵּל ad explorandum, Num. 21. verſ. 32., & *cum affix.* וּלְרַגְּלָהּ & ad explorandam eam, 2. Sam. 10. v. 3. *Imper. plural.* וְרַגְּלוּ & explorate, Joſ. 7. v. 2. *Futur.* וַיְרַגֵּל בְּעַבְדְּךָ אֶל־אֲדֹנִי & obtrectatorem egit in ſervum tuum apud Dominum meum, *id eſt*, detulit, traduxit, *ſive*, *juxta Vulg.*, & accuſavit me ſervum tuum, 2. Samuel. 19. verſ. 28. *Plur.* וַיְרַגְּלוּ אֹתָהּ & exploraverunt eam, Deuter. 1. verſ. 24. *Hiph.* הִרְגִּיל aſſuefecit. *Præter. irregulare*, תִּרְגַּלְתִּי לְאֶפְרַיִם, Hoſe. 11. v. 3., aſſuefeci Ephraimum, *q. d.* pedavi, *id eſt*, ire, *vel* incedere feci; *&* ת *eſt loco* ה *ab initio, præter normam. Sed quidam volunt, dictionis hujus radicem eſſe verbum* תִּרְגֵּל, *quale* תִּרְגֵּם, *&* תִּחְרָה; *& ſic* תִּרְגַּלְתִּי *exponunt*, pedem contuli, *ſive*, *ut habet Joa. Simon*, pedes ſenſim movi, pedetentim inceſſi, *inſtar ſcil. matris*, inceſſum *ſuum ad infantis* greſſus *accomodantis*: *Vulgat. vertit*, *quaſi* nutritius Ephraim: מַרְגְּלוֹת *vide infra ſuo loco inter nomina pag.* 1384.

רֶגֶל *com.* Pes, *membrum ſcil.*, *quo corpus* loco movetur, *&* fertur. *Metonymice vero* רֶגֶל pes *uſurpatur pro ipſo* motu, *ſive* greſſu; *item pro* veſtigiis, *ſive* ductu: *Et metaphorice pro* cura, ſubſidio, ſollicitudine; *item pro* violentia, conatu, deſiderio, ſtudio, motu, *&* affectu animi: *Et ſynecdochicè pro* homine *ipſo*: אַל־תְּבוֹאֵנִי רֶגֶל גַּאֲוָה, Pſalm. 36. verſ. 12., non veniat mihi pes ſuperbiæ, *id eſt* ſuperborum hominum violentiam non experiar; רֶגֶל יְשָׁרָה pes rectus, Ezech. 1. verſ, 7., *& in pauſa* תַּחַת רָגֶל pro pede, Exod. 21. v. 24. *Cum præfix.* בְּרֶגֶל pro pede, Deut. 19. verſ. 21., *item* pede, Pſalm. 66. verſ. 6., לְרֶגֶל ad, *ſive* juxta pedem, *i. e.* ad, *ſive* juxta greſſum, motum, Gen. 33. v. 14. *Cum affix.* רַגְלִי pes meus, *i. e.* ſtudium, conatus, *ſive* affectus animi mei, Job. 23. v. 11., 31. v. 5. *Aliud* רַגְלִי, *cum* Jod *ſcilicet heemant. vide infra ſuo loco*: לְרַגְלִי, Geneſ. 30. verſ. 30., ad pedem meum, *id eſt* per curam, *&* diligentiam meam, *in gregibus ſcil. paſcendis*; *Vulg. vertit*, ad introitum meum; נֵר־לְרַגְלִי, Pſalm. 119. verſ.

verſ. 105., lucerna pedi meo, *id eſt* ſtudio, *ſive* affectui mentis meæ; רַגְלֵנוּ pes noſter, Pſalm. 66. v. 9., רַגְלְךָ, *& in pauſa* רַגְלֶךָ, Deuteron. 28. vv. 35. 65., *&* רַגְלֵךְ, Jerem. 2. v. 24., pes tuus; וְהִשְׁקִיתָ בְרַגְלְךָ, Deuter. 11. v. 10., & irrigabis, *ſive* irrigas in, *vel* cum pede tuo, *id eſt* ſtudio, *ſive* labore, conatu tuo, *q. d.* labore pedum, *dum aqua portatur, vel derivatur; videatur Synopſis Criticorum: Sed Guarinus ex uſu Arabico ſic vertit*, ex fluento aquæ tuo, *ſive* ex ancili tuo; רַגְלְכֶם pes veſter, Deuter. 33. v. 3.; רַגְלוֹ pes ejus, *vel* ſuus, Geneſ. 41. verſ. 44., Levit. 8. verſ. 23., אֲשֶׁר־בָּאוּ בְרַגְלוֹ מִגַּת, 2. Sam. 15. v. 18., qui venerant in pede ejus, *id eſt* cum ipſo, ſequentes eum, *ſive, uti Vulgat., aliique Interpretes exponunt*, qui ſequuti eum fuerant de Geth; לְרַגְלוֹ, Iſa. 41. verſ. 2., ad pedem ſuum, *id eſt* ad veſtigia, *ſive* ad ductum ejus, *ſive* quacumque ibat; *Vulgat. vertit*, ut ſequeretur eum; רַגְלָהּ (plantæ) pedis ejus, Gen. 8. v. 9., הַהֹלְכֹת לְרַגְלָהּ, 1. Sam. 25. verſ. 42., ambulantes ad pedem, *id eſt* ad veſtigia, ad ductum ejus, *ſive* ſequentes eam; *Vulgat. ſenſum expreſſit, reddens*, pediſſequæ ejus; רַגְלָם pes eorum, Exod. 29. v. 20. *Plur.* רְגָלִים *vide infra ſuo loco, poſt hanc ſcil. dictionem: Sed* רְגָלִים *vide infra in nomine* רַגְלִי. *Dual.* רַגְלַיִם pedes, bini *propriè: ſed* quadrupedibus *etiam, ac* inſectis *tribuitur, quod in illis* bis bini pedes, *aut* duo ordines pedum, *loco* duorum, *ſint:* מַרְבֵּה רַגְלַיִם multum, *ſive* numeroſum pedibus, Levit. 11. verſ. 42. *Cum præfix., & in pauſa* וְשַׂעַר הָרַגְלָיִם, Iſa. 7. v. 20., (radet) & pilum pedum, *id eſt*, *per metaphoram*, hominum plebejorum; וְרַגְלַיִם לַפִּסֵּחַ & pedes, *id eſt* adiutorjum, ſubſidium claudo, Job. 29. verſ. 15. *Conſtr.* וְרַגְלֵי הָאֲנָשִׁים & pedes virorum, Gen. 24. v. 32. *Cum affix.* וָאָשִׁיבָה רַגְלָי & converti pedes meos, *id eſt* affectus animi mei, Pſalm. 119. v. 59., רַגְלֵינוּ, *& abſque* Jod, רַגְלֵנוּ pedes noſtri, Pſalm. 47. verſ. 4., 66. v. 9., רַגְלֶיךָ, רַגְלֶיךָ pedes tui; רַגְלֵיכֶם pedes veſtri, Jerem. 13. verſ. 16., מֵסִיךְ הוּא אֶת־רַגְלָיו, Jud. 3. v. 24., tegit ipſe pedes ſuos, *id eſt*, alvum purgat, *quod ſic honeſtè per periphraſin dicitur: Vide hanc ipſam phraſim clarius expoſitam* pag.

pag. 859. *in* סַכָּה: קַל בְּרַגְלָיו levis pedibus ſuis, 2. Sam. 2. v. 18., אֹרַח בְּרַגְלָיו ſemita in pedibus, *id eſt* in veſtigiis ejus, Iſa. 41. verſ. 3., בֵּין רַגְלֶיהָ inter pedes ejus, Jud. 5. v. 27., רַגְלֵיהֶם לָרַע יָרוּצוּ, Prov. 1. v. 16., pedes ipſorum ad malum currunt, *ubi maſculinum: Poteſt tamen hic ſubintelligi Præpoſitio* ב, *pro* בְּרַגְלֵיהֶם pedibus ſuis ad malum currunt, *ſcil. impii.*

רְגַל, *vel* רְגַל *Chald.* pes: *Duale* וְעַל־רַגְלִין & in, *vel* ſuper pedes, Dan. 7. v. 4 *Et in ſtatu emphat.* רַגְלַיָּא pedes; Dan. 2. verſ. 41. *Cum affix.* רַגְלוֹהִי pedes ejus, Dan. 2. verſ. 33., בְּרַגְלַיהּ, & בְּרַגְלַהּ, Dan. 7. vv. 7. 19., in pedibus ſuis.

רֹגֵל Rogel, *nomen proprium fontis, prope Jeruſalem*, Joſ. 15. verſ. 7., 18. v. 16. *A Chaldæo redditur* קַצְרָא fullo, *ſic dictus, inquiunt R. Salom., & Kimchi, quod pannos inter lavandum* pedibus calcat: רֹגְלִים *vide infra ſuo loco.*

רַגְלַיָּא *Chald. vide ſupra in* רְגַל *Chald.*

רַגְלִי *m.* Pedes, *q. d.*, qui eſt ex genere, & claſſe eorum, qui pedes movent, *ſive* pedibus incedunt, *ut notat Joa. Simon: Occurrit autem* Exod. 13. verſ. 37., Numer. 11. verſ. 21., Jud. 20. v. 2., *&c. Plur.* כִּי אֶת־רַגְלִים רַצְתָּה quia cum peditibus cucurriſti, Jerem. 12. v. 5.

רְגָלִים *m. p.* Vices, *quaſi* repedationes, *vel* coitiones *dicas*, *juxta Buxtorfium*; *ſive, ut habet Joa. Simon, q. d.* motus pedis in terram; *quia ſic* vices *indicari ſolent*: שָׁלֹשׁ רְגָלִים tribus vicibus, Exod. 23. v. 14., Num. 22. vv. 28. 32.

רֹגְלִים Roghelím, *nom. propr. loci*, 2. Sam. 17. v. 27.

מַרְגְּלוֹת *f. p.* Stragulæ pedales: *Sed Joa. Simoni ſunt* loca, *ſive* partes inferiores, *ubi* pedes *ſunt*: *Cum affix.* וְגִלִּית מַרְגְּלֹתָיו & retegas pedales ſtragulas ejus, Ruth. 3. vv. 4. 7. *Sed Kimchi, Ab. Eſra, & quidam alii ſimpliciter explicant*, רַגְלָיו pedes ejus; *ita & Vulg. in* vv. 8. 14. *ejuſdem* Ruth. *reddit* ad pedes ſuos, ad pedes ejus; & Dan. 10. v. 6. *habet*, quæ deorſum ſunt uſque ad pedes; *Alii vero ibidem vertunt*, & pedes ejus.

רגם Lapidavit, lapidibus obruit: *Conſtruitur vel cum accuſativo, vel cum præpoſit.* ב, & עַל. *Præter. plural.* וְרָגְמוּ אֹתוֹ & lapidabunt eum, Levit. 24. v. 14. & *cum affix.*

affix. הִרְגְּמֻהוּ כָּל־אַנְשֵׁי עִירוֹ בָּאֲבָנִים & lapidabunt, *ſive* obruent eum omnes viri civitatis ſuæ lapidibus, Deut. 21. verſ. 21. *Infin.* רָגוֹם lapidando, Levit. 24. v. 16., לִרְגּוֹם ad lapidandum, Numer. 14. v. 10. *Futur. plur.* יִרְגְּמוּ־בוֹ lapidabunt, *ſive* lapidibus obruent eum, Lev. 24. v. 16., וַיִּרְגְּמוּ אֹתוֹ אָבֶן & obruerunt eum lapide, Levit. 24. v. 23., *item cum affix.* יִרְגְּמֻהוּ lapidabunt, obruent eum בָּאָבֶן lapide, Levit. 20. v. 2. *Vide ſupra ſub litera* א *dictionem* אַרְגָּמָן *pag.* 62.

תִּרְגֵּם *Chald. Inde particip.* מְתֻרְגָּם *vide infra ſub litera radicali* ת.

רֶגֶם Regem, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 2. verſ. 47. *Item* רֶגֶם מֶלֶךְ, Zach. 7. v. 2., Régem-mélech, *& juxta Vulg.* Rogommelech, *nom. propr. viri*.

רִגְמָה *f. Inde cum affix.* רִגְמָתָם, Pſalm. 68. v. 28., *quæ dictio varium in ſenſum à diverſis accipitur: A Pagnino, Buxtorfio, Joa. Simone, aliiſque redditur*, agmen, congregatio, *ſive* cœtus eorum, *i. e.* קְהָלָם, *ut Kimchi explicat in libr. Radicum*; *vel* קִבּוּצָם congregatio, cœtus collectus ipſorum, *ut habet in Comment. Nam quum* רָגַם *in genere ſignificet*, projicere cumulum lapidum; *hinc arbitrati ſunt, vocem* רִגְמָה *eſſe accipiendam pro* cumulo, *ſeu* cœtu. *Quibuſdam vero apud Polum in Synopſi, arridet magis hæc alia verſio, videl.* & lapis eorum, *i. e.* robur, *&* fortitudo, *quia videtur magis congruere verbo* רָגַם, *quod proprie latine ſonat*, lapidavit. *Hinc forſan etiam LXX., ut metaphoram clarius exponerent, verterunt*, ἡγεμόνες αὐτῶν, *i. e.*, *ut etiam habet Vulgat.*, duces eorum; duces *ſiquidem* robori *ſunt*, & fortitudini *iis*, *quibus præſunt*; *vel* רִגְמָה *derivarunt ab* אַרְגָּמָן, *id eſt* purpura, *quæ eſt hominum gloria, & qua principes Judæ, de quibus ibi ſit ſermo, fuerunt exornati: Sic & Aben Eſra ad* Prover. 26. v. 8., *ubi citat hunc locum, exponit*, gloria eorum. *Aliæ interpretationes videantur apud Criticos Sacros*.

מַרְגֵּמָה *f.* Baliſta, funda, *qua* lapides *projiciuntur*, *ita à multis dictio hæc exponitur: Occurrit autem* Prover. 26. v. 8., כִּצְרוֹר אֶבֶן בְּמַרְגֵּמָה ſecundum ligare lapidem in baliſta, *id eſt*, ſicut aliquis lapidem alligat, *vel* applicat baliſtæ, *ut*

eum

cum ejaculetur : ſic gloria , quæ ſtulto tribuitur , *citò ab illo tranſit* : *Chaldæus reddit* בְּקַלְעָא ; *& LXX.* , *habent* ἐν σφενδόνῃ in funda . *Aliis eſt* acervus lapidum ; *unde Aben Eſra inquit* : ut ligamen lapidis pretioſi in acervo lapidum vulgarium : ita honoris exhibitio ſtolidò . *Aliis eſt* purpura , *quaſi idem quod* אַרְגָּמָן , *quem ſenſum Kimchi adducit* . *Eodem reſpexiſſe videtur R. Levi* , *inquiens* : ut eſt ligatio lapidis vilis in re pretioſa ; ſic honor in ſtulto , *hactenus Buxtorfius* . *Sed Vulg. vertit* , ſicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii ; *quam quidem interpretationem vide fuſius expoſitam ſupra pag.* 1213.

* אַרְגְּמָן *Vide ſupra ſub litera* א *pag.* 62.

רָגַן Suſurravit , murmuravit , muſſitavit : *Particip. plural.* וְרוֹגְנִים , Iſa. 29. v. 24., & murmurantes , *i. e.* , ſuſurrones , obſtreperi , murmurantes contra verba prophetarum , *ut R. Salomon exponit apud Buxtorfium* ; *Vulg. vertit* & muſſitatores . *Niph. Particip.* דִּבְרֵי נִרְגָּן , Proverb. 18. vv. 8. 22., verba ſuſurrantis , murmurantis , *& juxta Vulgat.* verba bilinguis , ſuſurronis ; וּבְאֵין נִרְגָּן , Proverb. 26. verſ. 20., & in non , *id eſt* ſine ſuſurrante ; *Vulg. habet* , & ſuſurrone ſubtracto : *Futur. plur.* וַתֵּרָגְנוּ & murmuraſtis , Deuter. 1. v. 27., וַיֵּרָגְנוּ בְאָהֳלֵיהֶם & murmurarunt in tentoriis ſuis , Pſalm. 106. v. 25.

רָגַע *Verbum , quod duplicem in ſenſum ſibimet contrarium* , commotionis *ſcil.* , *&* quietis , *uſurpatum legimus* : *Significat enim inprimis* , *juxta multos* , commovit , perturbavit , perterruit ; *& intranſitive* commotus eſt , tremuit , trepidavit , inhorruit ; *vel juxta Buxtorfium , & quoſdam alios* , fidit , ſcidit , diſrupit , diſruptus , fiſſus eſt : *Deinde alio ſenſu* , ſedavit , quievit , requievit . *Præter.* רָגַע , Job. 7. v. 5., diſrumpit ſe , *juxta Buxtorfium* ; *vel* , *juxta quoſdam alios* , tremuit , trepidavit , inhorruit ; *Vulg. habet* , aruit : רָגַע הַיָּם , Job. 26. verſ. 12., diſrupit , *vel* commovit mare , *uti cum Buxtorfio reddunt Recentiores multi* ; *Sed LXX. ſunt interpretati* , κατέπαυσε τὴν θάλασσαν , *i. e.* quievit , *ſive* ſedavit mare ; *Vulg. habet* , & repente maria congregata ſunt : *Aliud* רָגַע *vide infra in nomine* רֶגַע : *Partic.* רֹגַע הַיָּם , Iſa. 51. v. 15., findens mare ,

re, *ſive, ut habent LXX., Vulg., & alii*, qui conturbo, *vel* commoveo mare. *Niph. imper. fœm.* הֵרָגְעִי וָדֹמִּי, Jer. 47. v. 6., quieſce, quieta eſto, & ſile, *ita Buxtorfius vertit; Joa. Simon habet*, commovetor, vibrator, & *deinde* quieſce; *Vulg. autem, & alii reddunt*, refrigerare, & ſile. *Hiph.* הִרְגִּיעַ quievit, quietum reddidit, quieſcere fecit: *Item, juxta multos*, commovit, trepidare fecit: *Præter.* שָׁם הִרְגִּיעָה ibi quieſcit, *& juxta Vulgat.* cubavit, Iſa. 34. v. 14. *Infinit.* לְמַעַן הִרְגִּיעַ אֶת־הָאָרֶץ, Jerem. 50. verſ. 34., *ubi* ה *cum* Chirek *eſt loco* Pathach, *redditurque a Buxtorfio, aliiſque*, ut quietam reddat hanc terram; *Sed Vulgat., quem ſequuntur Recentiorum non pauci, inter quos Joa. Simon, vertit*, ut exterreat, *vel* commoveat, trepidare faciat terram: *Cum præfix. & affix.* לְהַרְגִּיעוֹ יִשְׂרָאֵל, Jerem. 31. verſ. 2., ut quieſcere faceret ipſum Iſraelem; *Vulgat. habet*, vadet ad requiem ſuam Iſrael: *Futur.* אַרְגִּיעַ quieſcere faciam, Iſa. 51. v. 4. *Cum* ה *paragogico*, אַרְגִּיעָה, Jerem. 49. v. 19., 50. v. 44., quieſcam, momentum agam, quievero parum; *Vulg. autem adverbialiter reddit*, ſubitò; *ſignificatio petita ex Nomine derivato* רֶגַע momentum; *Jo. Simon habet*, commovebo, concitabo: וְעַד־אַרְגִּיעָה לְשׁוֹן שָׁקֶר, Prov. 12. v. 19., *quo in loco variant Interpretes: Multis τὸ* אַרְגִּיעָה *eſt verbum, redditurque à Buxtorfio, Jo. Simone, aliiſque*, ſed donec momentum tranſigam, lingua fallax, *ſive* mendacis, *id eſt* brevi tantum tempore ſibi conſtat, *ſive* non amplius momento durat lingua fallax; *Arias vero Montanus, R. David, & Aben Eſra vertunt*, & perpetuo quieſcere faciam, *vel* tollam, abolebo linguam falſitatis, *ſive* mendacii, *id eſt* ne amplius loquatur; *quo ſenſu* וְעַד *eſt ſicut* וָלָעַד, *vel potius* וְלָעַד & in ſeculum. *At contra τὸ* אַרְגִּיעָה *uti nomen accipitur à LXX., à Vulgat., Sym., Syr., Arab., & aliis, ita ut* אַרְגִּיעָה *ſit idem ac* רֶגַע momentum; *unde* א *ab initio eſt ipſis heemant., &* ה *in fine paragog., iidem etiam pro* עַד *legerunt* עֵד; *verterunt propterea*, teſtis autem repentinus, *vel* temerarius linguam habet injuſtam, *ſive, ut exponit Vulgat.*, qui autem teſtis eſt repentinus, concinnat linguam mendacii; *Alii interpretantur*, ſed ad momen-

momentum lingua mendacii, *id eſt* mendacis: לֹא תַרְגִּיעַ, Deut. 28. v. 65., non quieſces, *id eſt*, *ut quidam exponunt*, non dabitur tibi ſedes permanens.

רֶגַע *maſc.* Momentum, *quaſi* fragmentum temporis minutiſſimum: *Et adverbialiter*, ſubito, repentè, ex inſperato, confeſtim: רֶגַע אֶחָד momento uno, Exod. 33. verſ. 5., רֶגַע יָמֻתוּ ſubito morientur, Job. 34. v. 20., רֶגַע בְּאַפּוֹ, Pſalm. 30. verſ. 6., momentum *eſt* in furore, *ſive* in ira ejus; *LXX. per metaph. verterunt*, ὀργὴ ἐν τῷ θυμῷ αὐτοῦ, *id eſt* ira in indignatione ejus: ira brevis *eſt*; indignatio *autem multo* gravior; *unde* ira in indignatione, *idem eſt ac* indignatio, *quæ* brevi, & celeriter *remittitur*: *Et in pauſa* יֵבֹשׁוּ רָגַע, Pſalm. 6. v. 11., pudore afficientur ſubito, *ſive* momento; *LXX.*, & *Vulg. habent*, & erubeſcant valde velociter: *Cum præfix.* וּבְרֶגַע, Job. 21. verſ. 13., & in momento, *ſive*, *juxta Vulgat.*, in puncto: *Chald. habet*, בְּמַרְגוֹעָא cum quiete: *Aben Eſra vertit* abſque afflictionibus, *id eſt*, quiete: כְּרֶגַע quaſi momento, repente, Num. 16. verſ. 21. *Plur.* לִרְגָעִים ad momenta, ſingulis momentis, *ſive*, *juxta Vulgat.*, *alioſque*, ſubito, repente, Joſ. 7. verſ. 18., Iſa. 27. verſ. 3., Ezech. 26. verſ. 16.

רָגֵעַ *m. Inde plur. conſtr.* וְעַל רִגְעֵי־אֶרֶץ, Pſalm. 35. v. 20., & contra quietos, *ſive* humiles, *vel* trepidos, timidos terræ, *ita vertunt Buxtorfius*, *Pagninus*, *Joa Simon*, & *alii*: *Sed LXX. ſunt interpretati*, καὶ ἐπ' ὀργῇ & in, *ſive* præ iracundia; *Vulg. habet*, & in iracundia terræ, *id eſt* hominum in terra *verſantium*, *ubi metonymia*, *continens pro contento*: *Nec interpretatio hujuſmodi ab Hebr. textu aliena*: *Nam in Buxtorfii*, *aliorumque Recentiorum ſententia* το רָגַע *ſignificat* diſrupit, fidit, commovit. *Hinc* עַל רִגְעֵי *optime reddi poteſt*, in fiſſionibus, *vel* commotionibus (terræ), *quod per metaphoram idem eſt ac* in iracundia (terræ): *Sed* & *Arabice* τὸ רָגַע *ponitur pro* commotione, & ira, *uti a quibuſdam apud Matthæum Polum in Synopſi eſt animadverſum*: *Sym. vertit*, ἀλλὰ περὶ συναρπαγῆς ἐν τῇ γῇ, *id eſt* ſed de direptione in terra; & *S. Hieron.*, ſed in rapina terræ.

מַרְגּוֹעַ

מַרְגּוֹעַ *maſc.* Requies, *&* *juxta Vulg.* refrigerium, Jerem. 6. verſ. 16.

מַרְגֵּעָה *f.* Requies, *& juxta Vulg. refrigerium: Occurrit autem cum præfix. ita*, הַמַּרְגֵּעָה, Iſa. 28. v. 12.

רגשׁ Tumultuatus eſt, tumultuoſe, *ſive* cum ſtrepitu concurrit, *vel* convenit: *Præterit. plural.* לָמָּה רָגְשׁוּ גוֹיִם quare tumultuantur, *ſive*, *juxta LXX.*, *& Vulgat.*, fremuerunt gentes? Pſalm. 2. v. 1.

רגשׁ *Chald.*, *& juxta multos ſignificat idem ac Hebr.* רָגַשׁ, *de quo ſupra. Inde Aphel plural.* הַרְגִּשׁוּ, Daniel. 6. vv. 7. 12. 16., cum ſtrepitu convenerunt; *Vulg. ſenſum expreſſit.*

רֶגֶשׁ *m.* Cœtus conveniens, frequens conventus: *Cum præfix.*, *& in pauſa*, בְּרָגֶשׁ, Pſalm. 55. v. 15., in, *vel* cum cœtu frequenti, *ſive* tumultuoſe concurrente, *ita Buxtorfius*, *aliique*; *Sed LXX. ſunt interpretati*, ἐν ὁμονοίᾳ, *id eſt*, *ut etiam habet Vulg.*, cum conſenſu; *Sym. vertit*, συνδιαιτώμενοι, *id eſt* una viventes.

רִגְשָׁה *f.* Tumultuatio, ſocietas, turba cum ſtrepitu concurrens: *Conſtr. cum præfix.* מֵרִגְשַׁת a ſocietate, *ſive* a multitudine, Pſalm. 64. v. 3.

רדד Extendit, expandit, diduxit: *Metaphoricè*, ſtravit, ſubſtravit, ſubdidit, ſubjecit. *Verbum hoc eſt cognatum* יָרַד, *&* רָדָה, *quæ ſuis in locis vide. Præter. defect.* רַד *vide ſupra in* יָרַד: *Particip.* הָרוֹדֵד עַמִּי qui ſubſternit populum meum mihi, Pſalm. 144. v. 2., *ubi Maſſorethæ notant*, *tria ſcribi* עַמִּי, *quæ exiſtimantur legenda* עַמִּים, *numero plurali. Reliqua duo loca ſunt*, 2. Sam. 22. v. 44., Thr. 3. v. 14. *Infin. cum apocopa*, *vel ſyncopa* τοῦ ד, *& præfix.* לְרַד־לְפָנָיו גּוֹיִם, Iſa. 45. v. 1., ad ſternendum, *ſive* ut ſubjiciam ante faciem ejus gentes. *Hiph. Futur.* וַיָּרֶד עַל־הַכְּרוּבִים & diduxit ſuper Cherubim, *id eſt* obduxit, *ſive* induxit, *& juxta Vulg.* operuit, 1. Reg. 6. v. 32. *Vide* מוֹרָד *inter nomina.*

רָדִיד *m.* Veſtis *genus* extenſum, *&* diductum, *id eſt*, *ut exponit Aben Eſra*, ornamentum *muliebre*, *quod* expanditur: *Multi autem arbitrantur*, *eſſe* carbaſum, pallium muliebre, velum, *ſeu* peplum, tenue *proprie & ſubtile*, *quo mulie-*

res

res caput velant: *Quidam, teſte Kimchi, exponunt* vittas ſericas *colligandis crinibus*: *Alii volunt, fuiſſe* veſtem tenuem *exteriorem, velut* peplum, *quo velabantur deſuper mulieres*. *Cum affix.* רְדִידִי (tulerunt) carbaſum, *ſive* pallium meum, Cant. 5. v. 7. *Plural.* וְהָרְדִידִים, Iſa. 3. v. 23., & carbaſa, *ſive* pepla, *Vulg. vertit*, & theriſtra, *id eſt æſtiva veſtimenta*.

מורד *m.* Diductum: מַעֲשֵׂה מוֹרָד opere ducto, *vel* extenſo, 1. Regum 7. verſ. 29. *Kimchi ſcribit hic, eſſe idem quod* רָקוּעַ. *Nam Chaldæus verbum* יְרַקְּעוּ *reddit* רַדִּידוּ, Exod. 39. verſ. 3. *Hactenus Buxtorfius*. *Alii tamen* τὸ מורד *derivant a verbo* יָרַד; *atque vertunt*, opere in declive deſcendente, *ſive* vergente, *inſtar graduum*; *Vulg. periphraſi ujus expoſuit*, (quaſi lora) ex ære dependentia. *Vide aliud* מוֹרָד *ſupra poſt* יָרַד *pag.* 492.

רדה Accepit, cepit, deſumſit, tenuit. *Speciatim autem* tenuit imperium, imperavit, dominatus eſt, dominium, dominatum exercuit; *& ſic ferè conſtruitur cum præpoſit.* ב: *Præter.* רָדָה הַדְּבַשׁ deſumſit mel, illud, Jud. 14. verſ. 9. *Et deſect.* רַד *vide ſupra in* יָרַד: רְדָתָהּ *vide ibidem pag.* 491. *Plur.* וְרָדוּ בָכֶם & dominium exerceant, *ſive* exercebunt in vos, *vel* ſubjicient vos, Lev. 26. v. 17., *& ita* Iſa. 14. verſ. 2., רְדִיתֶם אֹתָם dominati eſtis eis, Ezech. 34. v. 4.; *quaſi dicas*, dominio ſubegiſtis, *vel* ſubjeciſtis illos vobis. *Particip.* רֹדֶה dominans, dominator, ſubjiciens, 1. Reg. 5. v. 4., Iſa. 14. v. 6., *& cum affix.* רֹדֵם, Pſalm. 68. v. 28. dominator illorum, *ſive* dominans illis, imperium exercens in illos; *LXX. verterunt* ἐν ἐκστάσει in exſtaſi; *Vulg. habet* in mentis exceſſu; *dictionis propterea hujuſce ſenſum derivaſſe videntur à* רָדַם ſomno ſopitus, ſopore obrutus fuit: *Plural. cum præfix.* הָרֹדִים בָּעָם dominantes, præcipientes populo, 1. Reg. 5. v. 30., 9. verſ. 23., 2. Paral. 8. verſ. 10. *Infin.* לְבִלְתִּי רְדוֹת בַּגּוֹיִם, Ezech. 29. verſ. 15., ad non dominari, *ſive* ne imperent gentibus: *Cum affix.* רְדָתָהּ *vide ſupra in* יָרַד *pag.* 491. *Imper.* רְדֵה dominare, Pſalm. 110. v. 2. *Sed* רְדָה, רֵדָה, רְדִי *vide ſupra in* יָרַד *pag.* 491. *Plur.* וּרְדוּ, Gen. 1. v. 28., & dominamini: *Sed* Geneſ. 42. v. 2., *&* Jud. 7. v. 24.

τὸ

τὸ רְדוּ ſpectat ad יָרַד, atque vertendum; deſcendite; in quem ſenſum, à Vulg., aliiſque accipitur etiam apud Jol. 4. verſ. 13. Quidam tamen hoc in loco exponunt, calcate; ex ſignificatione radicis Arabic. רדי calcavit: Futur. אֶרְדֶּה, & אֵרֵד vide ſupra in יָרַד pag. 491., לֹא־תִרְדֶּה בוֹ non dominaberis ei, & juxta alios, ne affligas, ne opprimas eum, Levit. 25. vv. 43. 46., & per apocopam וְיֵרְדְּ, pro וְיִרְדֶּה, Numer. 24. v. 19., Pſalm. 72. v. 8., & dominabitur, dominetur: וַיֵּרְדְּ, & alia ſpectant ad יָרַד: Cum affix. לֹא־יִרְדֶּנּוּ, Levit. 25. v. 53., non dominabitur in eum, ſive, ut habet Vulg. non affliget eum: וַיִּרְדֵּהוּ אֶל־כַּפָּיו & accepit illud in manus ſuas, Jud. 14. verſ. 9., וַיִּרְדֶּנָּה, Thr. 1. v. 13., & dominabatur ei, ſive qui dominaretur ei, cuique ſcil. oſſium, ita multi cum Buxtorſio; Joa. vero Simon, aliique reddunt, & extendit, diduxit eum; LXX. habent, & deorſum egit eum; Vulg. vertit, & erudivit me: Plural. נֵרְדָּה, נֵרֵד ſpectant ad יָרַד: יִרְדּוּ עַל־יְדֵיהֶם, Jerem. 5. v. 31., capiunt in manus ſuas, ſcilicet munera. Nam, ſequente nomine יָד, Kimchi vult, idem eſſe, quod capere, accipere: R. Salomon exponit, dominantur per manus eorum opera eorum, hactenus Buxtorſius: Sed LXX. verterunt, καὶ οἱ ἱερεῖς ἐπεκρότησαν ταῖς χερσὶν αὐτῶν, id eſt, ut etiam habet Vulgat., applaudebant manibus ſuis: וְיִרְדּוּ & dominentur, Geneſ. 1. v. 26., וַיִּרְדּוּ בָם & dominabuntur in eos, Pſal. 49. verſ. 15., item & dominati ſunt בָּהֶם in eos, ſive, juxta Vulg., & poſſederunt eos, Nehem. 9. verſ. 28. Pih. Futur. per apocopam, יְרַדּ dominari facit, dominium tradit, Jud. 5. v. 13., ita Buxtorſius: Quidam autem reddunt per Futurum, dominabitur, dominari faciet, dominatum concedet; Alii per Præteritum. Hiph. Futur. וּמְלָכִים יַרְדְּ & in reges faciet, ut dominentur, Iſa. 41. verſ. 2., & ſubauditur Præpoſitio ב, וּבִמְלָכִים.

רָדָה, רָדוֹת Vide ſupra in verbo רָדָה.

רֶדֶת Vide ſupra in יָרַד pag. 491.

רדם Sopivit, ſomno obdormivit, in Kal inuſit. Inde Niph. נִרְדַּם ſomno ſopitus eſt, ſopore obrutus fuit, ſomno obdormivit, propriè ſomno, ſopore alto, atque gravi: Præter.

Præter. נִרְדַּמְתִּי עַל־פָּנַי אָרְצָה, Dan. 8. verſ. 18., ſopore obrutus fui ſuper faciem meam in terram, *ſive* terram verſus; *LXX. habent,* πίπτω cado in faciem meam; *Vulg.* collapſus ſum pronus in terram: *Particip.* וְהוּא נִרְדָּם & ipſe ſopore obruitur, Jud. 4. v. 21., מַה־לְּךָ נִרְדָּם quid tibi eſt ſomnolente, Jon. 1. v. 6., *ubi Vulg. reddit,* quid tu ſopore deprimeris? נִרְדָּם וְרֶכֶב וָסוּס, Pſalm. 76. v. 7., ſopore obrutus, conſopitus eſt currus, & equus; *LXX. ſunt interpretati,* ἐνύσταξαν οἱ ἐπιβεβηκότες τοὺς ἵππους, *id eſt, ut Vulgat. reddit,* dormitaverunt, qui aſcenderunt equos; *legerunt propterea* רֹכֵב *pro* רֶכֶב: *Futurum* וַיֵּרָדַם & ſomno ſopitus fuit, *ſive:* erat, *&* *juxta Vulg.*, (dormiebat) ſopore gravi, Jon. 1. v. 5. *Vide, quæ ſequuntur.*

* רֹדֵם *Dictio compoſita, quam vide ſupra in* רָדָה *pag.* 1390.

תַּרְדֵּמָה *f.* Sopor, ſomnus gravis, *&* profundior, *ex quo difficulter quis excitatur: Litera* ת *ab initio eſt heemant. Occurrit* Geneſ. 2. v. 21., 15. v. 12., *&c. Conſtr.* כִּי תַּרְדֵּמַת יְהוָה nam ſopor Domini, *id eſt,* maximus, *&* divinitus immiſſus (ceciderat ſuper eos), 1. Sam. 26. v. 12.

רָדַף Perſecutus, proſecutus, ſecutus, ſectatus, inſectatus eſt. *Conſtruitur cum Accuſativo, & Prœpoſit.* אַחֲרֵי. *Præter.* רָדַף אַחֲרֵי הָרֶכֶב perſecutus eſt currum illum, Jud. 4. verſ. 16., וְרָדַף & perſequetur, Exod. 14. verſ. 4., וְרָדַפְתִּי & perſequar, Jerem. 29. v. 18. *Plur.* רָדְפוּ, Geneſ. 35. verſ. 5., *& in pauſa* רָדָפוּ, Pſalm. 69. v. 27., perſecuti ſunt; וְרָדְפוּ & perſequentur, Levit. 26. v. 8., *& cum affix.* רְדָפוּנִי perſecuti ſunt me, Pſal. 119. v. 86., רְדָפוּךָ perſecuti ſunt te, Deut. 30. v. 7., רְדָפוּם perſecuti ſunt eos, Joſ. 8. v. 24., וּרְדַפְתֶּם & perſequemini, Levit. 26. v. 7. *Partic.* רוֹדֵף, *& abſque* Vau, רֹדֵף perſequens: אַחֲרֵי מִי אַתָּה רֹדֵף quem tu perſequeris? 1. Sam. 24. verſ. 15., אֶל־הָרוֹדֵף contra perſequentem, Joſ. 8. verſ. 20. *Cum affix.* רֹדְפָם perſequens eos, Pſal. 35. v. 6. *Plural.* רֹדְפִים, Jud. 8. v. 4., *&* הָרֹדְפִים, Joſ. 2. vv. 7. 16., *& conſtr.* רֹדְפֵי, Pſalm. 119. v. 150., perſequentes, ſectantes: *Cum affix.* רֹדְפַי, Pſalm. 7. v. 2., *& in pauſa* רֹדְפָי, Pſalm. 35. v. 3., perſequentes me; בְּרֹדְפַי in perſequentes me, Pſalm. 119. v. 84., מֵרֹדְפַי a perſequentibus

bus me, Pſalm. 31. verſ. 16., רֹדְפֵינוּ perſequentes nos, Thren. 4. verſ. 19., רֹדְפֶךָ perſequentes te, 2. Sam. 24. verſ. 13., רֹדְפֵיכֶם perſequentes vos, Iſa. 30. verſ. 16., רֹדְפֶיהָ perſequentes eam, Thren. 1. v. 3., רֹדְפֵיהֶם perſequentes eos, Nehem. 9. verſ. 11. *Infin. cum præfix.* לִרְדֹּף ad perſequendum, Joſ. 8. v. 16., מֵרְדֹף à perſequendo, 1. Sam. 23. v. 28. *Cum affix.* תַּחַת רָדְופִי טוֹב, Pſal. 38. verſ. 21., *ubi Maſſora legit* רָדְפִי, propterea quod proſequebar ego bonum; לִרְדָפְךָ ad perſequendum te, 1. Sam. 25. v. 29., עַל־רָדְפוֹ, Amoſ. 1. v. 11., eo quod perſecutus ſit ipſe; בְּרָדְפָם, Deuter. 11. v. 4., quum perſequerentur ipſi: *Imper.* רְדֹף perſequere, Geneſ. 44. v. 4., *&* *cum affix.* וְרָדְפֵהוּ & perſequere eam (*pacem*), Pſalm. 34. v. 15. *Plural.* רִדְפוּ perſequimini, Pſalm. 71. v. 11. *Futur.* אֶרְדּוֹף, Pſalm. 18. verſ. 38., *&* אֶרְדֹּף, Exod. 15. v. 9., *item cum* ה *paragog.*, אֶרְדְּפָה, 2. Sam. 22. v. 38., perſequar: תִּרְדֹּף perſequeris, Thren. 3. v. 66., *&* *cum affix.* וַתִּרְדְּפֵנוּ & perſequutus es nos, Thren. 3. v. 43., תִּרְדְּפֵם perſequeris eos, Pſalm. 83. v. 16., יִרְדֹּף, Deut. 29. v. 6., *&c.*, *item* יִרְדָּף־, Joſ. 23. v. 10., perſequatur, perſequetur: *Sed* יִרַדֹּף, Pſalm. 7. verſ. 6., perſequatur, *eſt compoſitum ex Kal.*, *&* *ex Pih.* יְרַדֵּף, *ut notat Joa. Simon*, *q. d.* perſequitur, *&* alios ad perſequendum incitat: וַיִּרְדֹּף & perſequtus eſt, Geneſ. 31. v. 23., *&* *cum affix. in pauſa*, יִרְדְּפֶךָ, Ezech. 35. v. 6., *ubi Maſſora habet* יִרְדָּפֶךָ, perſequetur te; יִרְדְּפוֹ perſequetur eum; וַיִּרְדְּפֵהוּ & perſequutus eſt eum, Jud. 9. v. 40.; יִרְדְּפֵם perſequetur eos, Iſa. 41. v. 3., וַיִּרְדְּפֵם & perſequutus eſt eos, Geneſ. 14. v. 15. *Plur.* נִרְדָּף־לוֹ perſequemur, *vel* perſequamur eum, Job. 19. verſ. 28., *&* *cum* ה *paragog.* נִרְדְּפָה ſequemur, Hoſe. 6. v. 3., תִּרְדֹּפוּ; *inde cum affix.* תִּרְדְּפֻנִי perſequimini me., Job. 19. verſ. 22., יִרְדְּפוּ, 2. Sam. 2. v. 28., *&* *in pauſa* יִרְדֹּפוּ, Levit. 26. verſ. 8., Iſa. 5. verſ. 11., perſequentur, perſequuntur, ſectantur: *Cum affix.* יִרְדְּפוּנִי proſequentur me, Pſalm. 23. verſ. 6., וַיִּרְדְּפוּם & perſequuti ſunt eos, Joſ. 7. v. 5. *Niph. præter. plur.* עַל צַוָּארֵנוּ נִרְדָּפְנוּ, Thren. 5. v. 5., ſuper collum, *ſive* cervicem noſtram perſecutionem patimur, *vel*

Tttt 2 paſſi

paſſi ſumus, *ita Buxtorfius, aliique reddunt; Sed LXX. ſunt interpretati,* ἐπὶ τραχήλου ἐδιώχθημεν, *i. e., ut habent Vulg., & alii*, cervicibus noſtris minabamur, *id eſt agebamur ut pecudes: Partic.* יְבַקֵּשׁ אֶת־נִרְדָּף, Eccleſ. 3. v. 15., *Buxtorfius reddit*, requiret conſequens, *vel* conſequentia; *Joa. Simon, & alii vertunt*, requiret perſecutionem patientem; *Multi cum Vulgat. habent*, quærit, inſtaurat præteritum, *vel* quod abiit, quod propulſum eſt, *id eſt id, quod fecit Deus, etiam nunc facit, & facturus eſt poſtea. Pih. Præter.* וְרִדְּפָה אֶת־מְאַהֲבֶיהָ & ſectabitur amatores ſuos, Hoſe. 2. v. 9. *Partic.* מְרַדֵּף ſectans, qui ſectatur, Prov. 11. v. 19., *&c. Futur.* יְרַדֶּף־חֹשֶׁךְ perſequentur tenebræ, Nah. 1. v. 8., *item anomalum ex forma Kal, & Pihel*, יִרַדֹּף perſequatur, Pſal. 7. verſ. 6., *compoſitum ex* יִרְדֹּף, *&* יְרַדֵּף; תְּרַדֵּף perſequetur, Prov. 13. v. 21. *Pyh. Præter.* וְרֻדַּף & perſecutionem patietur, *i. e.* propelletur, agitabitur, *& juxta Vulg.* rapietur, Iſa. 17. v. 13. *Hiph. præter. plur. cum affix.* הִרְדִּיפֻהוּ perſequendum curaverunt eum, *ſive* perſecuti ſunt eum, Jud. 20. v. 43., *ubi Vulgat. ſenſum expreſſit. Hoph. Particip.* מֻרְדָּף perſecutionem patitur, perſecutione agitatur, Iſa. 14. v. 6., *Vulg. ibidem legit* מְרַדֵּף *pro* מֻרְדָּף; *nam vertit* perſequentem.

רָהַב Corroboravit, extulit: *vel intranſitivè*, corroboravit, extulit ſe, *hactenus Buxtorfius: Sed à Joa. Simone, & quibuſdam aliis redditur*, robuſtus, fortis fuit: *item, ex* robore, & vigore, ferocivit, inſolenter egit; *& tranſitivè*, fortiter inſtitit, urſit: *Alii aliter vertunt: Aliud* רָהַב *vide infra in nomine* רַהַב. *Imper.* וּרְהַב רֵעֶיךָ, Prov. 6. verſ. 3., & robora amicos tuos, *juxta Buxtorfium; Vulg. autem, & alii reddunt*, ſuſcita, urge amicos tuos, *ſive* fortiter inſta amicis tuis: *Futur. plural.* יִרְהֲבוּ הַנַּעַר בַּזָּקֵן efferent ſe puer quiſque in ſenem, Iſa. 3. verſ. 5. *Hiph. præter. plur. cum affix.* שֶׁהֵם הִרְהִיבֻנִי, Cantic. 6. verſ. 5., quia ipſi extulerunt me, *ita Buxtorfius: Alii habent* animoſum me reddiderunt, *ſive* fortiter me moverunt; *Vulg. reddit*, quia ipſi me avolare fecerunt: *Futur. cum affix.* תַּרְהִבֵנִי בְנַפְשִׁי עֹז, Pſalm. 138. v. 3., *Buxtorfius vertit*, feciſti, ut efferret me in anima mea robur; *Pagninus, & alii*

alii reddunt, roboraſti me in anima mea fortitudine; *Vulgat. habet*, multiplicabis in anima mea virtutem.

רַהַב *m*, Elatio, ſuperbia. *& adjectivè* vanus, ſuperbus, arrogans, inſolens, ferox: *Item* robur, fortitudo: אַזְכִּיר רַהַב, Pſalm. 87. v. 4., *hoc in loco τὸ* רַהַב *quibuſdam eſt nom. appellativum; aliis vero nom. proprium: LXX. ſunt interpretati*, μνησθήσομαι Ῥαὰβ memor ero Rahab: *A Pagnino redditur*, memorabo Ægyptum; *ab aliis*, faciam, ut meminerint Ægypti; *quæ quidem ſæpius nomine* רַהַב *deſignatur propter ſuam* ſuperbam: רַהַב הֵם שָׁבֶת, Iſa. 30. v. 7., *ubi, ut habet Buxtorfius,* הֵם *eſt pro* לָהֶם, *vel Pronomen ſeparatum eſt loco affixi, ut Rabbi Salomon notat, pro* רָהְבָּם, *& redditur ab eodem Buxtorfio*, fortitudo ipſorum, vel ipſis eſt manere; *Vulgat. vertit*, ſuperbia tantum eſt, quieſce: הַמַּחְצֶבֶת רַהַב excidens ferociam, inſolentiam, *juxta quoſdam; At Vulgat., & alii reddunt* percutiens, *vel* percuſſiſti ſuperbum: *In pauſa* רָהַב; *ut* תַּחְתָּו שָׁחֲחוּ עֹזְרֵי רָהַב, Job. 9. v. 13., ſub eo incurvant ſe adjutores, *ſive* fautores ſuperbiæ, elationis; *Vulgat. vertit*, ſub quo curvantur, qui portant orbem: מָחַץ רָהַב, Job. 26. v. 12., diſcidit elationem, *id eſt, ut notat Buxtorfius*, aquas elatas, mare tumidum; *Vulgat. habet*, percuſſit ſuperbum: דִכִּאתָ כֶחָלָל רָהַב tu confregiſti, *ſive* humiliaſti, ſicut vulneratum, ſuperbum, *id eſt* Ægyptum, *ut cum Pagnino exponunt multi: Plur.* אֶל־רְהָבִים ad ſuperbos, Pſal. 40. v. 5.

רֹהַב *m. Inde cum affix.* וְרָהְבָּם עָמָל וָאָוֶן, Pſalm. 90. v. 10., & robur eorum, (*i. e., excellentiſſimum quodque*), labor, & moleſtia eſt. *Quidam volunt, eſſe Infinitivum Kal, quibus obſtat* Dages *lene in* ב, *quod in literis* בגד כפת *in eo modo adhiberi non ſolet: Rectè in nominibus, hactenus Buxtorfius: LXX. ſunt interpretati*, πλεῖον αὐτῶν κόπος καὶ πόνος, *id eſt* & amplius eorum, labor, & dolor.

רוֹהְגָּה Rovhgáh, *& juxta Vulgat.* Roaga, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 7. v. 34.

רָהָה Formidavit, timuit: *Futur. plural.* וְאַל־תִּרְהוּ neque timeatis, Iſa 44. v. 8.

רָהַט *Chald.* cucurrit; *Inde ut putant Buxtorfius, Joa. Simon, aliique, ſunt*

רַהַט *maſc.* Ambulacrum, *per quod* curritur, *&* ambulatur, *juxta quoſdam*: *Aliis eſt* canalis, *à* currendo *dictus* רַהַט, lacus, *ſive* locus concavus *in pratis*, alveus, tubulus *aquarum pluvialium*, incile: *Plur. cum præfix.* הָרְהָטִים canales, Exod. 2. v. 16., בָּרְהָטִים in canalibus, Gen. 30. v. 38., Cant. 7. v. 6.

רָהִיט *m.* Ambulacrum, *idem ſcil. ac* רַהַט, *juxta Kimchium in libro radicum*: *Sed alii in varium ſenſum illud accipiunt*: *Notandum autem, quod legitur ab omnibus cum* ה *in medio*; *ſcriptum tamen occurrit cum* ח, *ita ſcilicet* רָחִיט: *Cum affix.* רָהִיטֵנוּ, Cantic. 1. v. 17., ambulacrum noſtrum: *Chaldæus, & Hebræi priſci*, tignum, tigillum *exponunt, ut in Aruch videre eſt, quanquam in Talmud, Baſileæ edito, loca in Aruch citata aliter legantur, ut notat Buxtorfius. LXX. verterunt*, φατνώματα ἡμῶν, *i. e., ut habent Vulg., & alii*, laquearia noſtra; *ſunt etiam quidam reddentes* ligna tranſverſaria, *vel* trabes tenues, *vel* impluvia noſtra, *uti exponit Joa. Simon*.

רֵוא *maſc. Chald.* aſpectus, forma: *Cum affix.* וְרֵוֵהּ דְּחִיל & forma ejus terribilis erat, Dan. 2. verſ. 31., *&* 3. verſ. 25. *Dictio hæc a multis derivatur à* רָאָה, *mutato ſcil.* א *in* ו; *Alii vero repetunt à* רְוָא, *quæ radix Arabibus in II. Conjug. ſonat*, animum advertit ad rem, reſpexit finem, *uti refert Guarin*.

רִיב Litigavit, contendit, rixatus eſt, *verbis magis, quam armis*, cauſam egit; *item, juxta Vulg. alioſque*, judicavit: *Verbum forenſe. Conſtruitur cum Accuſativo, & Præpoſit.* עִם, *&* עַל. *Præter. cum Infinit.* הֲרוֹב רָב עִם יִשְׂרָאֵל an contendendo contendit, *ſive* rixatus eſt cum Iſraele? Jud. 11. verſ. 25., רָב אֶת־רִיב, 1. Sam. 25. verſ. 39., egit, *ſive* judicavit cauſam: *Aliud vide infra in Participio*; *vide etiam ſupra in* רָבַב, *& in nominibus, quæ ab eodem dimanant, pag.* 1365., *&c.*, רַבְתָּ אֲדֹנָי רִיבֵי egiſti, *ſive* judicaſti, Domine, cauſas, Thren. 3. v. 58. *Plural.* רָבוּ contenderunt, rixati, jurgati ſunt, Geneſ. 26. v. 22., Numer. 20. v. 13. *Vide in* רָבַב, *&* רָבָה: *Partic.* יָדָיו רָב לוֹ, Deut. 33. v. 7., manus ipſius, (*i. e.* manuum quæque, *aut* utraque manus), contendens pro illo, *id eſt*

ſuis

ſuis viribus pugnans cum hoſtibus ſuis : הוֹי רָב אֶת־יֹצְרוֹ, Iſa. 45. v. 9., væ contendenti cum fictore ſuo, *ſive, ut habet Vulgat.*, væ, qui contradicit fictori ſuo : הִנְנִי־רָב אֶת־רִיבֵךְ ecce ego judicaturus, *vel* acturus ſum cauſam tuam, Jerem. 51. v. 36., וָרָב, Iſa. 19. v. 20. (& mittet eis ....) & propugnatorem, *juxta Vulgat. Alii vero derivant à* רבב; *atque reddunt* magnatem, *ſive* principem, ducem: *Infin. cum præfix.* הֲרוֹב num contendendo, contendere? Jud. 11. v. 25, Job. 40. v. 2. *Hiph.* הֵרִיב litigavit, contendit, cauſam egit, *&c.*, הֵרִיב *vide infra in nomine* רִיב : *Præter. cum Aphæreſi literæ caracteriſticæ* ה, מַדּוּעַ אֵלָיו רִיבוֹתָ quare adverſus eum litigas? Job. 33. verſ. 13. *Partic. m.* מֵרִיב litigans : *Aliud* מֵרִיב *vide infra in nomine* רִיב : *Plur. conſtr. cum præfix.* כִּמְרִיבֵי כֹהֵן, Hoſe. 4. v. 4., ſicut contendentes, litigantes cum Sacerdote; *& cum affix.* מְרִיבָו, *pro* מְרִיבָיו, 1. Sam. 2. v. 10., rixantes, contendentes cum eo, *id eſt, juxta Vulgat.*, adverſarii ejus : *Fœm.* מְרִיבָה, *& plur.* מְרִיבוֹת *vide infra ſuo proprio loco inter nomina : Infinit. abſque* ה *charaſteriſtico*, רִיב contendendo, *ſive* judicando, Jerem. 50. v. 34., *& cum præfix.* לָרִיב, Job. 9. verſ. 3., *item cum* Vau *loco* Jod, לָרוּב, Jud. 21. verſ. 22., *& abſque* Jod, לָרִב, Prover. 25. v. 8., contendere, jurgari : *Aliud* לָרִיב, *&* לָרִיב *vide infra in nom.* רִיב : *Imper.* רִיבָךְ רִיב, Prov. 25. v. 9., cauſam tuam litiga, age, *& juxta Vulgat.* tracta; *item* contende, Mich. 6. v. 1., *& cum* ה *paragog.* רִיבָה רִיבִי contende contentionem meam, age cauſam meam, Pſalm. 119. verſ. 154. *Plur.* רִיבוּ אַלְמָנָה cauſam agite viduæ, *& juxta Vulg.* defendite viduam, Iſa. 1. v. 17., רִיבוּ בְאִמְּכֶם רִיבוּ, Hoſe. 2. verſ. 4., contendite cum matre veſtra, contendite; *Vulg. reddit*, judicate matrem veſtram, judicate : *Futur.* וְאֶת־יְרִיבֵךְ אָרִיב, Iſa. 49. verſ. 25., & cum litigatore tuo litigabo, *ſive* contendam; *Vulg. reddit*, & eos, qui judicaverunt te, ego judicabo; וָאָרִיב, Nehem. 13. verſ. 25., *& cum* ה *paragog.* וָאָרִיבָה, Nehem. 5. v. 7., & contendi, *ſive, juxta Vulg.*, & objurgavi, increpavi : אַל־תָּרוֹב, Prover. 3. v. 30., *ubi* Vau *eſt loco* Jod, ne contendas : *Cum affix.* תְּרִיבֵנִי, Job. 10. verſ. 2., contendas mecum; *Vulg.*

Vulg. reddit, me judicas; תְּרִיבֵהוּ contendiſti cum eo, *ſive* judicaſti eum, Deuter. 33. v. 8., תְּרִיבֶנָּה contendes cum ea, *ſive* judicabis eam, Iſa. 27. v. 8., אֲשֶׁר יָרִיב, Jud. 6. verſ. 31., qui contenderit, *ſive* contendet; *item* הוּא יָרֶב לוֹ, Jud. 6. verſ. 31., ipſe contendat cum eo, *ſive* ipſe pro ſe litiget, *i. e.*, *ut habet Vulg.*, vindicet ſe de eo; *Et alia forma*, אַל־יָרֵב ne contendat, non judicet, Hoſe. 4. v. 4. *Aliud* יָרִיב, יָרֵב, *vide infra inter nomina*: *Cum præfix.* וַיָּרֶב & contendit, *ſive* jurgatus eſt, Gen. 31. v. 36. *Aliud vide in radice* ארב: *Plur.* תָּרִיבוּ, Jerem. 2. v. 29., *&* *cum* Nun *parag.* תְּרִיבוּן, Exod. 17. v. 2., contenditis, jurgamini: וַיָּרִיבוּ & contenderunt, jurgati ſunt, Geneſ. 26. v. 20., *&* *cum* Nun *paragog.* יְרִיבֻן contenderint, rixati fuerint, Exod. 21. v. 18.; וַיְרִיבוּן & contenderunt, Jud. 8. v. 1.

רוֹב, *&* רֹב; *Item cum affix.* מֵרֻבְּכֶם, *&c. Item Plur. conſtruct.* רֻבֵּי *vide ſupra in* רב *pag.* 1367., 1368.

רִיב, רִב *m.* Contentio, lis, controverſia, cauſa, *de qua* contenditur, judicium: וַיְהִי רִיב & fuit contentio, Gen. 13. verſ. 7. *Abſque* Jod, עַל־רִב ſuper, *vel* de lite, *ſive* cauſa, Exod. 23. v. 2. *Cum præfix.* הָרִיב lis, cauſa, Deut. 19. v. 17., בְרִיב in contentionem, in rixas, Prover. 18. verſ. 6., לְרִיב ob cauſam, judicium, *ſive* pro cauſa, judicio, Iſa. 34. v. 8., *item* ad litem, Iſa. 58. verſ. 4., וְלָרִיב & ad cauſam, 2. Paral. 19. v. 8., מֵרִיב à contentione, à contradictione, Pſalm. 31. v. 21., Prover. 20. verſ. 3. *Cum affix.* רִיבִי cauſa mea, 1. Sam. 24. verſ. 16., אִישׁ רִיבִי, Job. 31. verſ. 35., vir litis, *ſive* contentionis meæ, *id eſt* qui litem mihi intendit; *Vulg. reddit*, ipſe, qui judicat; לְרִיבִי in cauſam meam, Pſalm. 35. v. 23., רִיב רִיבְךָ cauſam tuam age, tracta, Prov. 25. v. 9., *&* *in pauſa* רִיבָה רִיבֶךָ, diſcepta, judica cauſam tuam, Pſal. 74. v. 22., אַנְשֵׁי רִיבֶךָ, Iſa. 41. v. 11., viri contradictionis, contentionis tuæ, *id eſt* qui contradicunt tibi: קָרְבוּ רִיבְכֶם, Iſa. 41. verſ. 21., admovete litem veſtram, *ſive*, *juxta Vulgat.*, prope facite judicium veſtrum: בְּרִיבוֹ in controverſia ſua, in ſui cenſura, *LXX.*, *Vulg.*, *aliique*, Prov. 18. v. 17., *habent*, accuſator ſui: צְרִיב רִיבָם Prov.

22.

22. v. 23., contendet pro lite, *ſive* cauſa ipſorum, *ſive* judicabit cauſam eorum; יָרִיב אֶת־רִיבָם אִתָּךְ aget cauſam illorum tecum, Prov. 23. v. 11., *ubi Vulg. vertit*, judicabit contra te cauſam illorum; בְּרִיבָם עִמָּדִי, Job. 31. v. 13., in lite ipſorum, *ſive* cum contenderent, diſceptarent ipſi adverſum me: *Plur. maſc. conſtr.* רִיבֵי contentiones, lites, *& juxta alios* cauſæ, Thren. 3. v. 58., מֵרִיבֵי à rixis, à contradictionibus, 2. Sam. 22. v. 44., Pſalm. 18. v. 44. *Fœm.* דִּבְרֵי רִיבֹת res controverſiarum, *id eſt*, controverſæ, Deuter. 17. v. 8., *& abſque* Jod, וְרִבוֹת שְׂפָתַי & contentiones, *ſive* judicia labiorum meorum, Job. 13. v. 6.

רִיבַי Ribbai, *nom. propr. viri*, 2. Sam. 23. v. 29.

יָרִיב *m.* Litigator, litigans, contendens: *Item, juxta Vulg.*, nocens, adverſarius, judicans, *ſive* qui judicat; *vide infra* יָרֵב: *Cum affix.* אֶת־יְרִיבֵךְ contendentem tecum, adverſarium tuum, *ſive* qui judicavit te, (judicabo), Iſa. 49. v. 25. *Plur. cum affix.* יְרִיבַי, Pſalm. 35. v. 1., *& in pauſa* יְרִיבָי, Jerem. 18. verſ. 19., contendentes mecum, *ſive* adverſarii mei.

יָרֵב *m.* Continuo litigans, litigioſus, rixoſus: אֶל־מֶלֶךְ יָרֵב ad regem rixoſum, *& juxta Vulgat.*, ultorem, Hoſe. 5. verſ. 13., לְמֶלֶךְ יָרֵב regi litigioſo, rixoſo, *& juxta Vulg.*, ultori, Hoſe. 10. v. 6.

מְרִיבָה *f.* Contentio, Geneſ. 3. v. 18., contradictio, Geneſ. 13. v. 8., Numer. 20. vv. 13. 24., Deuter. 33. verſ. 8. *Eſt & proprium nomen loci à* contentione *ſic diſti*, Exod. 17. v. 7. *Cum præfix.* כִּמְרִיבָה, Pſalm. 95. v. 8., ſicut contentio, *h. e.* ſicut *ad aquas* contentionis, *ſive* contradictionis; *Vulg. habet*, ſicut in irritatione; *Pagnino eſt nom. propr., reddit enim* ſicut in Meribâ: *Conſtr.* בְּמֵי־מְרִיבַת in aquis, *ſive* ad aquas contentionis, contradictionis, Deut. 32. v. 50., בִּמְרִיבַת in contentione, *ſive* contradictione, Numer. 27. v. 14. *Plural.* עַד־מֵי מְרִיבוֹת uſque ad aquas contentionum, contradictionum, Ezech. 47. v. 19.

רוד *Verbum hoc in varium ſenſum à diverſis accipitur: Cum Buxtorſio multi reddunt*, dominatus eſt, dominium obtinuit, imperavit; *& in Hiph.*, clamavit, ploravit, planxit, doluit, dolore, triſtitia affectus fuit: *Aliis vero cum*

Joa.

Joa. Simone τὸ רוד *eſt*, obſtinavit animo, obſtinate perſeveravit, obfirmavit ſe, *& quidem ſpeciatim* precibus: *Unde Arabibus hæc ipſa dictio ſonat*, petivit, rogavit, voluit; *& Æthiop.* perſecutus eſt, *eodem Joa. Simone teſte*: *Alii aliter vertunt. Quæ Interpretum diſcrepantia ex eo eſt repetenda, quod* τὸ רוד *cum aliis verbis ejuſdem fere formæ affinitatem habet*; *& quidam ab una, alii ab altera radice derivant. Præter.* עֹד רָד עִם־אֵל, Hoſe. 12. verſ. 1., adhuc dominabatur cum Deo, *id eſt* de dominatu contendebat, *ita Buxtorfius*: *ſed rectius alii*, dominabatur cum Deo, *id eſt verum Deum colebat*, *ideoque* imperium retinebat; *nam* ſervire Deo, regnare eſt: *Alii vertunt*, obfirmat ſe, firmus eſt cum Deo, *ſeu* innititur Deo: *LXX. habent*, νῦν ἔγνω αὐτοὺς ὁ θεὸς nunc cognovit eos Deus: *Vulg. vero pro* עֹד *legebat* עֵד, *&* τὸ רָד *à* יָרַד *per aphæreſin derivans, vertit* (Judas autem) teſtis deſcendit cum Deo: *Plur.* רַדְנוּ, Jerem. 2. verſ. 31., dominati ſumus, *juxta Buxtorfium*: *Alii vertunt*, obfirmavimus nos, firmiter decrevimus; *LXX. habent*, οὐ κυριευθησόμεθα non ſerviemus; *Vulg. reddit*, receſſimus. *Hiph. Futur.* אָרִיד בְּשִׂיחִי, Pſalm. 55. verſ. 3., plango in ſermone, *vel* meditatione mea, *juxta Buxtorfium*, *Pagninum*, *& quoſdam alios*; *LXX.*, *& Vulgat. reddunt*, contriſtatus ſum in exercitatione mea: כַּאֲשֶׁר תָּרִיד וּפָרַקְתָּ עֻלּוֹ, Geneſ. 27. verſ. 40., quum planxeris, *i. e.*, quum lamentabilem ſervitutem aliquandiu ſuſtinueris, *ſive juxta quoſdam*, quum dominari incipies, ut abrumpas jugum tuum, *hactenus Buxtorfius*: *LXX. verterunt* cum depoſueris, *& Vulgat.* cum excutias, & ſolvas jugum ejus: יֹרֵד בַּבֶּכִי, Iſa. 15. verſ. 3., plorabit in, *ſive* cum fletu, *id eſt maximo*, *ut exponit Kimchi*; *Aliis autem* τὸ ירד *eſt participium verbi* יָרַד; *atque vertunt*, deſcendens, *ſive* deſcendit in fletum, *id eſt* converſus in lacrymas, *q. d. profuſiſſime* plorans: *Alia vide in eodem* יָרַד, *& in* רדה: וַתֵּרֶד פְּלָאִים, Thren. 1. v. 9., & planxit cum miraculis, *id eſt* mirabiliter, *ita juxta quoſdam*: *At ab aliis refertur ad* יָרַד; *redditurque*, deſcendit *cum* mirabilibus, *vel* miraculis, *ſive* admirationibus, *id eſt admirabili* deſcenſu, *ſumma* dejectione, *&* depreſſione, *ita ut* mirarentur multi: *LXX. habent*,

habent, & fecit ſe deſcendere; *Vulg.*, depoſita eſt vehementer. *Vide, quæ ſequuntur.*

מוּרָד *Vide ſupra in* יָרַד *pag.* 492., מוֹרָד *vide ibidem inter nomina, & in* רָדַד *pag.* 1390. *Sed* מָרוּד *vide mox infra: Plural.* מֹרְדִים, Neh. 2. v. 19., *&* הַמּוֹרְדִים, Ezech. 2. v. 3., rebellantes, rebelles; *utrumque autem ſpectat ad Particip. verbi* מָרַד: *Construct.* מֹרְדֵי *vide ſupra in eodem verbo* מָרַד *pag.* 669.

מָרוּד *maſc.* Planctus, ploratus: *Cum affix.* וּמְרוּדִי & ploratus mei, Thren. 3. verſ. 19., *ſed multi dictionem hanc derivarunt a verbo* יָרַד, *vel* מָרַד. *Nam quidam verterunt* (recordare) & exilii; *alii vero*, & tranſgreſſionis, *vel* prævaricationis, rebellionis meæ: *Plural.* מְרוּדִים תָּבִיא, Iſa. 58. verſ. 7., *Buxtorfius, ſub hac radice* רוּד, *vertit*, deploratos, *Vulg.*, *& alii habent*, vagos induces, *ſive* induc; *vide hoc ipſum ſupra poſt* מָרַד *pag.* 669. *Cum affix.* וּמְרוּדֶיהָ, Thren. 1. v. 7. (recordata eſt), & ploratuum ſuorum, *juxta Buxtorfium, multoſque recentiores*; *At alii vertunt* (recordata eſt....), prævaricationum ſuarum, *a radice ſcil.* מָרַד *illud derivantes.*

רָוָה Ubertim expletus, ſatiatus eſt, *ſpeciatim* potu: *Unde* inebriatus, irrigatus eſt, *ſive* irrigavit ſe: *Et active* inebriavit, imbuit, *ſive* largè perfudit, irrigavit. *Præter.* וְרָוְתָה מִדָּמָם & inebriabitur ſanguine iſtorum, Jerem. 46. verſ. 10. *Futur. plural.* נִרְוֶה inebriemur, ubertim expleamus nos, Prover. 7. v. 18., *cum* Nun *paragog.* יִרְוְיֻן מִדֶּשֶׁן בֵּיתֶךָ uberrime explebuntur, *ſive* inebriabuntur pinguedine domus tuæ, Pſalm. 36. v. 9. *Pih. præter. fœm.* רִוְּתָה inebriatus eſt (gladius), Iſa. 34. v. 5., וְרִוְּתָה & inebriabitur, irrigabitur, Iſa. 34. verſ. 7., וְרִוֵּיתִי & inebriabo, Jerem. 31. v. 14. *Imper.* רַוֵּה irriga, inebria, Pſalm. 65. verſ. 11. *Futur. irregulare cum affix.* אֲרַיָּוֶךְ דִּמְעָתִי, Iſa. 16. v. 9., *ubi* Jod *eſt loco* Vau, *&* Vau *loco tertiæ radicalis* ה, Sægol *autem pro* Tzere *propter accentum in penult.*, irrigabo, *ſive* inebriabo te lacryma mea: *Plur. cum affix.* יְרַוֻּךָ ubertim expleant, *ſive* inebrient te, Prov. 5. v. 19. *Hiph. Præterit.* הִרְוָה אֶת־הָאָרֶץ inebriat, irrigat terram, Iſa. 55. v. 10., *&* *cum affix.* הִרְוַנִי inebriavit me, Thren. 3.

50100

3. v. 15., הִרְוִיתַנִי ubertim expleviſti, *ſive* inebriaſti me, Iſa. 43. v. 24., הִרְוֵיתִי inebriavi, ubertim explevi, ſatiavi, Jerem. 31. v. 25. *Particip.* מַרְוֶה irrigans, ubertim communicans, inebrians, Prov. 11. v. 25.

רֵוָה *Chald. dictio compoſita, quam vide ſupra poſt* רָאָה *in* רֵו *pag.* 1350. *Vide etiam, quæ mox ſequuntur.*

רָוֶה *maſc.* Irriguus: כְּגַן רָוֶה ſicut hortus irriguus, Iſa. 58. v. 11., Jerem. 31. v. 12. *Fem. cum præfix.* הָרָוָה ebria, Deuter. 29. v. 18.

רְוָיָה *fæm.* Irriguum, inebrians, exuberans: כּוֹסִי רְוָיָה calix meus exuberans, inebrians, Pſalm. 23. v. 5. *Cum præfix.* וַתּוֹצִיאֵנוּ לָרְוָיָה, Pſalm. 66. v. 12., & eduxiſti nos in irriguam, *ſcil. terram, ut Kimchi in Comm. ſupplet, & ſic quoque Aben Eſra notat, eſſe Adjectivum.*

רִי *m.* Irrigatio: אַף־בְּרִי, Job. 37. v. 11., etiam pro irrigatione, *id eſt*, ut terram irriget. *Aben Eſra dicit; id eſſe longe petitum. Vide tamen ſupra poſt* בָּרָה *pag.* 130.

רוז *Radix Hebræis inuſitata, quæ tamen videtur ſignificaſſe,* latuit, ſubduxit, abſcondit ſe. *Certe Syris in Aphel, cum* א *ſcil. ab initio*, אַרְזֵז, *ſonat*, celavit, conſilia, *ſive* arcani fidem cuſtodivit. *Inde, uti Guarin, Joa. Simon, aliique arbitrantur, eſt, quod ſequitur,*

רָז *maſc. Chald.* ſecretum, arcanum, myſterium, Daniel. 4. v. 6. *Vide* רָזִי *ſub radice* רָזָה: *Emphaticè* רָזָא ſecretum, *&c. ut ſupra*, Dan. 2. vv. 18. 19. 27. 30. 47. *Plural.* גָּלֵה רָזִין, Dan. 2. vv. 28. 47., revelans arcana, *ſive* myſteria; *& emphaticè* וְגָלֵא רָזַיָּא, Dan. 2. v. 29., & qui revelat ſecreta, *ſive* myſteria.

רָוַח Reſpiravit, reſpiratio fuit, *juxta Buxtorfium: At aliis multis latine ſonat*, laxus, ſpatioſus, latus fuit, *vel* factus eſt, dilatatus, relaxatus eſt: *Et imperſonaliter* dilatatio, relaxatio, reſpiratio facta eſt, *& ſic cum Dativo conſtruitur. Vide poſt paullo aliam radicem ejuſdem fere formæ, ſcil.* רוּחַ. *Præter.* וְרָוַח לְשָׁאוּל, 1. Sam. 16. v. 23., & reſpiratio, *ſive* relaxatio erat Sauli; *Vulgat. vertit*, & refocillabatur Saul: *Futur.* וְיִרְוַח־לִי, Job. 32. verſ. 20., *Buxtorfius vertit*, ut reſpiratio ſit mihi; *Alii habent*, & dilatatio, relaxatio erit, *ſive* fiet, fiat mihi; *juxta* [illegible]

Vulg.

Vulg. & reſpirabo. *Pyh. partic plur.* וַעֲלִיּוֹת מְרֻוָּחִים, Jerem. 22. v. 14., & cœnacula perſpirata, ventis pervia, perflatilia, *ita multi cum Buxtorfio; Alii vero cum Vulg. reddunt*, & cœnacula ſpatioſa, *quæ etiam, ut notat, & probat idem Buxtorfius*, reſpirationi *commoda ſunt. Hiph.* הֵרִיחַ, *& quæ inde dimanant, vide paullo poſt in radice* רוּחַ.

רֶוַח *maſc.* Reſpiratio, *vel* dilatatio, relaxatio, Eſth. 4. v. 14., *item* ſpatium, Geneſ. 32. verſ. 16. *Vide, quod ſequitur*.

רְוָחָה *f.* Reſpiratio, dilatatio, relaxatio, requies, Exod. 8. verſ. 11. *Cum affix.* לְרַוְחָתִי, Thren. 3. v. 56., ad reſpirationem, *ſive* dilatationem, relaxationem meam; *LXX. verterunt εἰς τὴν δέησίν μου, id eſt* ad deprecationem meam; *Vulg.* à ſingultu meo.

רוּחַ Reſpiravit, ſpiravit, *& quidem ſpeciatim* odorem: רוּחָה *vide infra in nomine* רוּחַ. *Inde, uti multis videtur, eſt Hiph.* הֵרִיחַ odorem ſpirare fecit, odoratus eſt, olfecit: *Nam, ut eſt Robertſon animadverſum, &* odor, *aut* fragrantia ſpiritus, *eſt* ſuſpiratio, *quæ motu, & agitatione* venti, *ſeu* aeris *excitatur: Et* olfacere *eſt velut* inſpirare, *ſeu* intro ſpirare, *vel* reſpirare odorem: *Item* הֵרִיחַ, *per Synecdochen, ſignificat*, ſenſu percepit, ſenſit; *item metaphorice* conjecit, judicavit, *ut & latine* ſubolfecit; *& de Deo uſurpatum, exprimit ejus* benevolentiam, gratiam. *Buxtorfius, aliique multi τὸ* הֵרִיחַ *derivant, non à* רוּחַ, *ſed à* רֵיחַ, *quam habent tamquam radicem à priori diſcretam: Conſtruitur cum Accuſativo, & Præpoſit.* בְּ. *Infin. cum præfix.* לְהָרִיחַ בָּהּ, Exod. 30. v. 38., ad odorandum in ea, *ſive, ut habent LXX.*, ut odoretur in eo, *vel juxta alios*, ut odoretur eam, ut ejus *ſcil.* odore ſe oblectet, *ſive* perfruatur: *Cum affix.* וַהֲרִיחוֹ בְּיִרְאַת יְהוָה, Iſa. 11. v. 3., & odorari ejus in timore Domini, *ſive* & olfactus ejus *erit* in timore Domini, *id eſt, ut exponit R. David, levi cognitione, indicio, facilique negotio* ſentiet, *id eſt* agnoſcet *bonos, & malos: Nam, ut notat Ab. Eſra*, ſenſus auditus, *atque* viſus, *quorum ibi ſtatim fit mentio, interdum errat; ſed* ſenſus olfactus, *ubi vividus eſt, errori*

eſt

eſt minus obnoxius. *Alii exiſtimant*, odoratum *hoc in loco uſurpatum ad deſignandum* acre judicium; *ita ut ſenſus ſit*, *erit præditus acerrimo*, *&* *infallibili* judicio, *conjuncto ſemper* cum timore Domini. *LXX. ſunt interpretati*, ἐμπλήσει αὐτὸν πνεῦμα φόβȣ Θεȣ̃, *i. e.*, *ut habent etiam Vulg.*, *Arab.*, *&* *alii*, & replebit eum ſpiritus timoris Domini: בַּהֲרִיחוֹ אֵשׁ, Jud. 16. v. 9., dum odoratur, *id eſt* dum ſentit illud (*filum*) ignem; *Vulgat. reddit*, cum (*filum*) odorem ignis acceperit: *Futur.* וְלֹא אָרִיחַ בְּרֵיחַ, Lev. 26. verſ. 31., & non odorabor odorem, *id eſt* non gratum habebo, non benevole recipiam odorem: יָרִיחַ מִלְחָמָה, Job. 39. v. 25., odoratur, *id eſt* ſentit, præſentit bellum, *ſive* pugnam: *Et abſque* Jod *in medio*, יָרַח odoretur, 1. Sam. 26. v. 19., וַיָּרַח & odoratus eſt, gratum *ſcil.*, acceptumque habuit, Geneſ. 8. v. 21., *item* ſenſit, Geneſ. 27. v. 27. *Plur. cum* Nun *paragog.*, יְרִיחוּן, Pſalm. 115. verſ. 6., *&* יְרִיחֻן, Deut. 4. verſ. 28., odorantur.

רוּחַ *c.*, *sed fœm. ſæpius*, Spiratio aeris, ventus, *elementaris ſcil.*, *ut* Geneſ. 8. v. 1., Exod. 10. v. 19. *Metonymicè vero eſt* plaga, pars *mundi*, *ſive cœli*, *unde* ventus ſpirat, *ut* Jerem. 49. v. 32., Ezech. 5. v. 12. *Metaphoricè eſt*: I. Res vana, nihili, *ut* Iſa. 26. v. 18., יִהְיוּ לְרוּחַ, Jerem. 5. verſ. 13., erunt, *vel* fuerunt in ventum, *id eſt erunt vani*, *nullum habebunt effectum*: II. Subſtantia inviſibilis, *&* incorporea, ſpiritus *ſcil.* *Quod quidem* Spiritus *nomen Hebraice late patet*. *Nam uſurpatur ſæpe*: 1°. *De ipſo* Spiritu Sancto, *tertia Sanctiſſimæ Trinitatis perſona*, *ut* Num. 11. v. 26., *&* *metonimicè de ejus* effectibus, operationibus, *&* donis: 2°. *De* angelo, *ſive* bono, *ſive* malo: 3°. *De* anima *hominis*; *&* *metonymicè de illius* vi, fortitudine, inclinatione, affectu, motu; *&* impetu: 4°. *De* anima *bruti*: *Tandem cum nomine* חַיָּה *eſt* anhelitus, *ſeu* flatus *vitalis*. נִשְׁמַת־רוּחַ חַיִּים בְּאַפָּיו, Geneſ. 7. v. 22., halitus ſpiritus vitæ, *id eſt* reciprocatio, *aut* emiſſio, *effectus videl.*, *ſignum*, *&c.*, ſpiritus vitæ in naribus ejus; וְרוּחַ אֶחָד לַכֹּל ſpiritus unus omnibus *iſtis eſt*, Eccleſ. 3. verſ. 19., אִישׁ הָרוּחַ vir venti, *i. e.* ventoſus, *ſive*, *fa-*

ta

ta quoſdam, fanaticus, *ab aliis redditur* habens ſpiritum, *vel* ſpiritualis, Hoſe. 9. verſ. 7., רוּחַ גְּדוֹלָה וְחָזָק ventus magnus, ac vehemens, 1. Reg. 19. v. 11., וְהָרוּחַ תָּשׁוּב אֶל־הָאֱלֹהִים & ſpiritus revertetur ad Deum, Eccleſ. 12. v. 7. *Cum præfix.* בְּרוּחַ in vento, Exod. 14. v. 21., in ſpiritu, Exod. 15. v. 8., *item* בָּרוּחַ in ſpiritu, 1. Reg. 19. v. 11., כָּרוּחַ quaſi ventus, Job. 30. verſ. 15., Iſa. 64. v. 5., לְרוּחַ הַיּוֹם, Geneſ. 3. v. 8., ad ventum diei, *id eſt ſub veſperam*, *quando* ventus *ſolet ſe attollere*; *Vulgat. vertit*, ad auram poſt meridiem; לְרוּחַ שֶׁקֶר in ſpiritum mendacii, 2. Paral. 18. v. 21., לְרוּחַ vento, Job. 28. v. 25., שֶׁיַּעֲמֹל לָרוּחַ, Eccl. 5. v. 15., quod laboravit in ventum, *i. e.* inaniter: מֵרוּחַ à vento, Pſalm. 55. verſ. 9., ſpiritu, Job. 4. verſ. 9. *Cum* ה *paragog.* רוּחָה, Jerem. 52. v. 23., in plagam *quamque*, *juxta Buxtorfium*, *& alios*; *quidam vero reddunt*, verſus ventum, *quo ſcilicet malcgranata agitari poſſent*: *Hinc aruduti aliqui colligunt*, coronas columnarum, *de quibus ſit ibidem mentio*, *fuiſſe quadratas*, *ita ut ſingula illarum latera ſingulas* mundi plagas *ſpectarent*; *Cum affix.* רוּחִי ſpiritus meus, Geneſ. 6. verſ. 3., בְּרוּחִי in ſpiritu meo, Zachar. 4. v. 6., רוּחֲךָ, 1. Reg. 21. v. 5., *& in pauſa* רוּחֶךָ, Job. 15. verſ. 13., ſpiritus tuus; מֵרוּחֶךָ à ſpiritu tuo, Pſalm. 139. verſ. 7., רוּחֲכֶם ſpiritus veſter, Iſa. 33. v. 11., בְּרוּחֲכֶם in ſpiritu veſtro, Malach. 2. v. 15., רוּחוֹ ſpiritus ejus, Geneſ. 41. verſ. 8., כָּל־רוּחוֹ, Prov. 29. verſ. 11., totum ſpiritum ſuum, *id eſt quidquid in animo habet*, *vel arcana ſua omnia profert*; בְּרוּחוֹ ſpiritu ſuo, Job. 26. v. 13., לְרוּחוֹ in ſpiritum ſuum, Prover. 25. verſ. 28., רוּחָם ſpiritus eorum, Jud. 8. v. 3., Pſal. 104. v. 29. *Plur.* אַרְבַּע רוּחוֹת quatuor venti, Jerem. 49. verſ. 36., לְאַרְבַּע רוּחוֹת ad, *ſive* per quatuor ventos, *id eſt* plagas, Ezech. 42. v. 20., 1. Paral. 9. v. 24., *item* ſpiritus, Pſalm. 104. verſ. 4., Prov. 16. v. 2. *Cum præfix.* הָרוּחוֹת ſpiritus, Numer. 16. verſ. 22., 27. verſ. 16., *ſed* לְכֹל הָרֻחוֹת הָאֵלֶּה in omnes ventos iſtos, *id eſt* in omnes plagas iſtas, Jerem. 49. verſ. 36.

רוּחַ *Chald.* ventus; *item* ſpiritus: רוּחַ־אֱלָהִין קַדִּישִׁין, Dan. 4. vv. 5.

v. 5. 6. 15., 5. verſ. 11., ſpiritus Deorum ſanctorum: *Et in ſtatu emphatico* רוּחָא ventus, Dan. 2. v. 35. *Cum affix.* רוּחִי ſpiritus meus, Dan. 7. v. 15., וְרוּחֵהּ & ſpiritus ejus, Dan. 5. v. 20. *Plur. conſtr.* אַרְבַּע רוּחֵי שְׁמַיָּא quatuor venti cælorum, Dan. 7. v. 2.

רְוָחָה *f. Vide ſupra poſt* רֶוַח *inter nomina pag.* 1403. *Sed* רוּחָה *vide ſupra in nomine* רוּחַ *pag.* 1405.

רֵיחַ *m.* Odor, odoratus, fragrantia, Geneſ. 8. v. 21., 27. verſ. 27., Cant. 2. v. 13. *Cum præfix.* בְּרֵיחַ in odorem, Levit. 26. v. 31., כְּרֵיחַ ſicut odor, Geneſ. 27. v. 27., לְרֵיחַ in odorem, Exod. 29. v. 41., *Item* propter odorem, *ſive* fragrantiam, Cant. 1. v. 3., לְהָרִיחַ *vide ſupra in Infin. verbi* רוּחַ; מֵרֵיחַ מַיִם ab odore aquæ, *id eſt, per ſynecdochen*, a ſenſu, *&* perceptione aquæ, Job. 14. v. 9. *Cum affix.* הִבְאַשְׁתֶּם אֶת־רֵיחֵנוּ, Exod. 5. v. 21., feciſtis, ut fœteat odor noſter, *ſive* fœtere feciſtis odorem noſtrum, *i. e., metaphorice*, vilem, *&* abominabilem reddidiſtis famam noſtram: רֵיחוֹ odor ejus, Cant. 1. v. 12., Jerem. 48. v. 11., הֲרִיחוֹ, *&* בַּהֲרִיחוֹ *vide ſupra in Infin. verbi* רוּחַ. *Sub hac radice* רֵיחַ *Buxtorfius, & quidam alii locant Duale* רֵחַיִם, *quod tamen vide infra ſub radice* רֵחָה.

רום Altum, elatum, excelſum eſſe, efferre ſe, efferri, elevari, exaltari, extolli, attollere ſe, *ſive ratione* loci, *ſive ratione* conditionis, *&* ſtatus. *Aliud* רום *vide infra in Infin., & inter nomina: Vide etiam multa in* רָמַם. *Præter.* וְרָם לְבָבֶךָ & efferat ſe animus tuus, Deuteron. 8. verſ. 14. *Aliud vide inter nomina*: *Fœm.* יָדֵנוּ רָמָה manus noſtra excelſa eſt, Deut. 32. v. 27. *Cum epentheſi Aleph*, וְרָאֲמָה & exaltata erit, Zach. 14. verſ. 10. *Aliud vide in Partic., inter nomina, & ſub radice* רָמָה: רוּמָה *vide infra in Imper. Plur.* רֹמּוּ excelſi, elati ſunt, Job. 22. v. 12., Pſalm. 131. v. 1. *Partic.* רָם excelſus, Pſal. 113. v. 4., קוֹל רָם voce alta, excelſa, Deuter. 27. verſ. 14., וָרָם מִמֶּנּוּ, Deuter. 1. v. 28., & excelſus præ nobis, *id eſt, juxta Vulg.*, & nobis ſtatura procerior: *Plural.* רָמִים, 2. Sam. 22. v. 28., *&* הָרָמִים, Deuter. 12. v. 2., *& conſtruct.* רָמֵי, Iſa. 10. v. 33., excelſi: *Fœm.* רָמָה excelſa, Exod. 14. verſ. 8. *Aliud vide ſub radice* רָמָה: *Et cum præfix.*

præfix. הָרָמָה ſublimis, excelſus, Ezech. 17. v. 22. *Aliud vide ſub radice* רָמָה: בְּרָמָה in excelſo, Jerem. 31. v. 15. *Aliud vide ſub radice* רָמָה: *Plural.* רָמוֹת, Pſal. 18. v. 28., *& cum epentheſi* Aleph, רָאמוֹת, Prov. 24. v. 7., elati, excelſi: *Infin.* וּלְבִלְתִּי רוּם לְבָבוֹ & ut non efferat ſe cor ejus, Deuter. 17. v. 20., *& cum præfix.* כְּרֻם זֻלּוּת, Pſalm. 12. verſ. 9., juxta exaltari, extolli, *id eſt* quum exaltantur vilitates (filiorum hominis), *ut cum Pagnino reddunt multi; At Vulg., ſequutus verſionem LXX., reddit,* ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti (filios hominum); *LXX. legere potuerunt verbaliter* זלות Zallotha, *i. e.* epulas inſtruxiſti, & paraſti, *ut notat Genebrardus ſuis in hunc Pſal. commentariis:* לָרוּם ad efferendum ſe, *ſive, juxta Vulg.,* ut exaltarentur, Ezech. 10. verſ. 16., *& cum affix.* וּבְרוּמָם, Ezech. 10. verſ. 17., & cum elevarentur, *ſive* elevabant ſe: *Imperat. cum* ה *paragog.,* רוּמָה, exaltare, Pſalm. 21. verſ. 14., 57. vv. 6. 12., 108. v. 6. *Futur.* אָרוּם, exaltabor, Pſalm. 46. v. 11., יָרוּם exaltabitur, extollet ſe, Pſalm. 13. v. 3., וְיָרוּם, Pſalm. 18. v. 47., & וְיָרֻם, 2. Sam. 22. v. 47., (*aliud vide in* רמם), & exaltetur, exaltabitur, extollet ſe; *item* וְיָרֹם, Numer. 24. v. 7., & extolletur, & exaltabitur, *ſive* attollet ſe; *Vulg. reddit,* tolletur: *Hinc, ut notat Buxtorfius,* Cholem *in* Kametz-chatuph *correpto propter accentum ad penultimam retracto;* וַיָּרָם כְּבוֹד & elevata eſt gloria (Domini), Ezech. 10. verſ. 4., וַיָּרָם לִבָּם, Hoſe. 13. verſ. 6., & extulit ſe cor eorum: תָּרוּם exaltabitur, exaltetur, Pſalm. 89. vv. 14. 18. 25., Prov. 11. v. 11., *item cum* Cholem, תָּרֹם exaltabitur, Mich. 5. v. 8., וַתָּרָם & elevata fuit, Gen. 7. verſ. 17., *Plur.* יְרוּמוּ, Pſalm. 89. v. 17., 140. v. 9., exaltabuntur, exaltentur; *& cum* Jod *in medio, loco* Vau, יָרִימוּ לָמוֹ, Pſalm. 66. v. 7., exaltabunt ſe; *& cum* Nun *paragog.,* יְרֻמוּן exaltabuntur, Iſa. 49. verſ. 11. *Pih.* רוֹמֵם exaltare, efferre, tollere, extollere. *Præter. fœm.* רוֹמְמָה *vide infra inter nomina: Cum affix.* רוֹמְמָתְהוּ exaltavit illum, Ezech. 31. v. 4., רוֹמַמְתִּי, Iſa. 1. v. 2., 23. v. 4., exaltavi, *ſive* proceros feci, *id eſt* enutrivi; *Plural.* רוֹמְמוּ *vide infra in Imperativo: Particip.* מְרוֹמֵם exaltans, extol-

lens,

lens, 1. Sam. 2. v. 7., *& cum affix.* מְרוֹמְמִי qui exaltas me, Pſalm. 9. v. 14. *Infin.* לְרוֹמֵם ad extollendum, exaltandum, *ſive* ut ſublimaret, Eſdr. 9. v. 9. *Imper plural.* רוֹמְמוּ exaltate, Pſalm. 99. vv. 5. 9. *Futur. cum affix.* אֲרוֹמִמְךָ, Pſalm. 30. verſ. 2., *& in pauſa* אֲרוֹמְמֶךָּ, Pſalm. 118. v. 28., exaltabo te; *& cum* Nun *epenthet.*, וַאֲרֹמְמֶנְהוּ & exaltabo, extollam eum, Exod. 15. v. 2., תְרוֹמֵם exaltabis, Job. 17. verſ. 4., *& cum affix.* תְּרוֹמְמֵנִי exaltabis me, Pſalm. 18. v. 49., יְרוֹמֵם, Hoſe. 11. v. 7., extollit, exaltat, *vel potius, ut notat Joa Simon, intranſitive,* extollit ſe, erigit ſe, *ſcil.* אֶל־עַל ſurſum, *quod ibidem præcedit; aliter tamen vertit Vulgat., nam pro* עַל *legit* עוֹל jugum, *vide Interpretes: Cum affix.* יְרוֹמְמֵנִי exaltavit me, Pſalm. 27. verſ 5., וִירוֹמִמְךָ & exaltabit te, Pſalm. 37. verſ. 34., תְּרוֹמֵם, *ſive, juxta Maſſor.*, תְּרֹמֵם elevat, Proverb. 14. v. 34., וַתְּרוֹמֵם & exaltat, Pſalm. 107. v. 25., *& cum affix. in pauſa* וּתְרוֹמְמֶךָּ & exaltabit te, Prover. 4. verſ. 8. *Plur. cum* ה *paragog.* וּנְרוֹמְמָה & exaltemus, Pſal. 34. v. 4., וִירוֹמְמוּהוּ & exaltent eum, Pſalm. 107. v. 32. *Pyh.* רוֹמַם elevatus, exaltatus eſt: *Præt. in pauſa* וְרוֹמָם, Pſalm. 66. verſ. 17., & exaltatus, *ſive, juxta quoſdam,* prædicatus eſt; *R. Salomon nominaliter exponit,* & elatio, laus elata, *idem quod* רוֹמְמוֹת; *LXX. verterunt* ὕψωσα, *id eſt* & exaltavi; *legebant in Pihel* וְרוֹמַמְתִּי: *Particip.* וּמְרוֹמַם & exaltatum, Nehem. 9. v. 5. *Futur.* תְּרוּמָה, *&* תְּרוּמִיָּה *vide infra inter nomina ſuis diſtinctis locis: Plural.* תְּרוֹמַמְנָה exaltantur, exaltabuntur, Pſalm. 75. v. 11. *Hiph.* הֵרִים *ſignificat:* I. Elevavit, exaltavit, extulit, erexit: II. *Separando de toto,* abſtulit, ſuſtulit, *ſicut etiam Latine* tollere *eſt &* auferre, *&* efferre: III. Obtulit; oblatio *enim* in altum elevatur, *ſive alicui* ſeparatur: *Sed* הָרִים *vide infra in nomine* רֵים; *Aliud vide ſupra poſt* הָדָר *pag.* 242. *Præterit.* הֵרִים יָד בַּמֶּלֶךְ ſuſtulit, levavit manum, *id eſt* inſurrexit, rebellavit contra regem, 1. Reg. 11. v. 27., וְהֵרִים אֶת־הַדֶּשֶׁן & tollet cinerem, Levit. 6. v. 10., הֲרִימוֹתָ, 2. Reg. 19. verſ. 22., Pſalm. 89. v. 43., *& cum* ה *paragog.* הֲרִימוֹתָה, Iſa. 37. verſ. 23., extuliſti, exaltaſti; וַהֲרֵמֹתָ, Numer. 31. v. 28., & tolles, *juxta multos; LXX. autem*

verte-

verterunt, καὶ ἀφελεῖτε & demetis; *Vulg.*, *& alii habent*, & ſeparabis: הֲרִימוֹתִי, Pſalm. 89. v. 15., *& abſque* Vau, הֲרִימֹתִי, *&* הֲרִמֹתִי, Geneſ. 14. v. 22., 39. v. 15., extuli, exaltavi, levo, levavi; *& cum affix.* הֲרִימֹתִיךָ, *& abſque* Jod *in medio*, הֲרִמֹתִיךָ, 1. Reg. 14. verſ. 7., 16. verſ. 2., extuli, exaltavi te: *Plur.* אֲשֶׁר הֵרִימוּ quod obtulerunt, Num. 31. v. 52., *& ita* 2. Paral. 30. v. 24., 35. vv. 8. 9., *& cum* ה *relativo*, הַהֵרִימוּ quam, *ſive* quæ obtulerunt, obtulerant, Eſdr. 8. v. 25., וַהֲרֵמֹתֶם & offeretis, Numer. 18. v. 25. *Particip.* מֵרִים offerens, Exod. 35. v. 24., *item* extollens, exaltans, Pſalm. 3. v. 4., Prover. 3. v. 35., 14. v. 29. *Plur. conſtr.* כִּמְרִימֵי ſicut, quaſi levantes, exaltantes, Hoſe. 11. v. 4., *& cum affix.* מְרִימָיו attollentes, elevantes eum, Iſa. 10. v. 15. *Infinit.* וְלֹא מִמִּדְבַּר הָרִים, Pſalm. 75. v. 7., neque à deſerto, *ſive* ob, *vel* per deſertum *poteritis* exaltare, *cornu ſcilicet*, *id eſt* jugum excutere, *ſive* evadere, ſubtrahere vos, *ita multi vertunt*; *Pagninus quoque habet*, neque ab Aquilone *venit* exaltatio: *Sed LXX.*, *Sym. Vulg.*, *aliiſque* τὸ הָרִים *eſt plur. nominis* הַר mons; *atque reddunt*, neque à deſertis montibus, *ſive*, *juxta Sym.*, à deſerto montium, *id eſt* à deſerto montoſo, *quod erat ad meridiem terræ Iſrael*: *Cum præfix.* כְּהָרִים מַטֶּה לֹא־עֵץ, Iſa. 10. v. 15., juxta exaltare, *ſive* quaſi exaltaret, attolleret ſe baculus, *ac* non lignum *eſſet*; *Vulg. vertit*, & exaltetur baculus, qui utique lignum eſt; *Alii aliter interpretantur*: לְהָרִים extollendo, ad extollendum, 1. Paralip. 15. v. 16. *Cum affix.* כַּהֲרִימִי quum elevarem ego (vocem), Gen. 49. v. 18., בַּהֲרִימְכֶם in offerendo vos, *ſive* quum obtuleretis, Numer. 18. v. 30., *item* in tollendo vos, *id eſt*, *ut multi exponunt* (vobis ...), reſervantes, Numer. 18. v. 32. *Imper.* הָרֵם attolle, eleva, Exod. 14. v. 16., exalta, Iſa. 58. v. 1., *item* הָרֵם, 2. Reg. 6. v. 7., הָרִים, Ezech. 21. v. 31., tolle; *& cum* ה *paragog.*, הָרִימָה leva, Pſalm. 74. v. 3., *& fœm.* הָרִימִי, Iſa. 40. v. 9., exalta: *Plur.* הָרִימוּ exaltate, Iſa. 13. v. 2., *item* tollite auferte, Iſa. 57. v. 14., elevate, Iſa. 62. v. 10. *Futur.* אָרִים exaltabo, elevabo, Iſa. 14. v. 13., 49. v. 22., הֲתָרִים num attolles, eleva-

bis ? Job. 38. verſ. 34., וּתָרֵם & exaltabis, Pſalm. 92. verſ. 11., יָרִים attollet, elevabit, elevabat, Geneſ. 41. verſ. 44., Exod. 17. verſ. 11., tollet, auferet; Levit. 4. vv. 8. 19., וְיָרֵם ut tollat, Num. 17. v. 2., & exaltabit, 1. Sam. 2. verſ. 10., וַיָּרֶם & elevavit, Exod. 7. verſ. 20., & tulit, levavit, 2. Reg. 2. v. 13., & exaltavit, Pſalm. 148. v. 14., *& cum affix.* וַיְרִימֶהָ & elevavit, erexit eum, Geneſ. 31. v. 45. *Plur.* תָּרִימוּ offeretis, ſeparabitis, Numer. 15. vv. 19. 20.; 18. vv. 28. 29., Ezech. 45. v. 1., 48. vv. 8. 9. 20., exaltabitis, extolletis, Pſalm. 75. vv. 5. 6., tolletis, Ezech. 45. v. 13., יָרִימוּ offerent, Levit. 22. v. 15. *Hoph. præter. in pauſa* וַאֲשֶׁר הוּרָם, Exod. 29. v. 27., quod elevatur, *ſive* elevatum, ſublatum eſt; *Vulg. vertit*, ſeparaſti: *Et tum* Jod *redundante*, וּמִמֶּנּוּ הֻרַים הַתָּמִיד, Dan. 8. v. 11., & ab eo ablatum eſt juge; *Vulgat. legit* הֵרִים, *ſicut & Maſſor.*, *vertit enim*, & ab eo tulit juge ſacrificium: *Futur.* כַּאֲשֶׁר יוּרָם ſicut aufertur, Levit. 4. v. 10. *Hitph. Futur.* אֵרוֹמָם, *pro* אֶתְרוֹמַם, Iſa. 33. v. 10., exaltabo me, *ſive* exaltabor: וְהִתְרוֹמֵם, Dan. 11. v. 36., & extollet ſe.

רוּם *Chald.* Elevatus, exaltatus eſt, elatus factus eſt. *Partic. Pehil* וּכְדִי רִם לִבְבֵהּ, Dan. 5. v. 20., quum autem elatus eſſet animus ejus; *ſive*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, quando autem elevatum eſt cor ejus. *Pahel partic.* וּמְרוֹמֵם, Dan. 4. v. 34., & extollens, magnificans. *Aphel partic.* הֲוָה מָרִים, Dan. 5. verſ. 19., erat extollens, exaltans. *Hithpahal partic. ad formam Hebr.*, הִתְרוֹמַמְתָּ, Daniel. 5. verſ. 23., extuliſti te, *ſive* elevatus es.

רוּם *m.* Altitudo, elatio, exaltatio, Prover. 21. v. 4., Iſa. 2. vv. 11. 17., 10. v. 12., *&* רֻם altitudo, Jerem. 48. verſ. 29. *Cum præfix.* לָרוּם in altitudinem, *ſive*, *juxta Vulg.*, ſurſum, Prover. 25. v. 3. *Vide ſupra & in Infinit. verbi in Kal.*, הָרוּם *vide pag.* 240. *Sed* רוֹמָה *vide ibidem in Imperat. Cum affix.* רוּמֵהּ, *Chald.*, altitudo ejus, Dan. 3. v. 1., 4. v. 17., Eſdr. 6. v. 3.

רוֹם *maſc.* Altitudo, altum: רוֹם יָדֵיהוּ נָשָׂא, Habac. 3. v. 10., in altum, *ſive* altitudo manus ſuas levavit: מָרוֹם *vide infra paullo poſt ſuo proprio loco: Et ſæm.* רוֹמָה exaltatio,

tio, elatio: וְלֹא תֵלְכוּ רוֹמָה, Mich. 2. v. 3., non ambulabitis (cum) elatione, *id eſt* elate: *Chaldæus vertit*, בְּקוֹמָה זְקוּפָה ſtatura erecta.

רִים *m.* Exaltatio, *juxta quoſdam*; *unde cum præfix.* הָרִים, *ſed hoc*, & *alia ejuſdem formæ cum affixis vide ſupra in ipſo verbo* רום, *præcipue in Infin: Conjugationis Hiph.*

רֵים, & *plur.* רֵמִים *Vide ſupra in* רְאֵם *pag.* 1353. *Vide etiam* & *in verbo ipſo* רום.

רים *Chald. vide ſupra in verbo* רום *item Chald.*

רָם *m.* Elatus, celſus, excelſus: עַל־כִּסֵּא רָם ſuper ſolium excelſum, Iſa. 6. v. 1. *Alia vide ſupra in Kal verbi* רום *pag.* 1406. *Plural.* רָמִים excelſi, 2. Sam. 22. verſ. 28., Job. 21. v. 22., עַל־הֶהָרִים רָמִים ſuper montes excelſos, Deuter. 12. v. 2. *Conſtr.* וְרָמֵי הַקּוֹמָה excelſi ſtatura, Iſa. 10. v. 33. *Fœm.* בְּיָד רָמָה manu excelſa, Exod. 14. v. 8. *Alia vide ſupra in Kal ejuſdem verbi* רום, & *mox infra*, *ſicuti* & *ſub radice* רָמָה: *Plural.* רָמוֹת, & *cum epentheſi* Aleph, רָאמוֹת *vide ſupra pag.* 1407., & *ſub radice* ראם *pag* 1353.

רָמָה *f.* Excelſum, ſuggeſtum, *locus editior*, *cultui ſcilicet ſacro deſtinatus*, Ezech. 16. v. 24., *ubi Vulg. vertit* proſtibulum: *Eſt* & *proprium nomen loci*, *quod vide ſub radice* רָמָה: *Conſtr. cum affix.* רָמָתֵךְ, Ezech. 16. vv. 25. 26., excelſum tuum: *Plural. cum affix.* רָמֹתַיִךְ excelſa tua, & & *juxta Vulg.* proſtibulum tuum, Ezech. 16. v. 39.

רָמוּת *f.* Altitudo: *Cum affix.* רָמוּתֶךָ, Ezech. 32. verſ. 5., altitudine tua, *nempe*, cadaverum tuorum, *ut Chaldæus*, & *Kimchi interpretantur*: *LXX.*, *Aq.*, *Sym.*, & *Theod. verterunt*, ἀπὸ τοῦ αἵματός σου ſanguine tuo; *Vulgat.*, *alii-que habent* ſanie, *ſive* tabe tua, *id eſt tuorum*.

רוֹמֵמָה *f.* Exaltatio, elatio: *Et metonymice* excelſa, Pſal. 118. v. 16. *Plur.* רוֹמְמוֹת אֵל exaltationes Dei, Pſal. 149. v. 6.

רוֹמֵמוּת *f.* Exaltatio: *Cum affix.* מֵרוֹמְמֻתֶךָ ab exaltatione tua, Iſa. 33. v. 3.

מָרוֹם *m.* Altum, altitudo, celſitudo, excelſum, ſublime. *Notandum autem*, *quod ſæpe in hoc nomine per ellipſin deeſt præpoſitio* ב, *vel* ל, *ut*: מָרוֹם מִשְׁפָּטֶיךָ מִנֶּגְדּוֹ, Pſalm. 10. v. 5., in altitudine *ſunt* judicia tua à conſpectu ejus, *ita*

Pagninus, aliique verterunt; *Joa. autem Simon habet* in loco remoto: *Optime quoque Vulg. expoſuit*, auferuntur judicia tua à facie ejus; alta *enim a nobis* remota *ſunt*; *Sed* τὸ מָרוֹם Pſalm. 56. v. 3. *à multis redditur* cum elatione, *ſive* elate, ſuperbe; *Pagninus vero*, *Arias Montanus*, *&* *quidam alii verterunt*, ô Excelſe, *ſive* Altiſſime, *Deus ſcilicet*, *qui in altis habitat*; *LXX.*, *&* *Vulgat.*, *pro* מָרוֹם, *legerunt* מֵרוֹם, *&* *dictionem hanc habuerunt*, *non tanquam finem* verſ. 3., *uti extat in codicibus Hebr.*, *ſed ut initium* verſ. *ſequentis* 4., *ita ſcilicet conſtruentes*, מֵרוֹם יוֹם; *unde ſunt interpretati*, ab altitudine diei (timebo), *id eſt ab alto die*, *ſive ortu*, *&* *aſcenſu diei in altum*: עַד מָרוֹם uſque in excelſum, Pſal. 71. v. 19., וְאַתָּה מָרוֹם, & tu, excelſus, Pſalm. 92. v. 9., יֹשְׁבֵי מָרוֹם habitatores excelſi, Iſa. 26. verſ. 5., וַתִּשָּׂא מָרוֹם עֵינֶיךָ, *pro* לַמָּרוֹם, Iſa. 37. v. 23., & attollis (in) ſublime oculos tuos, *ſive*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, & elevaſti altitudinem oculorum tuorum: *Alia vide ſupra ſub litera* מ: *Cum præfix.* עַל־צְבָא הַמָּרוֹם, Iſa. 24. verſ. 21., ſuper militiam excelſi, *id eſt* cœli: בַּמָּרוֹם in excelſo, Pſalm. 93. verſ. 4., לְמָרוֹם, Job. 5. verſ. 11., *&* לַמָּרוֹם, Pſalm. 7. v. 8., in altum, in ſublime: מִמָּרוֹם de excelſo: *Conſtr.* עָלִיתִי מְרוֹם הָרִים aſcendi excelſum, *ſive* altitudinem montium, 2. Reg. 19. v. 23., Iſa. 37. v. 24., בִּמְרוֹם in excelſo, *id eſt* in monte, Jerem. 31. v. 12. *Plur.* הוּא מְרוֹמִים יִשְׁכֹּן ipſe excelſa inhabitat, *ſive* inhabitabit, Iſa. 33. v. 16., בְּרֹאשׁ־מְרֹמִים in capite, *id eſt* in vertice, *ſive* faſtigio excelſorum, *vel* ſublimium, *locorum ſcil.*, Prover. 8. verſ. 2. *Cum præfix.* בַּמְּרוֹמִים in excelſis, Job. 16. v. 19., Pſalm. 148. v. 1., בַּמְּרוֹמִים רַבִּים, Eccl. 10. v. 6., in excelſis, *id eſt* dignitatibus, *ſive* ſublimitatibus, excellentiis multis, *vel* magnis, eximiis; מִמְּרוֹמִים de excelſis, Job. 31. v. 2. *Conſtr.* עַל מְרוֹמֵי שָׂדֶה, Jud. 5. v. 18., ſuper altitudines agri, *id eſt in planitie eminenti*, *alta*, *atque lata*; *Vulgat.* τὸ מְרוֹמֵי *pro nomine proprio accepit*, *vertitque*, in regione Merome: מְרֹמֵי קָרֶת, Prov. 9. vv. 3. 14., excelſa urbis, *ſcil. loca*: *Cum affix.* עֹשֶׂה שָׁלוֹם בִּמְרוֹמָיו faciens pacem in excelſis ſuis, Job. 25. v. 2.

תְּרוּמָה

תְּרוּמָה *fœm.* Oblatio, *quæ ſponte dabatur Deo, Sacerdotibus, & Levitis; cui in Lege nec menſura, nec æſtimatio. Ditiores poſtea de quadraginta, mediocres de quinquaginta, tenuiores de ſexaginta unum dabant, ut notat R. Salom. in* cap. 18. verſ. 4. Deuteron. *De centum communiter duo. Unde* תְּרוּמָה *dictum, quaſi* תְּרֵי מִמֵּאָה duo de centum. *Si quis horreum plenum collegiſſet manipulis frugum,* ſeparabat *ex æquo, & bono aliquot Sacerdoti, & poſteà totum horreum erat liberum domino ſuo. De his multæ erant Hebræorum traditiones: Vide Talmud.* lib. תרומות cap. 4., *hactenus Buxtorfius. Sunt, qui arbitrantur,* oblationem *ideo dictam* תְּרוּמָה, *quod eſſet* ablatio, *&* ſeparatio unius ab altero, partis *ſcil.* à toto, *ſive* donum de ſumma decerptum, *atque* ablatum: *Unde hoc nomine ſpecialiter interdum* primitiæ *deſignantur. Litera* ת *ab initio eſt heemantica.* וְיִקְחוּ־לִי תְּרוּמָה ut accipiant mihi oblationem, *id eſt,* acceptam offerant, *& juxta Vulgat.*, ut tollant mihi primitias, Exod. 25. verſ. 2. *Cum præfix.* הַתְּרוּמָה oblatio, primitiæ, Exod. 25. v. 3. *Conſtruct.* יִתֵּן תְּרוּמַת יְהוָה det oblationem Domini, Exod. 30. verſ. 14., וּתְרֻמַת יֶדְכֶם & primitiæ manuum veſtrarum, Deuter. 12. v. 11., בִּתְרוּמַת de oblatione, *ſive* de primitiis, Levit. 22. v. 12., כִּתְרוּמַת גֹּרֶן, Num. 15. v. 20., ſecundum oblationem areæ, *i. e. frumenti in* areis; לִתְרוּמַת ad oblationem, Exod. 36. v. 6., מִתְּרוּמַת הָאָרֶץ de oblatione, *id eſt* de primitiis terræ, Ezech. 48. v. 12. *Cum affix.* תִּקְחוּ אֶת־תְּרוּמָתִי accipietis oblationem meam, Exod. 25. v. 2., תְּרוּמַתְכֶם oblatio veſtra, Numer. 18. v. 27., תְּרוּמָתָם oblatio eorum, Exod. 29. verſ. 28. *Plural.* וּשְׂדֵי תְרוּמֹת, 2. Sam 1. v. 21., agri oblationum, *ſive* primitiarum, agri *ſcilicet, de quibus* oblationes, *vel* primitias *dari ſolebant:* וְאִישׁ תְּרוּמוֹת יֶהֶרְסֶנָּה, Prov. 29. verſ. 4., vir oblationum, *i. e.* avarus, *injuſtas* oblationes *colligens, vel iniquas exactiones ſubditis imponens,* deſtruet eam, *ſcil. terram, ut cum Aben Eſra exponunt Buxtorfius, aliique:* לַתְּרוּמוֹת ad oblationes, Nehem. 12. verſ. 44. *Cum affix.* נָתַתִּי לְךָ אֶת־מִשְׁמֶרֶת תְּרוּמֹתָי, Numer. 18. v. 8., dedi tibi obſervationem, *ſive* cuſtodiam oblationum, *ſive* primitiarum mearum: וּתְרוּמֹתֵינוּ, & (primitiæ) oblationum no-

 ſtrarum,

ſtrarum, *ſive*, *juxta Vulg.*, libaminum noſtrorum, Nehem. 10. v. 38., תְּרוּמֹתֵיכֶם oblationes, primitiæ veſtræ, Ezech. 20. v. 40., 44. v. 30.

תְּרוּמִיָּה *f.* Collativa, oblativum, ſeparatum, ſeparata pars, *&* *juxta Vulg.* primitiæ, Ezech. 48. v. 12.

* הֵרוֹן, *&* הֵרָיוֹן *Vide ſupra poſt* הרה *pag.* 240.

רוּעַ Malum eſſe: *Et cum* בְּעֵינַיִם in oculis *conſtructum ſignificat*, malum videri, diſplicere: *Convenit huic verbo* יָרַע. *Habet etiam* רוּעַ, *juxta aliquos*, *tres alios ſenſus*, *videl.* clangendi, *&* vociferandi, confringendi, conterendi, *&* ſociandi, ſocii. *Sed ab aliis refertur primus quidem ad* רִיעַ; *Alter ad* רָעַע; *Tertius vero ad* רָעָה, *quæ radices attente conſiderandæ. Nam formæ, & ſignificata hic confunduntur, ut admonet Buxtorfius. Præter.* וּבְעֵינֵי מֹשֶׁה רָע & in oculis Moſis malum viſum fuit, Numer. 11. verſ. 10. *Fœmin.* וְרָעָה לְךָ זֹאת & malum erit tibi hoc, 2. Sam. 19. verſ. 7., וְרָעָה עֵינְךָ & malignus ſit oculus tuus, Deuter. 15. verſ. 9. *Infin.* רָעָה *vide in* רָעַע: *Aliud vide infra ſub hac radice* רוּעַ *inter nomina*: *Imper. plur.* רֹעוּ *vide in* רָעַע: *Futur.* יָרַע *vide in* יָרַע *pag.* 498., *&* יָרוֹעַ *in* רָעַע. *Niph. Futur.* וְרֹעֶה כְּסִילִים יֵרוֹעַ qui conſociat ſe ſtolidis, pejor, *ſive*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, ſimilis efficietur, Prover. 13. verſ. 20. *Vide &* רָעַע. *Pyh. Futurum*, יְרֹעַע *vide in* רִיעַ. *Hiph.* הֵרַע malum facere, male agere, malefacere, malo, *aut* damno afficere, affligere: *Conſtruitur communiter cum* Dativo, *quandoque cum* Accuſativo: *ſemel cum* עַל, *quaſi dicas*, inducere malum ſuper aliquem, obruere aliquem malo. *Obſervandum*, *hac ſignificatione non exprimi* Jod *in medio*: *quæ vero illud expreſſum habent*, *pertinent ad* רִיעַ. *Præter.* הֵרַע לָעָם הַזֶּה malefecit populo huic, *ſive* afflixit populum iſtum, Exod. 5. v. 23., הֲרֵעוֹתָ, 1. Regum 17. v. 20., *&* הֲרֵעֹתָ, Numer. 11. v. 11., *& cum* ה *paragog.*, הֲרֵעֹתָה, Exod. 5. v. 22., malo affeciſti, *ſive* afflixiſti: וְלֹא הֲרֵעֹתִי אֶת־אַחַד מֵהֶם neque malo affeci ullum ex eis, Numer. 16. v. 15., וְהָרֵעַ הֲרֵעוֹתִי & malefaciendo male, *ſive* malum feci, 1. Paral. 21. v. 17. *Plural.* הֵרֵעוּ male egerunt, *ſive* fecerunt, Jerem. 7. v. 26., 38. v. 9., Mich. 3. v. 4., *vide &* רִיעַ: לָמָּה הֲרֵעֹתֶם לִי, Geneſ. 43. v. 6.,

v. 6., quare hoc mali feciſtis mihi? הֲרֵעֹתֶם אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם male egiſtis, quod feciſtis, *ſive, ut habet Vulgat.*, peſſimam rem feciſtis, Geneſ. 44. v. 5., הֲרֵעֹתֶם לַעֲשׂוֹת pejus feciſtis faciendo, *id eſt*, longe pejus egiſtis, *quam Majores veſtri*, Jerem. 16. v. 12. *In alia ſignificatione vide in* רִיעַ: *Partic.* מֵרַע, Prov. 17. v. 4., *& in pauſa*, מֵרָע, Iſa. 9. verſ. 16., maleficus, malus: *Vide etiam infra inter nomina, in* רַע *ſcilicet, & in radice* רָעָה: לְמֵרַע ad malefaciendum, Dan. 11. v. 27. *Plur.* מְרֵעִים malefeci, malefacientes, maligni, Job. 8. v. 20., Pſalm. 22. v. 17., בַּמְּרֵעִים in maleficos, Pſalm. 37. verſ. 1. *Vide in* רִיעַ: *Infin.* הָרֵעַ malefaciendo, 1. Sam. 12. verſ. 25., לְהָרֵעַ, Pſalm. 37. verſ. 8., ad malefaciendum, *& juxta Vulg.*, ut maligneris; *item* לְהָרַע עִמָּדִי, Geneſ. 31. verſ. 7., ad malefaciendum mihi, *id eſt, juxta Vulgat.* ut noceret mihi; מֵהָרַע אֹתָךְ, 1. Sam. 25. v. 34., à malefaciendo tibi, *id eſt* ne malum facerem tibi: *Futur.* אָרַע malefaciam, 1. Samuel. 26. v. 21., הֵרַע malo affeciſti, *ſive* afflixiſti, Pſalm. 44. verſ. 3., male egiſti, malum feciſti, 1. Reg. 14. v. 9., יָרֵעַ male faciet, Sophon. 1. v. 12., וַיָּרַע מִכֹּל אֲשֶׁר לְפָנָיו & male egit præ omnibus, *ſive* ſuper omnes, qui *fuerunt* ante eum, 1. Reg. 16. v. 25. *Plur.* נָרַע malefaciemus, Geneſ. 19. v. 9., תָּרֵעוּ malum facietis, Geneſ. 19. v. 7., יָרֵעוּ malefecerint, Prover. 4. verſ. 16., malum facient, malo afficient, nocebunt, Iſa. 11. v. 9., וַיָּרֵעוּ & malo affecerunt, afflixerunt, Numer. 20. v. 15. *Hithp.* הִתְרֹעֲעָה *vide in* רָעַע. *Infin.* אִישׁ רֵעִים לְהִתְרֹעֵעַ, Prov. 18. v. 24., viro amicorum colenda eſt amicitia, *vel* vir amicorum habendus amice eſt: *Vulg. vertit*, vir amabilis ad ſocietatem: *Forma hinc eſt, ſed ſignificatio à* רָעָה, *ut notat Buxtorfius*. *Alia ex hac Conjugatione vide in* רִיעַ.

רֵעַ *Vide in* רִיעַ.

רָע, רַע *m.* Malus, *non ſolum moraliter, ſed etiam phyſice, & ſic quoque* רָע *eſt* infelix, miſer, calamitoſus: *Et ſubſtantive* malitia, malum: יִגְמָר־נָא רַע רְשָׁעִים, Pſal. 7. v. 10., conſumat nunc malitia, *ſive* malum impios, *ita juxta Pagninum*; *At Vulgat. vertit*, conſumetur nequitia peccatorum: רַע מִנְּעֻרָיו Geneſ. 8. v. 21., malum *eſt* à pueritia ſua,

ſua, *ſive*, *juxta Vulgat.*, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua; מַרְאֵיהֶן רַע aſpectus earum malus *eſt*, Geneſ. 41. v. 21., בֵּין טוֹב וּבֵין רָע inter bonum, & inter malum. Levit. 27. v. 12. *Cum præfix.* הָרָע, *&* הָרָע malus, malum, Exod. 33. v. 4., Numer. 32. verſ. 13.; בְּרָע, Exod. 5. v. 19., *&* בְּרָע, Geneſ. 44. v. 34., in malo; לְרַע, Eccl. 8. v. 9., in malum; *&* לְרָע, 2. Samuel. 19. verſ. 36., malum; לְרָע, Levit. 27. v. 33., Proverb. 1. verſ. 16., *&* לְרָע, Pſal. 56. v. 6., malum, ad malum, in malum: וְסוּר מֵרָע, Job. 28. verſ. 28., & recedere a malo; וְסוּר מֵרָע, Prover. 3. verſ. 7., & recede a malo: *Aliud* מֵרַע *vide ſupra in Partic. Hiphil*: *Per pleonaſmum literæ* Lamed, לְמֵרָע à malo, 2. Sam. 13. v. 22., לְמֵרָע *vide ſupra in Particip. Hiphil*: *Plural.* רָעִים mali, Geneſ. 33. verſ. 13., מַדּוּעַ פְּנֵיכֶם רָעִים quare facies veſtræ malæ *ſunt*, *id eſt*, afflictæ, triſtes, Geneſ. 40. v. 7., *&* *cum præfix.* הָרָעִים mali, Deuter. 7. v. 15. *Conſtr.* רָעֵי mali, peſſimi, Ezech. 7. v. 24.

רָעָה *f.* Mala, malum; *item* malitia, diſplicentia: חַיָּה רָעָה beſtia mala, *&* *juxta Vulg.* fera peſſima, Gen. 37. v. 20., רָעָה גְדֹלָה, Nehem. 2. v. 10., diſplicentia, *ſive* afflictione magna: *Cum præfix.* וְרָעָה & malitia, 1. Samuel. 25. v. 28., וְרָעָה לְךָ זֹאת מִכָּל־הָרָעָה, 2. Sam. 19. v. 8, & malum tibi iſtud præ omni malo, *i. e.*, *ut optime vertit Vulgat.*, & pejus erit hoc tibi, quam omnia mala: בְּרָעָה in diſplicentia, *ſive* moerore, Geneſ. 44. v. 29., in malo, *ſive* cum malitia, *i. e.*, malitioſe, callide, Exod. 32. v. 12., *item* וָאָבִינָה בְרָעָה & intellexi malum, Nehem. 13. verſ. 7., לְרָעָה, Geneſ. 31. v. 52., *&* לְרָעָה, Prover. 6. verſ. 18., in malum: מֵרָעָה à malo, 1. Sam. 25. v. 39., *item* à malitia, Jerem. 4. v. 14. *Conſtr.* רַבָּה רָעַת הָאָדָם multa malitia hominum, Geneſ. 6. v. 5., מֵרָעַת propter malitiam, Pſal. 107. v. 34., Jerem. 12. v. 4. *Cum affix.* רָעָתִי malum meum, Pſal. 35. vv. 4. 26., בְּרָעָתִי malum meum, Numer. 11. v. 15., רָעָתְךָ, Job. 22. v. 5., malitia tua; *&* *in pauſa* רָעָתֶךָ, Jerem. 2. v. 28., (tempore) mali tui, *ſive* afflictionis tuæ: רָעָתֵךְ, Jerem. 2. v. 19., *&* *more Chald.* רָעָתֵכִי, Jerem. 23. v. 15., malitia tua:

tua: בְּרָעָתֵךְ in malo tuo, 2. Sam. 16. v. 8., בְּרָעָתֵךְ in malitia tua, Iſa. 47. verſ. 10., רָעַתְכֶם malum veſtrum, 1. Sam. 12. v. 17., רָעָתוֹ malitia ejus, Prov. 26. v. 26., Jerem. 8. v. 6., malum ejus, Jerem. 48. v. 16., *& fœm.* רָעָתָהּ malitia ſua, Jerem. 6. v. 7., בְּרָעָתוֹ in malitia ſua, Prover. 14. verſ. 32., in malo ejus, Abd. 1. verſ. 13., כְּרָעָתוֹ juxta malitiam ſuam, 2. Sam. 3. v. 39., לְרָעָתוֹ in malum ejus, Eccl. 5. v. 12., מֵרָעָתוֹ à malo ſuo, Jerem. 18. v. 8., רָעָתָם malitia, malum eorum, Jerem. 1. verſ. 16., 23. v. 11., *&c.*, בְּרָעָתָם in malitia ſua, Hoſe. 7. verſ. 3., מֵרָעָתָם à malitia ſua, Jerem. 44. v. 5. *Plural.* רָעוֹת, Deuter. 31. v. 17., *&* הָרָעוֹת, Deut. 31. v. 17., *&c.*, mala, malæ, malitiæ: *Cum affix.* מִכָּל־רָעוֹתֵכֶם de universis malis veſtris, 1. Sam. 10. v. 19., כִּי־עוֹד וּתְפִלָּתִי בְּרָעוֹתֵיהֶם, Pſalm. 141. v. 5., *variant hoc in loco Interpretes: Multi vertunt*, quoniam adhuc oratio mea (*erit*) in malis, *id eſt* calamitatibus eorum, *q. d. ſtudioſius pro eis* orabo; *Alii habent*, quoniam adhuc oratio mea adverſus malitias eorum, *ſive, juxta Pagninum*, in mala eorum, *ut me ſcilicet ab illorum malis operibus Deus integrum ſervet: LXX. autem, ſicuti & Theod. ſunt interpretati*, ὅτι ἔτι προσευχή μου ἐν ταῖς εὐδοκίαις αὐτῶν, *id eſt, ut habet etiam Vulgat.*, quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: *Videntur propterea pro* בְּרָעוֹתֵיהֶם *legiſſe* בִּרְצוֹתֵיהֶם in beneplacitis eorum, *à* רָצָה complacuit; *vel attenderunt ad radicem Chald.* רְעָה velle, delectari *aliqua re*.

רֹעַ, *&* רֹעַ *m.* Malitia, malignitas, *tam moralis, ut* 1. Sam. 17. v. 28., Nehem. 2. v. 2., Iſa. 1. v. 16., *&c.*, *quam phyſica, & ſpeciatim in* vultu ſe *prodens, id eſt* moeror, triſtitia: מִפְּנֵי רֹעַ propter malitiam, malignitatem, Deut. 28. v. 20. *Sed* רֹעַ *vide infra in* רָעַע, *& in ejuſdem nomine: Cum præfix.* בְּרֹעַ פָּנִים, Eccl. 7. v. 3., in triſtitia, moerore, *ſive* per triſtitiam faciei, *ſive* vultus: וּכְרֹעַ & ſecundum malitiam, nequitiam, Pſalm. 28. verſ. 4., לָרֹעַ malitia, *id eſt* deformitate, Geneſ. 41. v. 19., מֵרֹעַ, Jerem. 24. vv. 2. 3. 8., præ malitia, pravitate, *ſcil. phyſica; Vulg. vertit*, eo quod eſſent malæ, eo quod peſſimæ ſint: *Item* à malitia, *ſcil. morali*, Jerem. 23. v. 22.

מֵרֹעַ

מֵרַע *m.* Malignus, maleficus, *&c. vide ſupra in Partic. in Hiph. verbi* רוע. *Vide etiam infra in* רעה.

תְּרוּעָה *Vide in* ריע.

רוּף Contundere, concutere, quaſſare. *Occurrit in Pyh. futur. plur. in pauſa* יְרוֹפָפוּ, Job. 26. v. 11., concutiuntur, *ſive* concuſſæ ſunt, *juxta Aquil., alioſque; Vulg., & alii vertunt*, contremiſcunt. *Vide infra* תְּרוּפָה, *& aliud, quod mox ſequitur, nomen.*

רִיפוֹת *f. p.* Contuſa, grana commolita, *quæ Latini* Molam *dicunt, ita non pauci cum Buxtorfio, & Jo. Simone diſtionem hanc exponunt: Sed LXX., Aq., Sym., Theod., Vulgat., & alii varie interpretantur: Cum præfix.* הָרִיפוֹת, 2. Sam. 17. v. 19., *ubi in accuratis codicibus deeſt* Jod *in medio* contuſa grana; *LXX., retenta voce Hebraica, ſed corrupta, verterunt* ἀραφώθ, *i. e.* araphót; *Aq., & Sym. habent* πτισάνας, *i. e., ut habet etiam Vulgat.*, ptiſanas, *videl. hordea decorticata; Theod. reddit* παλάθας: בְּתוֹךְ הָרִיפוֹת, Prover. 27. v. 22., in medio molarum, *juxta Buxtorfium*, *vel* in medio triticorum, *ſive aliorum ſimilium, quæ* tunduntur piſtillo, *ut quidam alii cum Aq., & Theod. vertunt; Vulg. habet*, quaſi ptiſanas.

תְּרוּפָה *f.* Sanatio, curatio, Ezech. 47. v. 12. *Formam hinc habet, ſed ſignificatione pertinet ad* רָפָא.

רוּץ Currere, accurrere, concurrere, decurrere, diſcurrere, excurrere, præcurrere: *Præter.* רָץ cucurrit, Geneſ. 18. v. 7. *Alia vide infra in Participio: Vide & poſt* רָץ: אֶת־רַגְלִים רַצְתָּה, Jerem. 12. verſ. 5., *ubi* ה *in fine eſt paragog.* cum peditibus cucurriſti: *Sed* רַצְתָּה *vide infra in radice* רצה: כִּי־אִם־רַצְתִּי tam vere, *ſive* quia curram, 2 Reg. 5. v. 20. *Plur.* רָצוּ currebant, Jerem. 23. v. 21. *Aliud vide in* רצה: וְרָצוּ & current, præcurrent, 1. Sam. 8. v. 11. *Particip.* רָץ currens, 2. Sam. 18. vv. 22. 24., *&c., item ſubſtantive* curſor, Job. 9. verſ. 25. *Plur.* רָצִים, *&* הָרָצִים, *& more Chald.* הָרָצִין, currentes, qui præcurrunt, *& ſubſtantive* curſores, 2. Sam. 15. v. 1., 1. Reg. 1. v. 5., 14. v. 27., Eſth. 3. v. 13., *&c. Cum præfix.* לָרָצִים, 1. Sam. 22. v. 17., 2. Reg. 10. v. 25., 11. v. 4., curſoribus, *& juxta Vulgat.* emiſſariis, *item* mili-

militibus: *Inſin. cum præfix.* לָרוּץ ad currendum, 1. Sam. 20. v. 6., Pſalm. 19. verſ. 6., Prover. 6. v. 18. *Imper.* רוּץ, 2. Sam. 18. v. 23., 2. Reg. 4. v. 26., *&* רֻץ, 1. Sam. 20. v. 36., Zach. 2. v. 8., curre: *Futur.* אָרוּץ, 2. Sam. 18. v. 23., 22. v. 30., Pſalm. 119. verſ. 32., curram; *Aliud* אָרוּץ, *&* אָרֻץ *vide in* רָצַץ; *Cum* ה *paragog.* אָרוּצָה, 2. Sam. 18. v. 19., 2. Reg 4. v. 22., *&* אָרֻצָה, 2. Sam. 18. verſ. 22., curram, excurram: תָּרוּץ curres, Prover. 4. v. 12., תָּרֻץ *vide infra in tertia perſona fœm.*, יָרוּץ, Job. 15. verſ. 26., *&c.*, curret, currit, currat; *Aliud vide in* רָצַץ; *item* יָרֻץ, Job. 16. v. 14., curret, accurret, *& juxta Vulgat.* irruit: *Cum præfix.* וַיָּרָץ, Geneſ. 18. v. 2., *& in pauſa*, וַיָּרֹץ, 2. Sam. 18. verſ. 21., & cucurrit: *item fœm.* וַתָּרָץ & cucurrit, Gen. 24. v. 20. *Sed* וְתָרֻץ, Eccleſ. 12. v. 6., *a Vulgat. redditur*, & recurrat, *ſive, ut quidam exponunt*, diffluat, decurrat, *id eſt* perfluat rupta: *Ab aliis refertur ad* רָצַץ, *redditurque*, & conteratur, confringatur: *Vide* תָּרוּץ *in eodem* רָצַץ: *Plural. cum* ה *paragog.* נָּרוּצָה curremus, Cant. 1. verſ. 4., *ſed* נָרוּץ *vide infra in* רָצַץ; יָרוּצוּ, Prov. 1. verſ. 16., Iſa. 55. verſ. 5., 59. verſ. 7., *&* יָרֻצוּ, Iſa. 40. v. 31., *& cum* Nun *paragog.* יְרוּצוּן, Joel. 2. vv. 4. 7., *&* יְרֻצוּן, Pſalm. 59. v. 5., Joel. 2. v. 9., current, currunt: *& cum* ה *interrog.*, הֲיְרֻצוּן, Amoſ. 6. verſ. 12., nunquid current, *ſive* currunt? וַיָּרוּצוּ, *&* וַיָּרֻצוּ, Joſ. 7. verſ. 22., 8. v. 19., & cucurrerunt. *Pih. Futur. plural. in pauſa*, יְרוֹצֵצוּ, Nah. 2. v. 5., diſcurrent, diſcurrunt, *ſive* cito currunt; *vide etiam in* רָצַץ. *Hiph.* הֵרִיץ currere, excurrere fecit, fugavit: *Imper.* וְהָרֵץ & currere fac, *id eſt* celeriter deporta, 1. Samuel. 17. verſ. 17. *Futur.* אֲרִיצֶנּוּ מֵעָלֶיהָ, Jerem. 49. v. 19., faciam, ut tranſcurrat ipſe ab ea, fugabo eum, *alii cum Vulg. reddunt*, currere faciam eum ad illam, *ſive* ob illam: אֲרוּצֵם, Jer. 50. v. 44., *ubi Maſſora monet, legendum* אֲרִיצֵם, fugabo eos, *juxta quoſdam*; *Alii vero habent*, currere faciam eos: תָּרִיץ יָדָיו לֵאלֹהִים, Pſalm. 68. v. 32., currere faciet manus ſuas ad Deum, *id eſt* manuum ſuarum donum offeret Deo: וַתָּרֶץ *vide* רָצַץ: *Plur.* וַיְרִיצוּ & accurrere fecerunt, *ſive* cito attulerunt,

tulerunt, vel, *juxta Vulg.*, & feſtinato diſtribuerunt, 2. Paral. 35. v. 13., *& cum affix.* וַיְרִצֻהוּ, Geneſ. 41. v. 14., currere fecerunt eum, *ſive* & cito attulerunt, *vel* adduxerunt eum.

רָץ *maſc.* Currens, curſor: *ut in principio Radicis*: *Plural.* רָצִים, *& more Chald.* הָרָצִין *vide ibidem in Particip. verbi* רוּץ.

מֵרוֹץ Curſus: *Occurrit cum præfix. ita*, הַמֵּרוֹץ, Ecclef. 9. verſ. 11.

מְרוּצָה *f.* Curſus: *Cum præfix.* וְעַל־הַמְּרוּצָה, Jer. 22. v. 17., & ſuper contritionem, *ſive* concuſſionem, *ita quidam cum Buxtorfio reddunt, arbitrati ſcilicet, quod forma hujus dictionis ſit quidem à* רוּץ, *ſed ſignificatio à* רָצַץ: *Verum alii cum Vulgat. referunt illam ad* רוּץ, *atque vertunt*, & ad curſum; *Conſtr.* רֹאֶה אֶת־מְרוּצַת הָרִאשׁוֹן כִּמְרֻצַת, 2. Sam. 18. verſ. 27., contemplans curſum prioris, quaſi curſum *&c.* *Cum affix.* מְרוּצָתָם curſus eorum, Jer. 23. v. 10., בִּמְרֻצוֹתָם in curſu ſuo, Jerem. 8. v. 6.

רוק *Radix inuſitata. Inde quidam derivant Hiph.* הֵרִיק, *&c. Sed hæc vide infra ſub radice* רִיק.

רור Salivam emiſit. *Inde* רָר, *& etiam* רִיר. *Sed Buxtorfius, aliique horum radicem conſtituunt ipſum* רִיר, *quod vide infra.*

רוש Egere, pauperem eſſe, *vel* fieri, depauperari: *Præter. plur.* כְּפִירִים רָשׁוּ, Pſalm. 34. v. 11., Ieunculi, *ſive* leones pauperantur, *ſive* depauperati ſunt, *vel* egent, *ſive* eguerunt; *LXX. verterunt*, πλούσιοι ἐπτώχευσαν, *id eſt, ut etiam habet Vulgat.*, divites eguerunt: τὸ *itaque* כְּפִירִים *metaphorice acceperunt*: *Nec immerito*; *nam* divites, *&* potentes *hujus mundi* leones *appellantur* Jer. 2. v. 15., Ezech. 38. verſ. 13., *& hunc præterea ſenſum poſtulat ipſe ſacræ orationis nexus. Pih. Futur.* יְרֹשֵׁשׁ, Jer. 5. v. 17., depauperabit, deſpoliabit, *& juxta Vulg., alioſque*, conteret, exterminabit (civitates), *ita ſcil., ut non ultra habitentur, nec ſint in illis poſſeſſiones, aut hæreditates. Pyh. Præter. plur.* רֻשַּׁשְׁנוּ, Malach. 1. v. 4., depauperati, *ſive* attenuati ſumus; *Vulg., & quidam alii vertunt*, deſtructi ſumus; *in quem ſenſum, licet in ſingulari, LXX. ſunt in-*

terpre-

terpretati. *Hitbp. Partic.* מִתְרוֹשֵׁשׁ, Prover. 13. v. 7., qui ſe pauperem fingit, *ſive* gerit.

רוּשׁ *Vide ſupra in* ראשׁ *pag.* 1354.

רִישׁ *m.* Paupertas, egeſtas, Prov. 13. verſ. 18., *vel* רִישׁ, Prover. 28. v. 19., *vel* רֵאשׁ, Prov. 30. v. 8. *Cum affix.* רִישׁוֹ (obliviſcatur) paupertatis, *ſive* egeſtatis ſuæ, Prov. 31. v. 7., רִישֶׁךָ, *&* *cum* א רֵאשֶׁךָ, Proverb. 6. v. 11, 24. verſ. 34., paupertas, *ſive* egeſtas; רֵישָׁם paupertas, egeſtas eorum, Prov. 10. v. 15.

רָשׁ *m.* Pauper: אִישׁ־רָשׁ וְנִקְלֶה vir pauper, & vilis, 1. Sam. 18. verſ. 23. *Interdum eſt cum epentheſi* א, *ut* רָאשׁ, *&* הָרָאשׁ, 2. Sam. 12. vv. 1. 4., רָאשׁ עֹשֶׂה כַף־רְמִיָּה, Proverb. 10 v. 4., pauper *fit*, qui agit, *ſive* operatur manu doloſa, *vel potius* remiſſa, *ſeu* negligente, *quod poſtulat antitheſis*; remiſſus *autem*, *ſive* negligens, ignavus *merito* רְמִיָּה doloſus *appellatur*; *nam*, *quod labore*, *&* *induſtria acquirere quis refugit*, *id* fraude *comparare tentat*, *&* *ſæpe ſe*, *alioſque* decipit. *Cum præfix.* לָרָשׁ pauperi, Proverſ. 17. v. 5., *Plur.*, *cum Epentheſi* א, רָאשִׁים, Prover. 13. verſ. 23., *cujus ſenſum jam expoſitum vide ſupra pag.* 1357., בְּרָשִׁים יִמְשׁוֹל in pauperes dominabitur, Prov. 22. verſ 7.

רוּת Ruth, *nom. propr. mulieris*, Ruth. 1. v. 4., *&c.*

רָזָא, *&* רָזָא *Chald. in ſtatu emphat. vide ſupra in* רָז *Chald. poſt* רזן *pag.* 1402.

רָזָה Emaciavit, *proprie* tenuem, rarum fecit, attenuavit, *quemadmodum & Arab.* רזא *ſonat* detrimento affecit, diminuit: *Præter.* רָזָה אֵת כָּל־אֱלֹהֵי הָאָרֶץ, Soph. 2. v. 11., emaciavit, *ſive* attenuavit, *&* *juxta Vulgat.*, attenuabit omnes deos terræ. *Vide* תִּרְזֶה *ſub litera* ת. *Niph. Futur.* וּמִשְׁמַן בְּשָׂרוֹ יֵרָזֶה & pinguedo carnis ejus emaciabitur, *ſive*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, marceſcet, Iſa. 17. v. 4.

רָזֶה *m.* Macilentus. *Inde fœm.* רָזָה macilenta, *ſive*, *ut habent Vulg.*, *&* *Orientales*, ſterilis, Num. 13. v. 21., *item* macilentum, Ezech. 34. v. 20.

רָז *m. Chald.* ſecretum, *&c. vide ſupra poſt* רזן *pag.* 1402. *Vide aliud infra*, *ſed Hebr.*, *quod mox ſequitur*.

רָז *m.* Macies, *juxta Buxtorfium*, *Joa. Simonem*, *&* *quoſdam alios*.

alios. Inde, ut eiſdem videtur, eſt, cum Jod *paragog.,* רָזִי־לִי ,רָזִי־לִי, Iſa. 24. v. 16., macies *eſt* mihi, macies *eſt* mihi, *i. e.* moerore contabeſco. *Verum ab Aquila, Theod., Sym., Vulg., aliiſque refertur ad* רָז *Chald., de quo pag.* 1402., *&* Jod *in fine eſt ipſis pronomen affix., redditurque,* myſterium, *ſive* ſecretum meum mihi, myſterium, ſecretum meum mihi.

רָזוֹן *m.* Macies, *& quidem* magna, *propter* Nun *in fine heemanticum, uti multis videtur; Vulg.* τὸ רָזוֹן *apud* Iſa. 10. v. 16. *reddit* tenuitatem: וַיְשַׁלַּח רָזוֹן בְּנַפְשָׁם, Pſalm. 106. verſ. 15., verumtamen immiſit maciem in animam eorum, *ita cum Pagnino, atque Buxtorfio non pauci reddunt: Sed LXX. ſunt interpretati,* καὶ ἐξαπέστειλε πλησμονὴν εἰς τὴν ψυχὴν αὐτῶν, *id eſt* & miſit ſaturitatem in animam eorum: *Quidam putant, LXX. pro* רָזוֹן *legiſſe* רָצוֹן deſiderium, *q. d.* & miſit quantum vellent, *quod cum hiſtoria, quæ* Exod. 16. verſ. 8., Pſalm. 78. vv. 25. 29., *convenit; videatur Genebrardus, qui ſuis in Pſalm. comment. vindicat LXX. verſionem. Alia vide ſtatim ſub radice* רָזַן.

רזח *Radix inuſitata. Ut autem notat Joa. Simon, ſimilis ſignificationis fuiſſe videtur cum cognata* צרח clamavit, vociferatus eſt, vocem extulit, *ſive præ* lætitia, *ſive* luctu. *Sed & Arabibus ipſum* רָזַח *ſonat* exaltare vocem, *ſive* ad fletum, *ſive* ad lætitiam, *quemadmodum ſcribit Guarin in Lexicon. Inde ſunt*

מַרְזֵחַ *m. Varie redditur: Occurrit autem ita,* אַל־תָּבוֹא בֵּית מַרְזֵחַ, Jer. 16. v. 5., *quidam vertunt*, ne ingrediaris domum curatoris, *ſive* deſignatoris funebris, *qui ſcilicet informat de omnibus, quæ ad luctum, &* parentalia *pertinent: R. Salomon exponit* בית משתה domum convivii, *ſcilicet* funebris; *& Kimchi,* בית אבל domum lugentis. *Sic priſci Hebræi:* מאן יתיב בי מרזיחא בראש quis conſidebit in domo lugentis in capite, *id eſt, loco primario, & ſummo; ſcilicet* epulandi, *&* lugentem conſolandi *cauſa? Item:* מאי מרזיחא quid eſt marſecha? אֲבֵל abhel, lugens, *ita in Kethuvoth*, ſol. 69. 1., *hactenus Buxtorfius: Vide, quod ſequitur.*

מַרְזֵחַ *m.* Luxus funebris, *juxta Buxtorfium: Joa. Simoni eſt* elatio

elatio vocis, ſive vociferatio præ lætitia; Ab. Eſræ eſt canticum: Conſtr. וְסָר מִרְזַח סְרוּחִים, Amoſ. 6. v. 7., & recedet luxus luxuriantium: R. Salomon exponit, & recedet, vel amovebitur convivatio luxurioſorum: Probat ex libro antiquo Siphrè, hanc vocem מִרְזַח idem eſſe, quod convivium: Quibuſdam vero aliis eſt deſignatio, apparatus ſcilicet omnis convivalis propter mortuos: A Symmaco τὸ מִרְזַח redditur ἑταιρεία ſocietas, & à Vulgat. factio (laſciventium).

בַּרְזֶל Vide ſupra in ברז pag. 130.

רזם Spectavit, collimavit: Futur. cum Nun paragog. ומה־יִּרְזְמוּן עֵינֶיךָ & quid collimant oculi tui, ſive quid innuunt, quorſum ſpectant oculi tui, Job. 15. v. 12.

רזן Radix Hebræis inuſitata: Arab. autem ſonat, gravis fuit moribus, ut notat Joa. Simon. Inde eſt Hebr. Particip. plur. רֹזְנִים, & רוֹזְנִים gubernatores, dominatores, principes, à morum gravitate, & auctoritate רֹזְנִים dicti, Jud. 5. v. 3., Pſalm. 2. v. 2., Proverb. 8. v. 15., Iſa. 40. verſ. 23., Hab. 1. v. 10. Cum præfix. וּלְרוֹזְנִים & principibus, Prov. 31. v. 4. Vide, quod ſequitur.

רָזוֹן m. Rex, princeps, dominator, Proverb. 14. verſ. 28. Plerique Hebræorum maciem exponunt, à רזה; nam rex, aut princeps ſine ſubditis macie atteritur. Aliud vide ſupra poſt רָזָה pag. 1412. Vide etiam, quod mox ſequitur.

רְזוֹן Rezón, & juxta Vulg. Razón, nom. propr. viri, 1. Regum 11. v. 23.

רוּחָא Chald. in ſtatu emphat. vide ſupra in רוּחַ Chald. pag. 1406.

רחב Latus, ſive latior fuit, vel factus eſt, dilatatus fuit: Præterit. רָחַב פִּי dilatatur, ſive dilatatum eſt os meum, 1. Sam. 2. verſ. 1., וְרָחַב לְבָבֵךְ & dilatabitur cor tuum, Iſa. 60. v. 5., & fœm. וְרָחֲבָה & dilatata eſt, ſive latior erat, Ezech. 41. v. 7. Niph. Partic. כַּר נִרְחָב paſcuum latum, Iſa. 30. v. 23., ubi Vulg. habet, (paſcetur) agnus ſpatioſè. Hiph. Præter. הִרְחִיב יְהוָה לָנוּ dilatavit Dominus nobis, id eſt latum ſpatium dedit nobis, ſive, juxta Vulgat., dilatavit nos Dominus, Geneſ. 26. verſ. 22. & abſque Jod, הִרְחַב dilatavit, ſive latum eſ-

 fecit,

fecit, Iſa. 30. v. 23., *& fœm.* הִרְחִיבָה dilatavit, Iſa. 5. verſ. 14., הִרְחַבְתָּ לִּי dilataſti mihi, Pſalm. 4. verſ. 2., הִרְחַבְתְּ *fœmin.* dilataſti, Iſa. 57. v. 8., וְהִרְחַבְתִּי & dilatabo, Exod. 34. v. 24. *Plural.* הִרְחִיבוּ dilatarunt ſe, *i. e.* auctæ, *ſive* multiplicatæ ſunt, *vel*, *juxta alios*, dilatatæ ſunt, Pſalm. 25. v. 17. *Partic.* מַרְחִיב dilatans, amplificans, Deuteron. 33. verſ. 20., *ſed* מֶרְחָב *vide infra inter nomina*: *Infin.* לְמַעַן הַרְחִיב ad dilatandum, *ſive* ut dilataret, Amoſ. 1. verſ. 13. *Imper.* הַרְחֶב־פִּיךָ dilata os tuum, Pſalm. 81. verſ. 11., *& fœm.* הַרְחִיבִי, Iſa. 54. v. 2., *&* הַרְחִבִי, Mich. 1. v. 16., dilata: *Futur.* תַּרְחִיב dilatabis, dilatas, 2. Sam. 22. verſ. 37., Pſalm. 18. v. 37., 119. verſ. 32., יַרְחִיב dilatabit, Deuter. 12. verſ. 20. *Plural.* תַּרְחִיבוּ dilatatis, Iſa. 57. v. 4., וַיַּרְחִיבוּ & dilataverunt, Pſalm. 35. v. 21.

רָחָב *m.* Amplus, latus, Job. 30. verſ. 14. *Et metaphorice* corde, *vel* animo latus *eſt idem ac* inflatus, ſuperbus, inſolens, vaſtus cupiditate, inſatiabilis: *Aliud* רָחָב *nomen proprium vide infra*: *Vide etiam alia, quæ dictionem hanc ſequuntur*: *Conſtruct.* רְחַב־נֶפֶשׁ latus animo, Proverb. 28. verſ. 25., וּרְחַב לֵבָב & latus corde, tumens animo, Pſal. 101. v. 5., וּרְחַב יָדָיִם, Pſalm. 104. v. 25., ſpatioſum, amplum locis, *ſive* terminis; *Vulg. reddit*, ſpatioſum manibus, ambabus *ſcil.*, *id eſt hinc, & illinc, ex utroque latere*: *Aliud* רְחַב *vide infra in* רֹחַב: *Plural. conſtruct.* רַחֲבֵי יָדָיִם ampli, lati ſpatiis, Iſa. 33. verſ. 21. *Fœm.* רְחָבָה latum, Pſalm. 119. v. 96., *& cum præfix.* הָרְחָבָה latus, latior, Nehem. 3. v. 8., בָרְחָבָה in lato, *ſive* in latitudine, Pſalm. 119. v. 45. *Conſtr.* רַחֲבַת יָדַיִם ampla ſpatiis, Iſa. 22. v. 18.

רָחָב Rachav, *& juxta Vulg.* Rahab, *nom. propr. mulieris*, Joſ. 2. v. 1.

רֹחַב *m.* Latitudo, amplitudo, dilatatio; *& metaphorice* faſtus, inſolentia: מִפִּי־צָר רַחַב, Job. 36. v. 16., ex ore anguſtiæ *in* latitudinem, *omnis ſcilicet arctationis expertem*: *Conſtr.* וְרֹחַב־לֵב & amplitudo, *ſive* dilatatio animi, Prov. 21. v. 4. *Plur. conſtr.* עַד־רַחֲבֵי אָרֶץ uſque ad latitudines terræ, Job. 38. v. 18.

רֹחַב *m.* Latitudo, amplitudo, Exod 26. vv. 2. 8. 16. *Cum præfix.* וְהֹרַחַב & latitudo, Ezech. 42. verſ. 2., בְּרֹחַב, Exod. 38. v. 18., *&* בָּרֹחַב, Ezech. 48. v. 15., in latitudine: *Cum affix.* רָחְבּוֹ, Exod. 25. v. 10., רָחְבָּהּ, Gen. 6. v. 15., latitudo ejus; וּלְרָחְבָּהּ & in latitudine ſua, Geneſ. 13. verſ. 17., רָחְבָּן latitudo eorum, Ezech. 42. verſ. 11.

רְחוֹב, *&* רְחֹב *com.* Platea, *à* latitudine *dicta* רְחֹב, 2. Paral. 32. verſ. 6. *Aliud vide poſt hanc dictionem*: *Cum præfix.* הָרְחוֹב platea, Nehem. 8. v. 1., בָּרְחוֹב, Gen. 19. v. 2., *&* בָּרְחֹב, Jud. 19. v. 15., in platea; לָרְחוֹב in plateam, 2. Paral. 29. v. 4., מֵרְחֹב è platea, 2. Sam. 21. v. 12. *Cum affix.* אֶל־תּוֹךְ רְחֹבָהּ ad medium, *ſive* in medio plateæ ejus, Deuter. 13. v. 17., מֵרְחֹבָהּ à platea ejus, Pſalm. 55. v. 12. *Plural.* רְחֹבוֹת plateæ, Amoſ. 5. v. 16. *Aliud*, *nom. ſcil. propr.*, *vide infra*: *Cum præfix.* הָרְחֹבוֹת plateæ, Prover. 26. v. 13., בָּרְחֹבוֹת in plateis, Prover. 1. v. 20., מֵרְחֹבוֹת de plateis, Jerem. 9. v. 20. *Cum affix.* בִּרְחֹבוֹתֵינוּ in plateis noſtris, Pſal. 144. v. 14., Thren. 4. v. 18., בִּרְחוֹבוֹתֶיהָ, *&* בִּרְחֹבֹתֶיהָ, Jerem. 5. v. 1., 49. v. 26., in plateis ejus.

רְחֹב Rechóv, *&* *juxta Vulg.* Rohob, *nom. propr. urbis*, Numer. 13. v. 21.

רְחָבָה *f.* Latitudo, *&c. vide ſupra in verbo*, *&* *inter nominina, quæ ex illo dimanant.*

רְחֹבוֹת Rechovóth, *&* *juxta Vulgat.* Rohoboth, *nom. propr. civitatis Idumææ*, *quæ eſt prope flumen*, Geneſ. 36. v. 37.

מֶרְחָב *m.* Latitudo, locus latus, amplus, *&* ſpatioſus: בַּמֶּרְחָב in loco amplo, Pſalm. 31. v. 9., לַמֶּרְחָב in latitudinem, Pſalm. 18. v. 20. *Plur. conſtr.* לְמֶרְחֲבֵי אֶרֶץ per latitudines terræ, Hab. 1. v. 6.

רְחַבְיָה Rechaviáh, *&* *juxta Vulg.* Rohobia, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 23. v. 17.

רְחַבְיָהוּ Rechavíahu, *&* *juxta Vulg.* Rahabia, *idem ac ſupra* Rohobia, 1. Paral. 26. v. 25.

רְחַבְעָם Rechavhám, *&* *juxta Vulgat.* Roboam, 1. Reg. 11. verſ. 43., 1. Paral. 3. v. 10.

רחה *Radix Hebræis inuſitata: Arab. vero* רחא *ſonat latine* convertit, *ſpeciatim* molam; *& intranſitive* convertit ſe, contorſit ſe in ſpiram, *hactenus Joa. Simon: Ex hac autem radice, idem Auctor arbitratur, derivanda, quæ ſequuntur.*

רֵחַיִם *m. dual.* Mola, *dicta* רֵחַיִם *à* רָחָה, *ſcil. à* convertendo, *&* verſando, *juxta Joa. Simonem: Buxtorfius tamen, aliique dictionem hanc ab* רֵיחַ, *ab* odore *ſcil.* farinæ perpetuo *derivant; quidam autem volunt,* molam *dictam* רֵחַיִם *à* רוּחַ, *quod* mola ſpirare *videatur, &* efflare *farinam à ſe* molitam. *Et quum* mola *duobus conſtet lapidibus,* ſuperiore *ſcil. uno, qui Hebr. vocatur* רֶכֶב currus, *quod* verſatilis *ſit, &* circumvehatur, *latinis* catillus; *altero* inferiore, *qui* immotus *eſt, &* ſuperiori *ſubjacet, quique Hebr.* שֶׁכֶב, *& Latinis* meta *dicitur; hinc Interpretum quidam arbitrantur,* רֵחַיִם *ſignificare* molam *tantum* ſuperiorem; *Alii contendunt, & quidem rectius,* utramque molam *denotare. Certe, prætequam quod dualis forma duas* molæ *partes indicat, de* utraque mola *deſignanda uſurpatur* Exod. 11. v. 5., Numer. 11. v. 8., Iſa. 47. v. 2., Jerem. 25. v. 10. *Unus Scripturæ S. textus contra ſtare videtur, qui ſic ſe habet* Deut. 24. v. 6., לֹא יַחֲבֹל רֵחַיִם וָרָכֶב, *ubi* רֶכֶב currus, catillus, *ſive* mola ſuperior *diſtinguitur plane à* רֵחַיִם: *Verum, ut a Buxtorfio, aliiſque eſt animadverſum, hoc in loco τὸ* רֵחַיִם *per ſynedochen dicitur pro* inferiore parte *tantum, redditurque,* non accipiet in pignus inferiorem, & ſuperiorem molam: *Alii contendunt, & hoc etiam loco* רֵחַיִם utramque *notare* molam, *atque ita reddendum,* non accipies in pignus utramque molam, *ſive* totum molendinum, imò nè ſuperiorem quidem, *quæ ſcil. minor eſt, brevior, vilior, & levior. Cum præfix.* אֲשֶׁר אַחַר הָרֵחָיִם, Exod. 11. v. 5., qui *eſt* poſt molas, *nempe ad eas trudendas, manibus, & corpore, labore duriſſimo, ad quem ſervi, & captivi adhibentur, ut Kimchi in* cap. 16. Jud. *notat.*

רַחַת *f.* Vannus, ventilabrum, pala, *inſtrumentum ſcil., quo* ventilando *frumentum a paleis purgatur. Hinc quidam dictionem hanc derivant a* רוּחַ ſpiravit, flavit; *Alii, uti Joa. Simon, à* רָחָה convertit, verſavit: *Occurrit cum præfix.*

בְּרַחַת

אֲשֶׁר־זֹרֶה בָרַחַת, Iſa. 30. verſ. 24., quod ventilatur, *ſive* purgatur vanno, *vel* ventilabro, pala; *Vulg. vertit*, ſicut in area ventilatum eſt.

* רָוָחָה *Vide ſupra pag.* 1403., & רוחה *vide ſupra pag.* 1405.

רַחִיט *Vide ſupra in* רָהִיט *pag.* 1396.

רחל *f.* Ovis, *fœminina proprie*, Iſa. 53. v. 7. *Plur.* רְחֵלִים Geneſ. 32. v. 15. *Cum affix.* רְחֵלֶיךָ oves tuæ, Geneſ. 31. v. 38.

רָחֵל Rachél, *nom. propr. mulieris, quæ fuit altera Jacobi uxor*, Geneſ. 29. v. 9.

רחם Dilexit, *propriè ex* intimis viſceribus, *quaſi deductum à Nomine* רֶחֶם uterus, *qui* tenerrimo affectu fœtum complectitur. *Vide* רַחוּם *inter nomina*: *Futur. cum affix.* אֶרְחָמְךָ ex intimis viſceribus diligam te, Pſalm. 18. v. 2. *Pih.* רִחֵם intimo affectu viſcerum proſequutus eſt, *ſive* miſertus eſt: *Conſtruitur cum Accuſat.*, & *Præpoſit.* עַל. *Præter. cum infinit.* כְּרַחֵם אָב עַל־בָּנִים ſicut miſeretur pater ſuper filios, רִחַם יְהוָה עַל־יְרֵאָיו miſeretur Dominus timentium ipſum, Pſalm. 103. v. 13., וְרִחַם & miſerebitur, Jerem. 42. v. 12., & *cum affix.* וְרִחַמְךָ, Deuter. 13. verſ. 18., & *in pauſa* וְרִחֲמֶךָ, Deuter. 30. v. 3., & miſereatur, miſerebitur tui: וְרִחַמְתִּי אֶת־אֲשֶׁר אֲרַחֵם & miſerebor, cujus miſertus fuero, Exod. 33. v. 19., & *cum affix. fœmin.* רִחַמְתִּיךְ miſertus ſum tui, Iſa. 54. verſ. 8., וְרִחַמְתִּים & miſerebor eorum, Jerem. 12. verſ. 15. *Plur. cum affix.* וְרִחֲמוּם & miſereantur eorum, 1. Reg. 8. v. 50. *Partic.* מְרַחֵם miſerans, miſericors, Pſalm. 116. verſ. 5., Iſa. 49. v. 15. & *cum affixo* מְרַחֲמֵךְ miſericors, *ſive* miſerator tuus, Iſa. 54. v. 10., מְרַחֲמָם miſericors, miſerator eorum, Iſa. 49. v. 10. *Infin.* רַחֵם miſerando, Jerem. 31. v. 20. *Aliud vide inter nomina*: *Cum affix.* לְרַחֶמְכֶם ad miſerendum veſtri, Iſa. 30. 18. *Futur.* אֲרַחֵם miſerebor, Jerem. 13. v. 14., & *cum affix.* אֲרַחֲמֶנּוּ miſerebor ejus, Jerem. 31. v. 20., תְּרַחֵם miſereberis, Pſal. 102. v. 14., יְרַחֵם miſerebitur, Iſa 9. v. 16., & *cum affix.*, & Nun *epenthet.*, יְרַחֲמֶנּוּ miſerebitur ejus, Iſa. 27. verſ. 11., וִירַחֲמֵהוּ & miſerebitur ejus, Iſa. 55. verſ. 7., וַיְרַחֲמֵם & miſertus eſt eorum, 2. Reg. 13. v. 23., יְרַחֲמֵנוּ miſerebitur

bitur noſtri, Mich. 7. v. 19. *Plural. in pauſa* יְרַחֵמוּ miſerebuntur, Iſa. 13. v. 18. *Pyh. præter.* רֻחָם miſericordiam conſecutus eſt, *ſive* miſericordia affectus fuit: *Sed* רוּחָם *vide ſupra in* רוח *pag.* 1405. *Fœm. in pauſa* לֹא רֻחָמָה non eſt miſericordiam conſecuta, Hoſ. 1. v. 6., *ſed uſurpatur ut proprium nomen populi Iſraelis, myſticum, & propheticum: Futur.* בְּךָ יְרֻחַם יָתוֹם in te miſericordiam conſequetur pupillus, Hoſe. 14. verſ. 4., *& in pauſa* יְרֻחָם miſericordia afficietur, *ſive* miſericordiam conſequetur, Proverb. 28. v. 13.

רַחַם *m.* Miſericordia, miſeratio; *nomen formæ* מִקַּל, *aut eſt Infinitum ipſum Pihel*, Hab. 3. v. 2. *Plur.* רַחֲמִים miſerationes, miſericordiæ, viſcera, *pro ipſo affectu* miſericordiæ: וְנָתַן לְךָ רַחֲמִים & ut largiatur tibi miſericordias, Deuter. 13. v. 17., אֶת־הַחֶסֶד וְאֶת־הָרַחֲמִים benignitatem, & miſerationes, Jerem. 16. v. 5., בְּרַחֲמִים cum, *ſive* in miſericordiis, Zach. 1. v. 16., לְרַחֲמִים in miſericordias, Pſalm. 106. v. 46. *Conſtr.* רַחֲמֵי רְשָׁעִים miſerationes improborum, Prover. 12. v. 10., *ubi multi cum Vulg. reddunt* viſcera impiorum; viſcera *enim ſunt* commiſerationis *ſubjectum*: *Cum affix.* כִּי־נִכְמְרוּ רַחֲמָיו nam incaleſcebant, *vel* æſtuabant viſcera ejus, *affectu ſcilicet* miſericordiæ, Geneſ. 43. v. 30., *& ſic* 1. Reg. 3. v. 26., רַחֲמֶיהָ viſcera ejus, 1. Reg. 3. v. 26., כְּרֹב רַחֲמֶיךָ ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, Pſalm. 51. v. 3., בְּרַחֲמֶיךָ in miſericordiis tuis, Nehem. 9. v. 19., *item* pro miſericordiis tuis, *ſive* ſecundum miſericordias, miſerationes tuas, Nehem. 9. v. 26., כְּרַחֲמֶיךָ juxta miſericordias tuas, Nehem. 9. v. 28.

רַחַם *m. Chald.* miſericordia: *Plural.* וְרַחֲמִין לְמִבְעֵא & miſericordiam petendam eſſe, Dan. 2. v. 18.

רֶחֶם *m.* Vulva, uterus: רֶחֶם מַשְׁכִּיל (da) vulvam abortientem, Hoſ. 9. v. 14., בָּרֶחֶם in utero, *ſive* in vulva, Job. 31. v. 15., מֵרֶחֶם מִשְׁחָר ab utero auroræ, *id eſt*, a tempore aſcenſus auroræ, *ſed hunc ipſum verſum conſule ſupra pag.* 445. *In pauſa* מֵרָחֶם ex utero, à vulva, Pſalm. 22. verſ. 11., 58. verſ. 4. *Cum affix.* רַחְמָהּ, Geneſ. 29. verſ. 31., 30. verſ. 22., (aperuit) vulvam ejus; *& ita*

Jerem.

Jerem. 20. verſ. 17., *ubi in quibuſdam codicibus deeſt* Mappik.

רֶחֶם *m.* Vulva, uterus, Iſa. 46. v. 3., Ezech. 20. v. 26., Prover. 30. v. 16. *Item per ſynecdochen*, puella, Jud. 5. v. 30., *quem quidem verſum vide ſupra pag.* 1356. *in* ראש: *In pauſa* בִּרְכֹת שָׁדַיִם וָרָחַם benedictionibus uberum, & uteri, *ſive* vulvæ, Geneſ. 49. v. 25. *Vide alia in nominibus, quæ ſequuntur: Duale* רַחֲמָתַיִם puellæ duæ, *juxta multos*, Jud. 5. v. 30., *ſed hoc ipſum vide ſupra pag.* 1356.

רַחַם Rácham, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 2. v. 44.

רָחָם *m.* Merops, *avis ab* amore, *&* miſericordia *erga parentes ſic dicta, quod eos in altiſſimis ſpecubus reconditos alat, ut Plinius ſcribit* lib. 10. cap. 33. *Talmudici* picam *explicant*, Cod. Cholin capit. 3. pag. 63., *& ſic quoque Judæi Germani, hactenus Buxtorfius: Sed LXX. eſt* κύκνος, *ἢ* πορφυρίων, *id eſt* cygnus, *vel* porphyrio; *Vulgat. utrobique reddit* porphyrionem: *Bocharto eſt* vulturis *ſpecies, cujus deſcriptiones multas refert* de anim. Sacr. P. II. Lib. 2. cap. 26. *Kimchi de* רָחָם *ſic ſcribit:* dicunt, רָחָם eſſe avem, quæ valde miſericors, *ſive* pia ſit in pullos ſuos: *Occurrit cum præfix.* הָרָחָם, Lev. 11. verſ. 18., *& cum* ה *paragog.* הָרָחָמָה, Deut. 14. v. 17.

רַחוּם *m.* Miſericors, pius, Exod. 34. verſ. 6., *&c. Vide, quod ſequitur.*

רְחוּם Rechûm, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 2.

רָחְמָה *Vide pag.* 1428. *in* רָחַם. *Sed* רָחָמָה *in* רָחָם *pag.* 1429.

רַחֲמָנִיּוֹת *f. p* Miſericordes, Thren. 4. verſ. 10. *Maſculinè*, רַחֲמָן miſericors, *apud Rabbinos*.

רָחַף Commoveri, commovere ſe: *Hebræi notant, Verbum proprium eſſe avium alas motitantium, dum vel pullos ad volatum provocant, ut ciconiæ, & aquilæ, vel ſe in aere ſuſpendunt prædæ inbiantes, & inde*, incubare, *ut habet Buxtorfius: Præter. plur.* רָחֲפוּ כָּל־עַצְמוֹתַי commovent ſe, tremunt, *ſive* commota ſunt, *& juxta Vulgat.*, contremuerunt omnia oſſa mea, Jerem. 23. v. 9. *Pih. Particip. fœmin.* וְרוּחַ אֱלֹהִים מְרַחֶפֶת עַל־פְּנֵי הַמָּיִם, Geneſ. 1. verſ. 2., & ſpiritus Dei incubabat ſuperficiei aquarum, *ſcil.* כיונה מרחפת על בניה ואינה נוגעת quemadmodum co-

רָנַן Cecinit, cantavit, cantillavit, jubilavit, *& juxta multos* laudavit: *Item* vociferatus eſt, exclamavit, acclamavit: *Infinit.* בְּרָן־יַחַד quum canerent, *ſive* laudarent ſimul, Job. 38. verſ. 7., *Imper. fœm.* רֹנִּי exclama, vociferare, *ſive* jubila, canta, lauda, Thren. 2. v. 19., *&* וָרֹנִּי & jubila, canta, *ſive*, *juxta Vulgat.* lauda, Iſa. 12. verſ. 6. *Plur.* רָנּוּ שָׁמַיִם cantate, *ſive* laudate cœli, Iſa. 44. v. 23. *Futur. in* Schurek *loco* Cholem, יָרוּן cantabit, *& juxta Vulg.* laudabit, Prover. 29. v. 6. *Fœm.* וְתָרֹן & cantabit, jubilabit, *& juxta Vulg.*, aperta erit (lingua), Iſa. 35. v. 6. *Plural.* יָרֹנּוּ cantabunt, *ſive* laudent, exultent, Pſalm. 35. v. 27., וַיָּרֹנּוּ & acclamarunt, *ſive* laudaverunt, Levit. 9. v. 24. *Fœm.* תָּרֹנָּה, Prov. 1. v. 20., clamant, vociferantur, prædicant: *Buxtorſio tamen, aliiſque cum Vulg. eſt ſingulare cum* ה *paragog. Pih.* רִנֵּן: *Inde Præter. plural.* וְרִנְּנוּ & cantabunt, laudabunt, Jerem. 31. verſ. 12. *Infin.* רַנֵּן cantare, jubilare, *ſive* cantando, laudando, exultando, Pſalm. 132. verſ. 16., Iſa. 35. v. 2. *Imper. plural.* רַנְּנוּ cantate, jubilate, Pſalm. 33. verſ. 1. *Futur.* אֲרַנֵּן jubilabo, exultabo, Pſalm. 63. v. 8., וַאֲרַנֵּן & laudabo, Pſalm. 59. v. 17., תְּרַנֵּן *fœm.* cantabit, Pſal. 51. verſ. 16. *Plural. cum* ה *paragog.* נְרַנְּנָה jubilabimus, cantabimus, *ſive* cantemus, Pſalm. 20. v. 6., 95. v. 1., יְרַנְּנוּ jubilant, exultant, Pſalm. 84. verſ. 3., cantabunt, laudabunt, 1. Paral. 16. verſ. 33., *& fœm.* תְּרַנֵּנָּה jubilabunt, exultabunt, Pſalm. 71. v. 23. *Pyh. Futur.* לֹא־יְרֻנָּן non cantabitur, jubilabitur, Iſa. 16. v. 10. *Hiph. Imper. plur.* הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ, Deuter. 32. v. 43., cantate, *ſive* jubilate gentes, *&* populus ejus, *ita reddunt Buxtorſius, & quidam alii: At LXX. verterunt*, εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, *id eſt* lætamini gentes cum populo ejus: *Vulg. cum aliis habent*, laudate gentes populum ejus: *Sunt etiam, qui cum Aq., & Theod. vertunt*, exultate, laudate gentes, *quæ eſtis*, populus ejus: *Futur. abſque Jod*, אַרְנִן, Job. 29. verſ. 13., *jubilare faciam, ſive faciebam, i. e.* exhilarabam, *vel, juxta Vulg.*, conſolatus ſum: תַּרְנִין jubilare facies, exhilarabis, Pſalm. 65. v. 9. *Hithp. Particip.* כְּגִבּוֹר מִתְרוֹנֵן מִיָּיִן, Pſalm. 78. v. 65., ut potens

cantans,

cantans, ſive continuo, vel apud ſe vociferans ex vino, ita Buxtorfius, Joa. Simon, & quidam alii: At LXX., Aq., Vulg., aliique verterunt, tanquam potens crapulatus à vino.

רָנָן m. Inde plur. כְּנַף־רְנָנִים, Job. 39. verſ. 13., ala, ſive penna ſtruthionum, ita cum Vulg. multi: Magna tamen Recentiorum pars per τὸ רְנָנִים pavones, à cantu ſic dictos, deſignatos fuiſſe, arbitratur. Immerito tamen: nam, ut probat Bochartus Part. II. Lib. II. cap. XVI. de animal., hiſtoria tam ſacra, quam profana docet, pavonem ex India in Judæam, atque Arabiam primum fuiſſe allatum, diu poſt Jobi tempora: Cum autem Jobi ætate India fuerit inacceſſa, notum illi fuiſſe pavonem, aut ſui ævi Arabibus, parum veriſimile eſt; nec Deus potentiam, aut providentiam ſuam Jobo probavit a rebus eidem ignotis. Deinde dictio præcedens, videlicet כְּנַף, in ave nihil quidquam, quam alam ſignificat. Itaque רְנָנִים aves eſſe oportet, quæ vere alis exultent, aut quæ etiam in alis habeant exultandi materiam; at pavo non alarum, ſed caudæ oſtentatione gloriatur. Neque à cantu, veriſimile eſt, רְנָנִים dici pavones, quorum eſt ſtridor potius. Contra ſtruthionis, maxime fœminæ, vox canora, pennæ quam elegantes: alis etiam exultare eadem avis recte dicitur, cum illius alacritas ex alis tota pendeat. Quid Veteres de hac ipſa ſenſerint voce, non eſt cur dicam; maximum ſiquidem inter illos eſt diſſidium, quemadmodum idem Bochartus ex ſententiarum collatione oſtendit.

רְנָנָה fœm. Cantus, cantio, jubilum, laus, Job. 3. verſ. 7., בִּרְנָנָה in jubilo, ſive in exultatione, Pſalm. 100. v. 2. Conſtr. רִנְנַת רְשָׁעִים, Job. 20. verſ. 5., cantus, jubilum, laus impiorum: Plur. וְשִׂפְתֵי רְנָנוֹת, Pſalm. 63. v. 6., & labiis cantionum, ſive exultationum.

רֹן maſc. Jubilum, cantus, cantatio: Inde plur. conſtr. רָנֵּי פַּלֵּט תְּסוֹבְבֵנִי, Pſalm. 32. v. 7., cantionibus, ſive clamoribus liberandi, id eſt liberationis, circumdas me, ita Buxtorfius, Pagninus, aliique: At LXX. ſunt interpretati, τὸ ἀγαλλίαμά μου λύτρωσαί με ἀπὸ τῶν κυκλωσάντων με, i. e., ut etiam habet Vulg., exultatio mea erue me a circumdantibus me. Legerunt propterea רָנִּי, & τὸ פַּלֵּט acceperunt

perunt in Imperativo, atque, pro מְסוֹבְבַי, legerunt מֵם סְבָבַי, ita ſcilicet, ut סוֹבֵב fuerit eiſdem Partic. in Kal, & מ ab initio præpoſitio de, ſive ab.

רִנָּה *fœm. Eſt*: I. Cantus, cantio, jubilum, lætitia, Pſalm. 30. v. 6., 42. v. 5., *&c.* II. Clamor, vociferatio, *ut* וַיַּעֲבֹר הָרִנָּה, 1. Reg. 22. verſ. 36., & tranſivit clamor, *id eſt, juxta Hebræos*, קוֹל הָרִנָּה vox clamoris, *id eſt* præconis clamantis: הָרִנָּה cum, *ſive* in cantu, jubilo, laudatione, exultatione, 2. Paral. 20. verſ. 22., Pſalm. 105. verſ. 43., *&c. Cum affix.* הַקְשִׁיבָה רִנָּתִי, Pſalm. 17. v. 1., attende ad clamorem meum: לְרִנָּתִי ad clamorem meum, Pſal. 88. v. 3., רִנָּתָם clamor eorum, Pſal. 106. v. 44., Jerem. 14. v. 12., בָּאֳנִיּוֹת רִנָּתָם, Iſa. 43. v. 14., in navibus cantus, *ſive* jubilum ipſorum: *Vulgat. vertit*, in navibus ſuis gloriantes.

רִנָּה Rinnáh, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 4. v. 20.

רִסָּה Riſſáh, *nom. propr. loci, in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael*, Numer. 33. v. 21.

רֶסֶן *m.* Lupatum, frænum, Pſalm. 32. v. 9. *Et metonymice, juxta quoſdam, eſt pars oris, ſcil.* maxilla, *ut* Job. 41. verſ. 5. *Item metaphorice ſymbolum eſt* coercitionis, *ut* Job. 30. verſ. 11., Iſa. 30. v. 28. *Rabbini plerumque volunt, τὸ* רֶסֶן *eſſe* ferrum *ori equi inditum*: *Aliud vide infra, nom. ſcil. propr. Cum affix.* בְּכֶפֶל רִסְנוֹ מִי יָבוֹא, Job 41. v. 5., in duplum, *ſive* duplicatum maxillæ ejus, *i eſt* in utramque maxillam ejus quis pertingat? *Vulgat. habet*, & in medium oris ejus quis intrabit?

רֶסֶן Réſen, *nomen propr. urbis Babyloniæ percelebris*, Gene 10. verſ. 12.

רָסַס Aſperſit, conſperſit: *Infin.* לָרֹס אֶת־הַסֹּלֶת ad conſpergendum ſimilam, *& juxta Vulgat. poſt LXX.*, ut miſceatur ſimilæ, Ezech. 46. v. 14.

רָסִיס *m. Inde plur.* רְסִיסִים conſperſiones, ſtillæ, guttæ, *ex rore conflatæ*: *Item ex uſu Chald.*, fragmenta, ſciſſuræ, rupturæ, ruinæ: *Nam τὸ* רסס *Chaldæis ſonat*, rupit, confregit; *& Intranſitive* ruptus eſt: וְהִכָּה הַבַּיִת הַגָּדוֹל רְסִיסִים, Amoſ. 6. verſ. 11., & percutiet domum magnam ruinis, *ſive* rupturis, *aut* fractutis: *Conſtr* קְוֻצּוֹתַי רְסִיסֵי לָיְלָה cincinni

cinni mei guttis, *ſive* ſtillis, aſperſionibus noctis (pleni), Cant. 5. v. 2.

רְעַ *Chald.* infra, ſubtus; *ſemper autem cum ſervili litera: Sed* רַע *vide ſupra pag* 1415., & רֵעַ *pag.* 1417., *vide & infra poſt* רָעָה: לְרַע לְאַרְעָא infra terram, Eccl. 3, v. 21. *Et cum ſervili* א *ab initio, & altero in fine redundante*, אֲרַעָא מִנָּךְ, Daniel. 2. v. 39., inferius te, *id eſt demiſſius, ac humilius tuo regno: Alia vide ſub litera* א *pag.* 67.

אֲרַעָא *Vide mox ſupra in* רַע *Chald.*, & *ſub litera* א *pag.* 67.

רְעוּאֵל *Vide infra pag.* 1456.

רָעֵב Eſurivit: *Præter.* אִם־רָעֵב שֹׂנַאֲךָ ſi eſurierit odio habens te, Proverb. 25. v. 21., וְרָעֵב & eſuriet, Iſa. 8. verſ. 21., 9. verſ. 19. *Quibuſdam utrobique eſt nomen, eſuriens ſcil.*, famelicus, *quod vide infra: Plur.* וְרָעֵבוּ & eſurierunt, Pſalm. 34. v. 11. *Futur.* אִם־אֶרְעַב ſi eſuriero, Pſalm. 50. verſ. 12., יִרְעַב, Iſa. 8. v. 21., & *in pauſa* יִרְעָב, Prov. 6. v. 30., & *fœm.* תִּרְעַב, Prover. 19. verſ. 15., eſuriet; וַתִּרְעַב & eſuriit, *ſive* fame laboravit, Geneſ. 41. v. 55. *Plur. in pauſa* נִרְעָב eſuriemus, Jerem. 42. v. 14., תִּרְעָבוּ eſurietis, Iſa. 65. v. 13., יִרְעָבוּ eſurient, Iſa. 49. verſ. 10. *Hiph. Futur.* לֹא יַרְעִיב non ſinet eſurire, Prover. 10. v. 3., & *cum affix.* וַיַּרְעִבֶךָ & eſurire fecit te, Deut. 8. v. 3.

רָעֵב *maſc.* Eſuriens, famelicus: עַם רָעֵב populus famelicus, 2. Sam. 17. verſ. 29. *Alia vide ſupra in verbo: Sed* רָעָב *vide infra poſt hanc dictionem: Cum præfix.* הָרָעֵב eſuriens, Iſa. 29. v. 8., לָרָעֵב, Ezech. 18. vv. 7. 16., & לְרָעֵב, Iſa. 58. vv. 7. 10., eſurienti; וּמֵרָעֵב & a famelico, eſuriente, Job. 22. v. 7. *Plural.* רְעֵבִים famelici, eſurientes, Pſalm. 107. verſ. 5., כִּי רְעֵבִים אֲנַחְנוּ quia famelici nos, 2. Reg. 7. verſ. 12., לָרְעֵבִים eſurientibus, Pſalm. 146. v. 7. *Fœm.* וְנֶפֶשׁ רְעֵבָה כָּל־מַר מָתוֹק & animæ famelicæ omne amarum dulce eſt, Prover. 27. v. 7.

רָעָב *maſc.* Fames, cibi penuria, Geneſ. 12. verſ. 10., &c. *Cum præfix.* הָרָעָב fames, Geneſ. 12. verſ. 10., בָּרָעָב, Geneſ. 41. v. 36., & בְּרָעָב, Deuter. 28. v. 48., fame, in fame, penuria; לָרָעָב fami, ad famem, 2. Regum 8.

 verſ. 1.,

verſ. 1., Jerem. 15. verſ. 2., מֵרָעָב à fame, Ezech. 12. verſ. 16. *Cum affix.* לִרְעָבָם in fame eorum, Nehem. 9. verſ. 15.

רְעָבוֹן *m.* Fames: וֹן *in fine additum quibuſdam eſt ſignum diminutionis, redditurque* fames, *ſive* rei frumentariæ penuria parva: *Aliis vero, & quidem rectius, eſt ſignum augmenti, redditurque* fames magna: וּבִימֵי רְעָבוֹן & in diebus famis, Pſalm. 37. verſ. 19. *Conſtr.* הָבִיאוּ שֶׁבֶר רַעֲבוֹן בָּתֵּיכֶם, Geneſ. 42. v. 19., afferte annonam, *ſive* frumentum famis, *i. e.* pro fame, in domos veſtras: וְאֶת־רַעֲבוֹן בָּתֵּיכֶם קְחוּ, Geneſ. 42. v. 33., & famem domorum veſtrarum tollite, *id eſt* alimentum, *quo* domus veſtræ deſtituuntur; *vel eſt defectiva locutio, videl. pro* שֶׁבֶר רַעֲבוֹן, *id eſt* frumentum pro fame.

רָעַד Tremuit: *Futur. in pauſa* וַתִּרְעָד & tremit illa, Pſal. 104. verſ. 32. *Hiph. Partic.* עָמַדְתִּי מַרְעִיד ſteti tremens, Dan. 10. v. 11. *Plur.* מַרְעִידִים trementes, Eſdr. 10. verſ. 9.

רַעַד *m.* Tremor: יֹאחֲזֵמוֹ רָעַד apprehendit eos tremor, Exod. 15. v. 15. *Fœm.* רְעָדָה אֲחָזָתַם tremor comprehendit eos, Pſalm. 48. v. 7. *Cum præfix.* בִּרְעָדָה cum tremore, Pſal. 2. verſ. 11.

רְעוּאֵל Rehhuél, *& juxta Vulg.* Raguel, Rahuel, *nom. propr. virorum*, Geneſ. 36. v. 4., Exod. 2. v. 18., 1. Paral. 9. verſ. 8.

רָעָה Sociavit, conſociavit, congregavit, *& quidem ſpecialim*, gregem ad paſtum: *Unde* paſtum egit, pavit, depavit: *Et metaphorice, atque intranſitive* ſociavit, *ſive* aſſociavit, conſociavit ſe, ſocium, amicum præbuit ſe, *ut inter greges ſimul* paſcentes *mutua eſt* ſocietas, *&* amicitia: *Item* pavit ſe, paſtus eſt. *Significat etiam metaphorice*, rexit, curavit; *item* oblectatus, delectatus eſt: *Aliis in ſenſibus vide ſupra in* רוע, *præcipue inter ejuſdem nomina*; *& infra in* רֵעַ. *Præter.* וְרָעָה & paſcet, Jerem. 50. verſ. 19., Ezech. 34. verſ. 23., Mich. 5. verſ. 4., רָעָתִי *dictio compoſita, quam vide in nomine* רָעָה *pag.* 1416., *ſed* רָעִיתִי *vide infra in nomine* רַעְיָה: רָעִיתִי; *unde cum affix.* וּרְעִיתִים & paſcam eos, Ezech. 34. verſ. 13.

Plur.

Plur. רָעוּ paverunt, paſcebant, paſcent, depaſcent, Jerem. 6. verſ. 3., Ezech. 34. v. 8., *&c.*, רֵעֵהוּ *dictio eſt compoſita, quam vide infra in nomine* רֵעֶה; *ſed* וְרָעוּ, *quod apud* Jerem. 11. v. 6., *vide in* רָעַע: *Et cum affix.* וְרָעוּם & paſcent eos, Jerem. 23. verſ. 4. *Partic.* רֹעֶה paſcens, Exod. 3. v. 1., *&* *ſubſtantive* paſtor, Numer. 27. v. 17. *Item* conſocians ſe, aſſocians ſe, amicus; Proverb. 13. verſ. 20., *ſic, juxta Buxtorfium, &* Job. 24. v. 21, *at Hebræi reddunt*, conterit, confregit, *ex ſignificatione verbi* רעע; *Vulgat. vero, & alii vertunt*, qui paſcit, pavit, paſcens: *Conſtr.* רֹעֵה צֹאן paſtor ovium, Geneſ. 4. v. 2., *& cum* Jod *paragog., propter quod abjecta tertia radicali* ה, *ita ſcil.*, רֹעִי paſtor, Zach. 11. verſ. 17., *ſic, juxta quoſdam, hoc aliud*, כְּאֹהֶל רֹעִי ſicut tentorium, *ſive* tabernaculum paſtoris, Iſa. 38. verſ. 12., *ubi tamen quidam cum Vulgat. putant, deeſſe* ם *finale, atque in plurali legendum* רֹעִים: *Aliud* רֹעִי, *cum affix. ſcilicet, vide paullo poſt. Cum præfix.* הָרֹעֶה qui paſcit, Geneſ. 48. v. 15., *item* paſtor, Jerem. 43. v. 12., כְּרֹעֶה ſicut paſtor, Iſa. 40. verſ. 11., לְרֹעֶה in paſtorem, Ezech. 34. v. 23., מֵרֹעֶה à paſtore, Eccleſ. 12. verſ. 11., לֹא־אַצְתִּי מֵרֹעֶה אַחֲרֶיךָ, Jerem. 17. v. 16, non urſi, *ſive* non feſtinavi ab *eſſendo* paſtorem, *vel* nè *eſſem* paſtor poſt te, *id eſt ſecundus à te, perſonam tuam gerens; vel eſt ellipſis verbi, ſcil.* poſt te *ambulans*, ſectans te, obſequens tibi; *Vulg. vertit*, non ſum turbatus, te paſtorem ſequens: *Conſtr.* רֹעֵה צֹאן paſtor ovium, Gen. 4. v. 2. *Cum affix.* רֹעִי, Pſal. 23. v. 1., paſtor meus, *ſive* qui paſcit, regit me: *Aliud vide ſupra; vide etiam infra ſuo loco inter nomina*: *Plur.* רֹעִים paſcentes, qui paſcunt, Gen. 37. v. 13., וּבְנֵיכֶם יִהְיוּ רֹעִים בַּמִּדְבָּר, Num. 14. v. 33., & filii veſtri erunt paſtores, *id eſt* inſtar paſtorum vagantes in deſerto: מְלֹא רֹעִים multitudo paſtorum, Iſa. 31. verſ. 4., *& metaphorice* doctores, principes, duces *populi*, Jerem. 2. v. 8., 3. v. 15. *Cum præfix.* הָרֹעִים paſtores, Exod. 2. v. 17., לָרֹעִים paſtoribus, Ezech. 34. v. 2. *Conſtr.* רֹעֵי paſtores, Geneſ. 13. v. 7. *Cum affix.* וּבֵין רֹעַי & inter paſtores meos, Geneſ. 13. verſ. 8., וּבֵין רֹעֶיךָ & inter paſtores tuos; Geneſ. 13. v. 8., רֹעֶיךָ paſtores tui,

Jerem. 22. verſ. 22., רֹעֵיהֶם paſtores illorum, Jerem. 50. verſ. 6. *Fœm.* רֹעָה paſcens, Geneſ. 29. verſ. 9. *Aliud vide infra in* רעע: *Plur.* רֹעוֹת paſcentes ſe, Job. 1. verſ. 14. *Infin. conſtr.* לִרְעוֹת ad paſcendum, Geneſ. 37. verſ. 12., מֵרְעוֹת à paſcendo, *id eſt* ne paſcant, Ezech. 34. v. 10., *&* *cum affix.* בִּרְעֹתוֹ, Geneſ. 36. verſ. 24., cum paſceret ipſe: *Imper.* רְעֵה paſce, Mich. 7. verſ. 14., Zachar. 11. verſ. 4., paſce te, oblecta te, *ſive*, *juxta Vulg.*, paſceris, Pſalm. 37. v. 3., *& cum affix.* וּרְעֵם & paſce, *ſive* rege eos, Pſalm. 28. v. 9. *Fœm.* וּרְעִי & paſce, Cant. 1. v. 8. *Aliud* רְעִי, *&* רֵעִי *vide infra inter nomina ſuis propriis locis*. *Plur.* רְעוּ, Geneſ. 29. v. 7., paſcite; *Eſt & nom. propr.*, *quod vide infra*: *Sed* רֹעוּ, Iſa. 8. v. 9., conſociamini, congregamini, *juxta Vulg.*, *Chaldæum*, *R. Salomonem*, *& quoſdam alios*: *Vide etiam in* רעע: *Futur.* אֶרְעֶה paſcam, Geneſ. 30. verſ. 31., וָאֶרְעֶה & pavi, Zach. 11. verſ. 7., *& cum affix.* אֶרְעֶנָּה paſcam eam, Ezech. 34. v. 16., תִּרְעֶה paſces, 2. Sam. 5. v. 2., *ſed cum affix.* תְּרֹעֵם *vide infra in* רעע: יִרְעֶה oblectat ſe, oblectatur, Prover. 15. v. 14., paſcet, Iſa. 40. v. 11., Ezech. 34. v. 23., *item* paſcet ſe, Iſa. 27. v. 10., 30. v. 23., *& per apocopen* יֵרַע, Job. 20. v. 26., depaſcet, conſumet, *juxta Joa. Simonem*, *& quoſdam alios*: *At Vulg.*, *hoc referens ad* רוּעַ, *vertit*, affligetur: *Et cum affix.* יִרְעֵם paſcet, depaſcet eos, Pſalm. 49. v. 15., Hoſe. 4. v. 16., 9. v. 2., תִּרְעֶה־רוּחַ, Jerem. 22. verſ. 22., paſcet ventus: *Plural.* תִּרְעוּ paſcebatis, Ezech. 34. v. 3., יִרְעוּ paſcent, Ezech. 34. vv. 2. 10., paſcent ſe, paſcentur, Iſa. 49. verſ. 9., 65. v. 5., Mich. 7. v. 14., Soph. 3. verſ. 13., paſcunt, *id eſt* erudiunt, Proverb. 10. verſ. 21., paſcant ſe, paſcantur, Exod. 34. v. 3., וַיִּרְעוּ & paverunt, paſcebant, Ezech. 34. v. 8., *& cum* Nun *paragog.* יִרְעוּן paſcentur, Soph. 2. v. 7. *Fœm.* תִּרְעֶינָה paſcentur, Iſa. 11. verſ. 7., וַתִּרְעֶינָה & paſcebantur, Geneſ. 41. verſ. 2. *Pih. præter.* אֲשֶׁר רֵעָה לוֹ quem conſociaverat ſibi, Jud. 14. verſ. 20. *Hiph. futur. cum affix.* וַיִּרְעֵם & pavit eos, Pſalm. 78. verſ. 72., *ubi quædam exemplaria habent* Chirek *ſub* Jod, *quaſi ex Kal. Hithp. futur.* תִּתְרָעֶה, *ſed occurrit cum apoco-*

pa,

pa, *ita ſcil.*, אַל־תִּתְרַע אֶת־בַּעַל אָף, Prover. 22. v. 24., ne amicitiam colas, *ſive* ne conſocies, *vel* aſſocies te cum domino iræ, *id eſt* iracundo.

רָעָה *m.* Mala, malum *vide ſupra pag.* 1416.

רֹעָה *f.* Fractus, fractio, *&c. vide infra poſt* רעע: *Aliud vide ſupra in Partic.*, *& Inſin. verbi* רָעָה.

רֹעֶה *m.* Paſtor, paſcens, *vide ſupra in eodem Particip. verbi* רָעָה: *vide etiam, quæ mox ſequuntur.*

רֵעֶה Amicus, ſocius, *arcte ſcil.* junctus: *Conſtr.* רֵעֶה דָוִד, 2. Sam. 16. v. 16., amicus Davidis; *& in ſtatu abſoluto pro conſtr.* רֵעֶה דָוִד amicus Davidis, 2. Sam. 15. v. 37., *item* רֵעֶה הַמֶּלֶךְ amicus regis, 1. Reg. 4. v. 5., *item alia forma* וְרֵעֶה אָבִיךָ, Prover. 27. v. 10., *ubi Maſſora monet legendum*, רֵעַ, & amicus patris tui: *Cum præfix.* מ, *ita ſcil.* מֵרֵעֶה, *&* מֵרֵעִית *vide infra ſuis in locis*: *Cum affix.* רֵעֵהוּ ſocius, amicus, proximus ejus, *vel* ſuus, Geneſ. 11. vv. 3. 7., Exod. 18. verſ. 16., *&c. Sed* בְּעַד רֵעֵהוּ, Job. 42. v. 10., *eſt plur.*, pro amicis ſuis; *ibi enim, ut notant eruditi, deficit* Jod י multitudinis *ſignum*: בְּרֵעֵהוּ in proximum, in amicum ſuum, Jud. 7. v. 22., 2. Paralip. 20. verſ. 23., לְרֵעֵהוּ amico, proximo ſuo, Exod. 18. v. 7., *&c. Sed* לְרֵעֵהוּ, 1. Sam. 30. v. 26., *eſt Plur.*, *deficiente* Jod, amicis, proximis ſuis: מֵרֵעֵהוּ a ſocio, *ſive* amico, proximo ſuo, Proverb. 12. v. 26., 19. v. 4., Jerem. 9. verſ. 3., *aliud vide infra in nomine* מֵרֵעָה: מֵרֵעָהּ ab amico ſuo, Jerem. 3. verſ. 20. *Plural.* רֵעִים *vide infra in* רֵעַ: *Conſtr.* רֵעֵי ſocii, amici, Job. 2. verſ. 11. *Cum affix.* רֵעַי amici mei, Job. 16. verſ. 20., רֵעֶיךָ, Job. 35. verſ. 4., *&* רֵעַיִךְ, Ezech. 22. verſ. 12., amici tui, proximi tui: לְרֵעֶיךָ, 2. Sam. 12. v. 11., proximis tuis: רֵעָיו, Job. 32. verſ. 3., *&* רֵעֶיהָ, Thren. 1. verſ. 2., amici ejus: עִם־רֵעֵיהֶם cum amicis, *ſive* proximis ſuis, Pſalm. 28. verſ. 3.

רֵעָה *f.* Socia, amica, proxima: *Plur. cum affix.* וְרֵעיֹתַי, Jud. 11. v. 37., & ſociæ, *ſive* ſodales meæ; *notat ibi Maſſora legendum cum* Vau, *ita ſcilicet* וְרֵעוֹתַי: רֵעוֹתֶיהָ ſociæ, *vel* proximæ ejus, Jud. 11. v. 38., Pſalm. 45. v. 15.

רֵעֶה *m. Vide ſupra in* רֵעֶה.

רֵעַ *m.* *Eſt*: I. Amicus, ſocius, proximus, 2. Samuel. 13. verſ. 3., 1. Paral. 27. verſ. 33., Jerem. 9. v. 3., *&c.* *Cum præfix.* הָרֵעַ qui amicus, Proverb. 17. v. 17., בְּרֵעַ amico, Mich. 7. v. 5., כְּרֵעַ quaſi amicus, *ſive* proximus, Pſalm. 35. v. 14. *Cum affix.* רֵעִי amicus meus, Job. 31. verſ. 9., Cantic. 5. verſ. 16. *Sed* רֵעִי *vide infra ſuo loco*: רֵעֲךָ, *& in pauſa* רֵעֶךָ, amicus, ſocius, proximus tuus, Exod. 2. verſ. 13., 20. verſ. 17., *&c.* בְּרֵעֲךָ, Exod. 20. verſ. 16., *& in pauſa* בְּרֵעֶךָ, Prov. 24. verſ. 28., contra proximum tuum: לְרֵעֲךָ, *&* לְרֵעֶךָ proximo tuo, Exod. 20. verſ. 17., *&c.*, רֵעוֹ ſocius, amicus, proximus ejus, Jerem. 6. verſ. 21. *Aliud* Job. 33. v. 33. *vide ſupra pag.* 1436. *Plural.* רֵעִים amici, ſocii, Job. 17. verſ. 5., *ſed cum præfix.* מ, מֵרֵעִים *vide infra in* מֵרֵעַ: *Conſtr.* רֵעֵי, *& cum variis affix. vide ſupra in* רֵעָה: *Eſt* II. Cogitatio, voluntas, *ex uſu ſcilicet linguæ Chaldaicæ*: *Cum affix.* בַּנְתָּה לְרֵעִי intelligis, *ſive* intellexiſti cogitationem meam, Pſal. 139. v. 2. *Plur. cum affix.* מַה־יָּקְרוּ רֵעֶיךָ אֵל, Pſal. 139. verſ. 17., quam pretioſæ cogitationes tuæ, Deus, *ita reddunt Buxtorfius, Pagninus, & alii non pauci*: *At LXX., Vulg., Hieronymus, aliique* τὸ רֵעֶיךָ *derivarunt à* רָעָה *Hebr.* pavit, ſociavit; *ac propterea ſunt interpretati*, nimis honorati ſunt amici tui, Deus: *Eſt* III. רֵעַ vociferatio, *quo in ſenſu vide ſupra pag.* 1436.

רַע *m.* Amicus, proximus: *Item* malus, *&c.*, *quo quidem in ſenſu vide ſupra pag.* 1415. *Cum præfix.* לְהָרַע proximo, Pſalm. 15. v. 4. *Sed* מֵרַע, *&c. vide ut ſupra pag.* 1416.

רֵיעַ *m.* Amicus: *Inde cum affix.* עַל־רֵיעֲכֶם contra amicum veſtrum, Job. 6. v. 27., *ubi tamen, ut notant eruditi*, Jod *redundat*.

רְעוּ Rehhú, *& juxta Vulg.* Reu, *&* Regau, *nom. propr. viri*, Geneſ. 11. v. 18., 1. Paral. 1. v. 25.

רְעוּאֵל Rehhuél, *nom. propr. vide ſupra pag.* 1456.

רֹעִי *m.* Paſtoralis, paſtorale, Iſa. 32. v. 12.

רְעִי *m.* Paſcuum, paſtio, paſtus: *Unde* בָּקָר רְעִי, 1. Reg. 4. verſ. 23., boves paſtus, *id eſt* qui paſcuntur, *ſive, juxta LXX.*, βόες νομάδες, *id eſt, ut habent & Vulg., & alii*, boves paſcuales.

רֵעִי Rebhi, & juxta Vulg. Rei, nom. propr. viri, 1. Reg. 1. verſ. 8.

רַעְיָה fœm. Socia, amica, dilecta: Cum affix. רַעְיָתִי amica mea, Cant. 1. verſ. 9. Plur. cum affix. רֵעיֹתָי ſociæ, ſive ſodales meæ, Jud. 11. verſ. 37. Vide ſupra in רֵעָה pag. 1459.

רְעוּת f. Eſt: I. Amica, proxima: Cum affix. מֵאֵת רְעוּתָהּ à proxima ſua, Exod. 11. verſ. 2., לִרְעוּתָהּ proximæ ejus, Eſth. 1. v. 19. II. Afflictio, depaſtio, conſumtio, abſumptio, quæ quidem ſignificatio eſt à רָעַע conterere; unde Chaldæus reddit, תְּבִירָא confractio: Occurrit autem Eccleſ. 1. verſ. 14., 2. vv. 17. 26., 4. vv. 4, 6., 6. verſ. 9. III. רְעוּת Chald. eſt voluntas, ſive decretum, placitum, Eſdr. 5. v. 17., & cum præfix. כִּרְעוּת אֱלָהֲכֹם juxta voluntatem Dei veſtri, Eſdr. 7. v. 18.

רַעְיוֹן m. Afflictio, depaſtio, conſumtio, abſumptio, & quidem totalis, propter terminationem augmentativam, ut aliqui cum Joa. Simone arbitrantur: רַעְיוֹן רוּחַ afflictio ſpiritus, Eccl. 1. v. 17., 4. v. 16. Aliud in ſenſu Chald. vide mox infra: Cum præfix. וּבְרַעְיוֹן לִבּוֹ & afflictione cordis ſui, Eccleſ. 2. v. 22.

רַעְיוֹן m. Chald. cogitatio: Plur. conſtr. וְרַעְיוֹנֵי לִבְבָךְ & cogitationes cordis tui, Dan. 2. v. 30. Cum affix. רַעְיוֹנָךְ cogitationes tuæ, Dan. 2. v. 29., רַעְיוֹנַי יְבַהֲלֻנַּנִי cogitationes meæ perturbant me, Daniel. 7. v. 28., וְרַעְיֹנֹהִי & cogitationes ejus, Dan. 4. v. 16.

מֵרֵעַ maſc. Amicus, ſocius, ſodalis: Cum affix. לְמֵרֵעֲךָ amico tuo, Jud. 15. verſ. 2., מֵרֵעֵהוּ amicus ejus, Geneſ. 26. verſ. 26., לְמֵרֵעֵהוּ ſodali ſuo, Jud. 14. verſ. 20. Et מ cum Scheva, juxta aliquos codices, מְרֵעֵהוּ רָחֲקוּ quiſque ſociorum ejus procul abſunt ab illo, Prover. 19. verſ. 7. Notat ibidem Buxtorfius, quod poteſt plurale eſſe, per defectum literæ Jod ante affixum: Plur. מֵרֵעִים ſocii, ſodales, Jud. 14. v. 11. Vide ſupra in רוע pag. 1415., 1416.

מֵרַע & מֵרָע Vide ſupra in רוּעַ pag. 1415., 1416.

מִרְעֶה maſc. Paſcuum, locus ſcil., ubi paſcitur pecus, Geneſ. 47. verſ. 4., &c. Conſtr. מִרְעֵה עֲדָרִים paſcuum gregum, Iſa. 32. v. 14. Cum præfix. הַמִּרְעֶה paſcuum, Ezech. 34. v. 18.,

v. 18., בְּמִרְעֶה in paſcuo, Ezech. 34. v. 14. *Cum affix.* מִרְעֵהוּ paſcuum ejus, Job. 39. v. 8. *Plur. cum affix.* וְיֶתֶר מִרְעֵיכֶם & reliquum paſcuorum veſtrorum, Ezech. 34. verſ. 18.

מַרְעִית *fœm.* Paſcuum: *Occurrit autem cum affix.*, *&* *præfix.* מַרְעִיתִי (grex) paſcui mei, Jerem. 23. v. 1., Ezech. 34. verſ. 31., מַרְעִיתֶךָ (oves) paſcui tui, Pſalm. 74. v. 1., 79. verſ. 13., עַם מַרְעִיתוֹ populus paſcui ejus, Pſalm. 95. verſ. 7., מַרְעִיתָם paſcuum ipſorum, Iſa. 49. v. 9., Jerem. 25. v. 36., *ſed apud eundem* cap. 10. verſ. 21. *metonymice uſurpatur, atque reddendum* grex ipſorum, *ſcilicet* in paſcuo: כְּמַרְעִיתָם juxta paſcuum ſuum, *ſive* ipſorum, Hoſe. 13. v. 6.

רעל Horruit, tremuit. *Hoph. præterit. plural. in pauſa* הָרְעָלוּ, Nahum. 2. v. 4., *Buxtorfius reddit*, horride agitatæ ſunt, *ſive* tremere factæ ſunt; *Alii cum Joa. Simone vertunt*, tremulo motu agitatæ, *vel* quaſſatæ ſunt; *Vulgat. habet*, conſopiti ſunt: תַּרְעֵלָה *vide infra inter nomina*.

רַעַל *m. Quæ dictio variè a diverſis redditur: Occurrit autem* Zach. 12. v. 12. *ita*, סַף־רַעַל, *Buxtorfio*, *&* *quibuſdam aliis eſt* pelvis, *ſive* calix horroris, *vel* ſtuporis; *multis vero aliis eſt* calix tumulentiæ, ebrietatis: *LXX. ſunt interpretati*, ſicut ſubliminaria, quæ *ingredientibus ebriis* commoventur, *ſive* commoveri *videntur*: *Vulg. habet* ſuperliminare crapulæ. *Alii tandem vertunt* poſtem contritionis, *ad quem impingentes os frangunt*.

רְעָלָה *f. Inde plur.* וְהָרְעָלוֹת, Iſa. 3. v. 19., bracteolæ, *quæ* collaribus, vittis, *ac* peplis *muliebribus addi ſolent*; *ſic dictæ, quod ſemper* tremulæ *appareant*. *Synecdochice* peplum, velum, *quo faciem velant*, *&* bracteolis *ornatum eſſe ſolet*: *tenue etiam, ac facile* mobile, *ac* tremulum, *hactenus Buxtorfius*: *LXX. reddunt*, καὶ τὸ κάθεμα & monile: *Vulgat. habet*, & mitras; *alii vertunt* & armillas.

רְעֵלָיָה Rehhelaia, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 2.

תַּרְעֵלָה *fœm.* Horror, tremor, vertigo, *q. d.* concuſſio ſui, *juxta Buxtorfium, Joa. Simonem*, *&* *alios quoſdam*: *Occurrit ita* Pſalm. 60. v. 5., יַיִן תַּרְעֵלָה vinum horroris; *Paginus autem reddit* vinum ſoporiferum; *&* *Vulg.* (potaſti

nos)

rſs) vino compunctionis: *Cum præfix.* כּוֹס הַתַּרְעֵלָה calix ſoporis, *juxta Vulg.*, Iſa. 51. vv. 17. 22.

רָעַם Commotus, perculſus eſt, fremuit, *ſpeciatim* præ ira: *Item* tonuit, intonuit, perſtrepuit, perſonavit, *q. d.* commotionem fecit, aerem commovit, *ſive* concuſſit: *Præter. plur.* רָעֲמוּ פָּנִים, Ezech. 27. verſ. 35., percelluntur vultu, *juxta Buxtorſium*; *At alii vertunt*, commotæ ſunt, tremuerunt, *vel potius* expalluerunt faciebus; *Vulg. habet*, mutaverunt vultus: *Futur.* יִרְעַם הַיָּם, 1. Paralip. 16. v. 32., Pſalm. 96. v. 11., 98. v. 7., perſtrepet, intonet, commoveatur mare: יָרֹעַם *dictio compoſita*, *quam vide ſupra in* רָעָה: תְּרֹעֵם *dictio item compoſita*, *quam vide infra in* רָעַע: רָעוּם *vide in* רָעָה. *Hiph. præter.* אֵל הַכָּבוֹד הִרְעִים Deus gloriæ intonuit, Pſalm. 29. verſ. 3 *Infin. cum affix.* בַּעֲבוּר הַרְּעִמָהּ, 1. Sam. 1. v. 6., *ubi Dageſch forte inſolitum in* ר *ad vehementem affectum deſignandum*, *uti ſcribit Jo. Simon*, *redditurque à Buxtorfio*, *aliiſque*, ut ad fremitum, *ſive* indignationem commoveret, *vel* irritaret eam; *Vulg. vertit*, ut exprobraret: *Futur.* תַרְעֵם tonabis, tonas, Job. 40. v. 9., יַרְעֵם intonabit, tonabit, 1. Sam. 2. v. 10., 2. Sam. 22. v. 14., Job. 37. v. 4., וַיַּרְעֵם & intonuit, 1. Sam. 7. verſ. 10., Pſalm. 18. verſ. 14. *Aliud vide in Hiph. verbi* רָעָה *pag.* 1458.

רַעַם *maſc.* Tonitru, tremulus motus aëris: רַעַם שָׂרִים, Job. 39. v. 25., tonitru principum, *ſive* ducum, *juxta Buxtorſium*, *alioſque*; *Vulg. habet* exhortationem, *&* *Pagninus* tumultum ducum: בְּרַעַם in tonitruo, Iſa. 29. v. 6. *Cum affix.* קוֹל רַעַמְךָ vox tonitrui tui, Pſalm. 77. v. 19.

יְרַעֵם *Dictio compoſita*, *quam vide ſupra in Imper. verbi* רָעָה.

רַעְמָה *f.* Fremitus, *vel* ſonus tremulus, *&* *de* equo, hinnitus, Job. 39. v. 19. *Sunt*, *qui cum Bocharto per τὸ* רַעְמָה jubam colli *intelligunt*.

רַעְמָה Rahhmáh, *&* *juxta Vulgat.* Regma, *nom. propr. viri*, Geneſ. 10. v. 7., *item regionis*, *quæ a Vulgat. appellatur* Reema, Ezech. 27. v. 22.

רַעַמְיָה Rahhamjáh, *nom. propr. viri*, Nehem. 7. v. 7.

רַעְמְסֵס Rahhmeſés, *&* *juxta Vulgat.* Rameſes, Geneſ. 47. v. 11., *nom. peculiare illius Ægypti regis*, *quo rerum potien-*

te,

te; Iſraelitæ in eandem Ægyptum venerunt, ut cenſet Marſhamus, vel alterius regis, cujus tyrannide iidem Iſraelitæ oppreſſi ſunt, quemadmodum alii opinantur. Inde nom. urbis in regione Geſſen in extremis Ægypti finibus ab Iſraelitis conditæ, vel novis ſaltem acceſſionibus auctæ, Exod. 1. v. 11., 12. v. 37., Num. 33. v. 3.

רַעְיוֹן *Vide ſupra pag.* 1461.

רַעְנַן Viruit. *Verbum eſt pluriliterum, Conjugationi Pihel reſpondens. Præter. fœm. in pauſa* וְכִפָּתוֹ לֹא רַעֲנָנָה, Job. 15. v. 32., & ramus ejus non vireſcet: *Vulg.* כִּפָּה *ſumpſit pro* כַּף; *unde vertit*, & manus ejus areſcent.

רַעֲנָן *m.* Virens, viridis; *LXX. autem, Aq., Sym., Theod. eſt quandoque* δασὺς denſus, conſitus; *& Vulg.* frondoſus: עֵץ רַעֲנָן arbore viridi, *ſive* frondoſa, Deuter. 12. v. 2., כְּאֶזְרָח רַעֲנָן, Pſalm. 37. verſ. 35., ut laurus virens: *Sed LXX. notiorem metaphoram uſurpantes verterunt* ſicut cedros Libani; *Nam, ut notat Genebrardus, in monte Libano ſylva erat cedrorum ingentium, toto orbe conſpicua:* כְּזַיִת רַעֲנָן ſicut olea virens, *ſive juxta Vulg.*, ſicut oliva fructifera, Pſalm. 52. v. 10., *& Chald.* וְרַעֲנַן בְּהֵיכְלִי & virens in palatio meo, Dan. 4. v. 1. *Plural.* דְּשֵׁנִים וְרַעֲנַנִּים יִהְיוּ pingues, & virentes erunt, Pſal. 92. v. 15. *Fœm.* עַרְשֵׂנוּ רַעֲנָנָה lectus noſter virens eſt, Cant. 1. v. 16.

רָעַע Fregit, confregit, contrivit: *Et intranſitive* fractus eſt: *Et metaphorice* metu fractus, territus eſt; *item* damnum paſſus eſt: *Præter. plur.* וְרָעוּ דָּלִיּוֹתָיו & frangent propagines ejus, Jerem. 11. v. 16., *ubi* Kametz *compenſativum eſt ejecti* Dageſch: *alias etiam à* רָעָה *eſt, & tum habet* Kametz *analogum, ut notat Buxtorfius: Vulg. ibidem ſenſum, non verbum, expreſſit; habet enim*, & combuſta ſunt fruteta ejus: *Infinit. cum* ה *paragogico*, רֹעָה הִתְרֹעֲעָה confringendo confringet ſe, Iſa. 24. v. 19., *pro* רוֹעַ, *ut accentus in penultima indicat: Inde per craſin*, רַע יֵרוֹעַ, Proverb. 11. verſ. 15., confringendo confringetur; *juxta Buxtorfium; Alii reddunt*, damnum patiendo afficietur damno; *Vulgat. habet*, affligetur malo: *Imper. plur.* רֹעוּ, Iſa. 8. v. 9., confringimini, *id eſt, uti quidam cum Joa. Simone exponunt*, metu frangimini, terremini; *Vulg. à* רעה

dictio-

dictionem hanc derivans, vertit, & congregamini: *Vide etiam ſupra in* רָעָה: *Futur. cum affix.* תְּרֹעֵם confringes eos, Pſalm. 2. v. 9., יָרֹעַ conteret, Job. 34. v. 24., הֲיָרֹעַ, בַּרְזֶל בַּרְזֶל, Jerem. 15. v. 12., num fracturum eſſet, *ſive* num quis franget, conteret ferrum, ferrum (ab Aquilone)? *Sed Vulg., dictionem hanc* הֲיָרֹעַ *ad* רָעָה conſociavit *referens, vertit*, numquid fœderabitur ferrum ferro? *Plur. cum affix.* יִרְעוּךְ קָדְקֹד, Jerem. 2. verſ. 16., depaſcunt te vertice, *vel* tibi verticem; *Vulg. reddit*, conſtupraverunt te uſque ad verticem. *Niph. futur.* יֵרוֹעַ *vide ſupra Infin. in Kal; vide etiam ſupra in* רוּעַ. *Hiph.* הֵרַע, *ſive* הָרַע *vide ſupra in* רוּעַ *pag.* 1414. *Hithph. præter. fœmin.* הִתְרֹעֲעָה *vide ſupra in Infin Conjugat. Kal. Alias ſignificationes, quæ ex hac forma eſſe poſſint, vide ſupra in* רָעָה, *&* רִיעַ.

רְעַע *Chald. ſignificat idem ac Hebr.* רָעַע: *Inde Futur. fœm.* תַּדִּק וְתֵרֹעַ comminuet, & confringet, Dan. 2. v. 40. *Pahel partic.* דִּי־מְרָעַע quod confringit, *& juxta Vulg.*, domat, Dan. 2. v. 40.

רֹעָה *fœm.* Fractio: *Inde* שֵׁן רֹעָה dens fractionis, *i. e.* fractus, *& juxta Vulg.*, putridus: *Aliud vide ſupra in Infinit. verbi* רָעַע.

רָעַף Stillavit, deſtillavit, roravit: *Futur. plur.* יִרְעֲפוּ עֲלֵי אָדָם רָב, Job. 36. v. 28., ſtillant ſuper hominem copioſe, *ſive* multum, *vel, juxta alios*, ſuper homines multos; *Vulg. vertit*, quæ prætexunt cuncta deſuper: יִרְעֲפוּ נְאוֹת מִדְבָּר, Pſal. 65. v. 13., ſtillabunt *pinguedine, ſive, juxta LXX., atque Vulg.*, pingueſcent ſpecioſa, *& juxta alios* paſcua deſerti: *Cum* Nun *paragog.* יִרְעָפוּן, Pſal. 65. v. 12., ſtillabunt, *ſive, juxta Vulg.*, replebuntur. *Hiph. Imper. plur.* הַרְעִיפוּ ſtillate, deſtillate, *& juxta Vulg.* rorate, Iſa. 45. v. 8.

רָעַץ Fregit, confregit: *Futur.* תִּרְעַץ אוֹיֵב confregit, *& juxta Vulgat.* percuſſit inimicum, Exod. 16. verſ. 6. *Plur.* וַיִּרְעֲצוּ, Jud. 10. verſ. 8., & confregerunt (filios Iſrael); *Vulg. reddit*, afflictique ſunt, *filii ſcil. Iſrael*.

רָעַשׁ Movit, commovit ſe, commotus, concuſſus eſt, contremuit: *Præter. fœm.* רָעֲשָׁה commota, concuſſa eſt, Jud. 5. v. 4., Pſalm. 68. v. 9. *Plur.* רָעֲשׁוּ commovebuntur,

tur, commoventur, Ezech. 38. v. 20.; Joel. 2. v. 10. *Partic. plur.* רֹעֲשִׁים commoventes ſe, contremiſcentes, & *juxta Vulg.* movebantur, Jerem. 4. verſ. 24. *Futur.* יִרְעַשׁ כַּלְּבָנוֹן פִּרְיוֹ, Pſalm. 72. v. 16., contremiſcet, *ſive* commovebit ſe, commovebitur ſicut Levanon fructus ejus, *ita Pagninus, aliique: At LXX. ſunt interpretati,* ὑπεραρθήσεται ὑπὲρ τὸν λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ, *id eſt, ut habet etiam Vulg.*, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus ejus: תִּרְעַשׁ commovebitur, Jerem. 10. v. 10. וַתִּרְעַשׁ & contremuit, Pſal. 18. v. 8. *Plur.* יִרְעֲשׁוּ commovebuntur, contremiſcant, & *juxta Vulg.* commoti ſunt, Pſal. 46. v. 4., וַיִּרְעֲשׁוּ & commota, concuſſa ſunt, Iſa. 24. v. 18., *fœm.* תִּרְעַשְׁנָה movebuntur, Ezech. 26. verſ. 10. *Niph. Præter.* נִרְעֲשָׁה הָאָרֶץ commota eſt terra, Jerem. 50. v. 46. *Hiph. Præter. cum* ה *paragog.*, הִרְעַשְׁתָּה אֶרֶץ commoviſti terram, Pſalm. 60. v. 4., הִרְעַשְׁתִּי commovi, Ezech. 31. v. 16., וְהִרְעַשְׁתִּי & commovebo, Aggæ. 2. v. 7. *Particip.* מַרְעִישׁ commoturus ſum, commovens, Iſa. 14. verſ. 16., Aggæ. 2. vv. 6. 21. *Futur. cum præfix., affix.,* & Nun *epenthet.* הֲתַרְעִישֶׁנּוּ כָּאַרְבֶּה, Job. 39. v. 20., an commovebis eum, *ſcil.* ad ſaltandum, *id eſt* an facis eum exilire inſtar locuſtæ? *Vulgat. vertit,* numquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas?

רַעַשׁ *m.* Commotio, concuſſio: motus terræ, *per ſynecdochen, ut* Amos 1. v. 1., Zach. 14. v. 5., וְקוֹל רַעַשׁ גָּדוֹל & ſonus concuſſionis magnæ, Ezech. 3. verſ. 13. *Cum præfix.* הָרַעַשׁ, 1. Reg. 19. v. 12., commotio; & *in pauſa* הָרָעַשׁ motus terræ, Amoſ. 1. v. 1., בְּרַעַשׁ, Job. 39. v. 24., & בָּרַעַשׁ, 1. Reg. 19. verſ. 11., in commotione: לְרַעַשׁ (deridebit) commotionem, Job. 41. verſ. 21., מֵרַעַשׁ a commotione, Jerem. 47. v. 3.

* רְעוּרת *Vide pag.* 1461., *ſed* אַרְעִית, רְעָתְכִי *vide ſupra in* ארע.

רָפָא Reparavit, reſtauravit, & *præcipue* valetudinem: *Unde* ſanavit, curavit, medicatus eſt: ſanatus fuit: *Conſtruitur cum* Dativo, & Accuſativo: *Sæpe etiam cum ſequente radice* רָפָה *formam commutat. Præter.* וְרָפָא לוֹ & ſanitas obveniat ipſi, Iſa. 6. verſ. 10., רְפָאָה *vide infra in Imper., cum affix.* וּרְפָאָם & ſanabit eos, Iſa. 19. v. 22.,

וּרְפָאתִיו & curavi, ſanavi eum, Iſa. 57. v. 19., רְפָאתִים curavi, curabam eos, Hoſe. 11. verſ. 3., *& abſque* Jod, וּרְפָאתִם & curabo eos, Jerem. 33. v. 6. *Partic.* רֹפֵא ſanans, 2. Reg. 20. v. 5. *Tranſit & in nomen, ſcil.* medicus, *ut* Jerem. 8. v. 22. *Cum præfix.* הָרֹפֵא־לְכָל תַּחֲלוּאָיְכִי qui ſanat omnes infirmitates tuas, Pſalm. 103. v. 3. *Cum affix. in pauſa* רֹפְאֶךָ curator, medicus tuus, Exod. 15. v. 26. *Plur.* אֶת־הָרֹפְאִים (præcepit) medicis, Geneſ. 50. v. 2., בָּרֹפְאִים in medicis, 2. Paral. 16. v. 12. *Conſtr.* רֹפְאֵי אֱלִל, Job. 13. verſ. 4., medici nihili, *vel* vanitatis, *ſive* vani, inepti; medicos *autem vocat, i. e. conſolatores*, vanos, *quia vice conſolationis afferrent* vana; *Vulgat. vertit*, cultores perverſorum dogmatum: *Infin.* וְרָפוֹא & ſanando, Iſa. 19. v. 22., לִרְפּוֹא, Eccleſ. 3. v. 3., *&* לִרְפֹּא, Hoſe. 5. verſ. 13., ad ſanandum, curare; *& cum affix.* כְּרָפְאִי, Hoſe. 7. verſ. 1., juxta ſanare me, *id eſt* cum ſanaſſem: *Imper.* רְפָא, Numer. 12. v. 13., *& cum* ה *loco* א, רְפָה, Pſal. 60. v. 4., *& cum* ה *paragog.* רְפָאָה, Pſal. 41. v. 5., ſana, cura: *Et cum affix.* רְפָאֵנִי ſana me, Pſal. 6. v. 3. *Futur.* אֶרְפָּא ſanabo, Deuter. 32. verſ. 39., *& cum affix.* אֶרְפָּאֵךְ curabo, ſanabo te, Jerem. 30. v. 17., וְאֶרְפָּאֵהוּ, Iſa. 57. verſ. 18., & curabo, *ſive* curavi, ſanavi eum: וַתִּרְפָּאֵנִי & ſanaſti me, Pſalm. 30. v. 3., יִרְפָּא ſanabit, 2. Regum 20. verſ. 8., וַיִּרְפָּא & curavit, ſanavit, Geneſ. 20. verſ. 17., *& cum affix.* וְיִרְפָּאֵנוּ & ſanabit nos, Hoſe. 6. v. 1., וַיִּרְפָּאֵם & ſanabit, *ſive* ſanavit eos, Pſal. 107. verſ. 20. *Plur. cum* ה *loco* א, וְיָדָו תִּרְפֶּינָה, Job. 5. verſ. 18., & manus ejus medicantur, *ſive* ſanabunt. *Niph. Præter.* נִרְפָּא לָנוּ fit curatio, *ſive* ſanatio facta eſt nobis, Iſa. 53. verſ. 5. *Fœmin. in pauſa, petita forma à* רָפָה, וְלֹא נִרְפָּתָה & non eſt curata, *ſive* ſanata, Jer. 51. v. 9. *Plural.* וְנִרְפְּאוּ ſanabuntur, ſanantur, Ezech. 47. v. 8. *Infin.* הֵרָפֵא curari, Jerem. 15. verſ. 18., לְהֵרָפֵא, Deuter. 28. verſ. 27., curari; *& cum* ה *loco* א, לְהֵרָפֵה, Jerem. 19. verſ. 11., inſtaurari: *Futur.* וְאֵרָפֵא & ſanabor, Jerem 17. verſ. 14., תֵּרָפֵא ſanetur, Jerem. 51. verſ. 8. *Plur.* תֵּרָפְאוּ ſanabimini, curabimini, 1. Sam. 6. v. 3., יֵרָפְאוּ curabuntur, ſanabuntur, Ezech. 47. v. 11., וְיֵרָפְאוּ, Ezech. 47. v. 9.,

v. 9., & ſanabuntur: *item petita forma à* רָפָה, וַיֵּרָפְאוּ הַמַּיִם & ſanatæ ſunt aquæ iſtæ, 2. Reg. 2. v. 22. *Pih. Præter.* רִפֵּאתִי לַמַּיִם הָאֵלֶּה ſanavi aquas iſtas, 2. Reg. 2. verſ. 21. *Plur.* רִפֵּאתֶם curaſtis, ſanaſtis, Ezech. 34. v. 4., רִפִּאנוּ curavimus, Jer. 51. v. 9. *Part.* מְרַפֵּא, *&* מִרַפֵּא *vide in* רָפָה: *Aliud vide infra inter nomina*: *Inſin.* וְרַפֹּא & curando, *ſive* ſanari curando, Exod. 21. v. 19. *Futur.* יְרַפֵּא ſanari curabit, Exod. 21. v. 19., Zach. 11. v. 16., וַיְרַפֵּא 1. Reg. 18. v. 30., & curavit, *id eſt* reſarſit, reparavit, reſtauravit: *Plural.* וַיְרַפְּאוּ, Jerem. 6. v. 14., *& petita forma à* רָפָה, וַיְרַפּוּ, Jerem. 8. v. 11., & curarunt, ſanarunt, *ſive* curabant, ſanabant. *Hitbp. Inſin.* לְהִתְרַפֵּא ad curandum ſe, *ſive* ut curaretur, 2. Reg. 8. v. 29.

רִפֵּא *Vide ſupra in verbo* רָפָא *pag.* 1467.

רָפָא Gigas, *vide infra in nomine* רָפָה *pag.* 1470. *Vide etiam quod ſequitur*.

רָפָא Rapha, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 8. v. 2., *Plural.* רְפָאִים *vide mox infra*, *& in nomine*, רָפָה, *quod occurrit pag.* 1470. *Vide etiam*, *quæ ſequuntur*.

רְפָאִים Rephaim, *nom. propr.* populorum, Geneſ. 14. v. 5., Deuter. 3. v. 11., *& cum præfix.* וְהָרְפָאִים & Rephaim, Joſ. 17. verſ. 15. *Item nom. propr. vallis juxta Jeruſalem*, Joſ. 15. v. 9., Iſa. 17. v. 5. *Vide alia pag.* 1470.

רָפוּא Raphu, *nom. propr. viri*, Numer. 13. v. 10.

רְפוּאָה *fœm.* Curatio, ſanatio; *& metonymice* medicamentum, remedium, *quod ſcil. eſt* ſanationis *medium*: *Plural.* רְפֻאוֹת curationes, ſanationes, Jerem. 30. verſ. 13., Ezech. 30. verſ. 21., *item* medicamenta, Jerem. 46. v. 11.

רִפְאוּת *f.* Curatio, ſanatio, ſanitas, Prover. 3. v. 8.

מַרְפֵּא *maſc. Eſt* I. Sanitas, curatio, ſanatio, Proverb. 29. verſ. 1., 2. Paral. 21. v. 18., Jerem. 14. v. 19., 33. verſ. 6., Malach. 4. v. 2. *Eſt etiam cum* ה, לְעֵת מַרְפֵּה, Jerem. 8. v. 15., tempus ſanationis: II. Medicina, medicamentum, remedium, *quo* ſanitas *confertur*, Prover. 4. v. 22., 6. v. 15., 12. v. 18. III. Lenitas, *quem ſenſum vide infra poſt* רָפָה *pag.* 1471. *Sed* מַרְפֵּא *vide in ipſo verbo* רָפָה *pag.* 1469.

רְפָאֵל Rephaél, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 26. v. 7.

רָפַד Stravit, ſubſtravit: *Futur.* יִרְפַּד ſubſternet, Job. 41. verſ. 22. *Pih. Præter.* רִפַּדְתִּי יְצוּעָי ſtravi ſtrata mea, Job. 17. v. 13. *Imper. plur. cum affix.* רַפְּדוּנִי ſubſternite mihi, Cant. 2. verſ. 5., *ſcil. mala iſta, ut ipſorum fragranti odore recreer. Ab. Eſra ſcribit, Arabice idem eſſe, quod* חַזְּקוּנִי confortate me.

רְפִידָה *f.* Stratum: *Cum affix.* רְפִידָתוֹ ſtratum ejus, Cant. 3. verſ. 10.

רְפִידִים Rephidím, *nom. propr. loci, in ſolitudine, non procul ab Horeb monte,* Exod. 17. v. 1., Numer. 33. v. 14.

רָפָה Remiſit, ceſſavit, defecit, deſtitit; *item* remiſſus fuit, *vel* factus eſt: *Conſtr. abſolute, & cum Prapoſit.* מִן: *Præterit.* רָפָה הַיּוֹם remittit, deficit dies, Jud. 19. verſ. 9., *& fœm.* רָפְתָה remiſit, ceſſavit, Jud. 8. v. 3., *item* remiſſa facta, *ſive* diſſoluta eſt, Jerem. 49. verſ. 24. *Plur.* רָפוּ יָדֵינוּ remiſſæ ſunt manus noſtræ, Jerem. 6. v. 24. *Imperat.* רְפֵה *vide ſupra in radice* רָפָא: *Futur.* וַחֲשַׁשׁ לֶהָבָה יִרְפֶּה, Iſa. 5. v. 24., & cremium flammæ deficit, *ſive* remittit, ceſſat, *Ita multi cum Buxtorfio reddunt: Alii vero interpretantur,* & glumam, *vel* quiſquilias, ſtramen flamma diſſolvit: *Vulgat. habet,* & calor flammæ exurit: *Item per apocopam,* וַיִּרֶף מִמֶּנּוּ & deſtitit ab eo, Exod. 4. verſ. 26. *Plur.* וְאַל־יִרְפּוּ, 2. Paral. 15. v. 7., & ne remittantur, *ſive* diſſolvantur; וַיִּרְפּוּ & remiſſæ, *ſive* diſſolutæ ſunt, 2. Sam. 4. v. 1. *Fœm.* תִּרְפֶּינָה, Iſa. 13. v. 7., Ezech. 7. v. 17., remiſſæ erunt, *vel* fient, *& juxta Vulgat.* diſſolventur: *Aliud vide ſupra in* רָפָא. *Niph. præter. fœm.* נִרְפְּתָה *vide ſupra in* רָפָא: *Partic. plur.* כִּי־נִרְפִּים הֵם Exod. 5. verſ. 8., quia deſides, remiſſi facti ipſi; *Vulg. reddit,* vacant enim: *Inſin.* לְהֵרָפֵה *vide ſupra in* רָפָא: *Futur. plur.* וַיֵּרָפוּ *vide ſupra in* רָפָא. *Pih.* רִפָּה remiſſum, debile reddidit, debilitavit, deſtituit, deficere fecit. *Præter.*, וּמְזִיחַ אֲפִיקִים רִפָּה, Job. 12. v. 21.; & zona validos deſtituit, *juxta Buxtorfium; Alii vero reddunt,* & zonam, *ſive* cingulum robuſtorum, *vel* potentium remittit, *ſive* remiſit, laxavit: *LXX. habent,* ταπεινοὺς δὲ ἰάσατο, *i. e.* humiles autem ſanavit, *à* רפא: *Vulgat. vertit,* eos, qui oppreſſi fuerant, relevans: *Partic.* מְרַפֶּה *vide ſupra in no-*

mine מְרַפֵּא pag. 1468., & cum א loco ה, מְרַפֵּא, Jerem. 38. verſ. 4., remiſſas reddens, faciens, & juxta Vulgat. diſſolvit: Plural. מְרַפִּים, Eſdr. 4. v. 4., remiſſas facientes, ſive impedientes: Futur. plur. וַיְרַפּוּ vide ſupra in רָפָא pag. 1468. Fœm. תְּרַפֶּינָה כַנְפֵיהֶן, Ezech. 1. vv. 24. 25., remittebant alas ſuas. Hiph. הִרְפָּה remiſſum fecit, remiſit, ſivit, deſeruit, dimiſit, & intranſitivè ceſſavit, deſtitit: Imperat. הַרְפֵּה, Jud. 11. verſ. 37., 2. Reg. 4. verſ. 27., & per apocopam הֶרֶף, Deut. 9. v. 14., Pſalm. 37. verſ. 8., &c., deſiſte, ceſſa, ſine, dimitte: Plural. הַרְפּוּ, Pſalm. 46. verſ. 11., ceſſate, deſiſtite, & juxta Vulg. vacate: Futur. cum affix. לֹא־אַרְפְּךָ, Joſ. 1. v. 5., non dimittam te: Et cum Nun paragog. וְלֹא אַרְפֶּנּוּ, Cantic. 3. verſ. 4., & non dimittam eum: וְלֹא אַרְפֶּהָ, Job. 27. verſ. 6., non deſeram eam: תַּרְפֶּה; Inde cum apocopa, אַל־תֶּרֶף, Joſ. 10. v. 6., ne remittas, ne retrahas; item ne deſeras, Pſalm. 138. v. 8., ne dimittas, ne deſeras, Prov. 4. v. 13. Cum affix. לֹא תַרְפֵּנִי, Job. 7. v. 19., nec ſinis, dimittis me: יַרְפְּךָ deſeret, dimittet te, Deut. 4. verſ. 31., 31. vv. 6. 8. Vide ſupra תְּרוּפָה pag. 1436. inter nomina Radicis רִיעַ. Hithp. Præterit. הִתְרַפִּיתָ ſi remiſſe te geſſeris, Prover. 24. verſ. 10. Partic. מִתְרַפֶּה בִמְלַאכְתּוֹ remiſſe ſe gerens in opere ſuo, Prover. 18. v. 9. Plural. מִתְרַפִּים remiſſi eſtis, Joſ. 18. v. 3.

רָפָה Raphāh, nom. propr. viri, 1. Paral. 8. v. 37. Vide quod ſequitur.

רָפָה m. Gigas, dictus רָפָה, quod horrenda ſtatura ſua aliorum animos debilitaret, & remiſſos redderet. Sæpius ſcribitur cum א loco ה, ita ſcil., רָפָא. Occurrit autem cum præfix. מִילִידֵי הָרָפָה, בִּילִידֵי, 2. Sam. 21. vv. 16. 18., & cum א, הָרָפָא, 1. Paral. 20. v. 4., in natis, de natis gigantis; Vulg. vertit, de genere, de ſtirpe Arapha, & Raphaim: לְהָרָפָה, 2. Sam. 21. vv. 20. 22., & לְהָרָפָא, 1. Paral. 20. vv. 6. 8., giganti; Vulgat. vertit (de genere) Arapha, & de Arapha: Plur. רְפָאִים, & הָרְפָאִים, gigantes, Deut. 2. vv. 11. 20., 3. vv. 11. 13., 2. Sam. 23. verſ. 13., Iſa. 14. v. 9., 26. vv. 14. 19., Job. 26. v. 5., Prover. 9. v. 18. Alia hujuſce formæ vide ſupra poſt רָפָא inter no-

Anima; *vide etiam*, *ſub eadem quidem forma*, *ſed alio in ſenſu*, *quæ mox ſequuntur*.

רָפָא *maſc*. *Unde plural*. רְפָאִים mortui; *dicti* רְפָאִים, *quia vitæ expertes*, *in quibus virtus vitalis* defecit, Pſalm. 88. verſ. 11., Prover. 2. v. 18. *In hunc ſenſum a multis accipitur etiam apud* Job. 26. v. 5., *Vulg. tamen*, *& alii reddunt* gigantes.

רָפֶה *m*. Remiſſus, debilis, imbecillis, fractus viribus: *Cum præfix*. הֶחָזָק הוּא הֲרָפֶה, Numer. 13. v. 18., utrum fortis ſit, an remiſſus, debilis? *Conſtr*. וּרְפֵה יָדַיִם, 2. Samuel. 17. verſ. 2., quippe remiſſus, laſſus, debilis manibus: *Fœm. plur*. רָפוֹת remiſſæ, laſſæ, Job. 4. v. 3., Iſa. 35. verſ. 3.

רְפָיָה Rephaiah, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 3. v. 21., 4. v. 42., 7. v. 2., 9. v. 43.

רִפְיוֹן *m*. Remiſſio, enervatio, animi, viriumque defectio: *Occurrit cum præfix*. מֵרִפְיוֹן יָדַיִם, Jerem. 47. verſ. 3., præ remiſſione manuum, *id eſt* præ conſternatione, & pavore: *LXX.*, *& Vulg. ſunt interpretati*, manibus diſſolutis.

מַרְפֵּא *m*. Remiſſio, *ſive* lenitas, tranquillitas, *a* רפה *Hebr.*, *mutato ſcil*. ה *in* א; *vel a* רפא *Arab.*, *quod Latine ſonat*, quiete vixit, tranquillus fuit: לֵב מַרְפֵּא, Prov. 14. verſ. 30., cor remiſſionis, *ſive* tranquillitatis, *id eſt* cor tranquillum, *juxta Joa. Simonem*, *& alios quoſdam*; *Vulg. vertit*, ſanitas cordis; *unde* מַרְפֵּא *derivavit ab Hebr*. רָפָא ſanavit: מַרְפֵּא לָשׁוֹן, Prover. 15. v. 4., remiſſio, *ſive* lenitas linguæ; *Vulgat. habet*, lingua placabilis: מַרְפֵּא יַנִּיחַ חֲטָאִים, Eccleſ. 10. v. 4., lenitas ſedat peccata; *Vulgat. vertit*, curatio faciet ceſſare peccata.

רֶפַח Rephach, *& juxta Vulg*. Rapha, *nom. propr. viri*, 1. Paralip. 7. verſ. 25.

רִפְיוֹן *Vide ſupra poſt* רָפָה.

רפס Conculcavit, conturbavit, perturbavit, *cum ad* aquas refertur. *Pro* ס *eſt quandoque* שׂ. *Futur*. וַתִּרְפֹּשׂ נַהֲרוֹתָם & conculcaſti, conculcabas, *vel* calcando turbabas flumina illarum, Ezech. 32. verſ. 2. *Plur. cum* Nun *paragog.*, תִּרְפֹּשׂוּן conculcatis, *& juxta Vulgat*. turbabatis, Ezech. 34. verſ. 18. *Niph. Partic*. מַעְיָן נִרְפָּשׂ fons conculcatus,

id eſt, pedibus conturbatus, Prover. 25. verſ. 26. *Hithp.* הִתְרַפֵּס ſubjicere, ſubmittere ſe, & *quaſi* calcandum ſe præbere: *Partic.* מִתְרַפֵּס בְּרַצֵּי־כָסֶף, Pſalm. 68. verſ. 31., ſe ſubjiciens, *ſive* conculcari ſe faciens, conculcandum ſe præbens, *in præliis ſcilicet*, ob fruſta argenti, *ita multi reddunt*; *Pagninus vero vertit*, *quiſque eorum* conculcatus eſt fragmentis argenteis: *Vulg. habet*, ut excludant eos, qui probati ſunt argento. *Imperat.* הִתְרַפֵּס ſubjice te, *ſive* humilia, & *juxta LXX.*, & *Vulg.* excita, Prov. 6. v. 3.

רְפַס *Chald. ſignificat idem ac* רָפַס *Hebr. Inde Partic. fœmin.* בְּרַגְלַיהּ רָפְסָה, Dan. 7. verſ. 7., pedibus ſuis conculcans, *ſive* conculcat, conculcabat.

מִרְפָּשׂ *m.* Conturbatio, conturbatum. *Conſtr.* וּמִרְפַּשׂ רַגְלֵיכֶם & conturbationem pedum veſtrorum, *id eſt* aquam turbidam (bibebant), Ezech. 34. v. 19.

רַפְסֹד *fœm.* Ratis, *connexæ ſcil. trabes*: *Plur. fœm.* רַפְסֹדוֹת rates, 2. Paral. 2. v. 15.

רָפַף *Radix in Kal inuſitat. Pih.* רוֹפֵף: *Inde Futur. plur. in pauſa* יְרוֹפָפוּ *vide ſupra in* רוף *pag.* 1418.

רָפַק Recubuit, innixus eſt. *Inde Hithp. particip.* מִתְרַפֶּקֶת עַל־דּוֹדָהּ, Cant. 8. verſ. 5., ſe recumbere, *vel* inniti faciens, *id eſt* ſe reclinans, *ſive*, *juxta Vulg.*, innixa ſuper dilectum ſuum.

רָפַשׂ Conculcavit, conturbavit: *Sed* שׂ *eſt loco* ס; *unde omnia, quæ ex hac radice dimanare videntur, vide ſupra in Radice* רָפַס: *Vide etiam, quod mox ſequitur.*

רֶפֶשׁ *m.* Cœnum, lutum, *juxta Buxtorfium*; *Joa. Simoni videtur ſignificare* ſtercus, *per metatheſin pro* פֶּרֶשׁ; *Vulgat. eſt* conculcatio: *Occurrit autem hæc dictio apud* Iſa. 57. v. 20.

רָפַת *Radix Hebræis inuſitata*: *Arabibus vero eſt*, fregit, comminuit, *ut notat Joa. Simon. Inde, ut quibuſdam videtur, eſt, quod ſequitur.*

רֶפֶת *m.* Stramen, *juxta quoſdam*: *Alii tamen dictionem hanc derivant ab Hebr.* רפה remiſſus eſt; *vel à* רפא *Arab.*, *quod Latine ſonat*, quievit; *Unde* רֶפֶת *eſt* bovile, *id eſt locus, ubi manent boves*, *ſive* ſtabulum, *in quo jumenta* remiſſionem *habent a labore*, & requieſcunt ſtrato incumbentia: *Occurrit in plur. tantum, ita* וְאֵין בָּקָר בָּרְפָתִים, Ha-

bac. 3. v. 17., & non armentum, *aut* bos in bovilibus, *vel juxta alios* in ſtraminibus, *per metonymiam ſcilic.*, *ut intelligantur* loca ſtraminum, *i. e.* ſtraminibus ſtrata: *Vulgat. vertit*, & non erit armentum in præſepibus.

רִיפַת Riphath, *nom. propr. viri*, Geneſ. 10. v. 3.

רָצָא Cucurrit: *Præter.* וְרָצָאתִי *ſpectat ad* רָצָה, *quod vide infra*: *Infinit.* וְהַחַיּוֹת רָצוֹא, Ezech. 1. verſ. 14., & animalia currendo, *poſitum ſcilicet pro* currebant, excurrebant.

רָצַד *Verbum, quod non niſi ſemel in Futur. plur. cum* Nun *paragog. Conjugat. Piel occurrit, variumque in ſenſum a diverſis accipitur: Sic autem ſe habet*, לָמָּה תְּרַצְּדוּן הָרִים גַּבְנֻנִּים, Pſal. 68. v. 17., ut quid dejicitis, *ſive* humiliatis vos, montes gibboſi, *ita Buxtorſius vertit*: *Targum vero habet*, ut quid טְפִזִין exilitis montes excelſi, *& ſic alii Hebræi, quos ſequitur Pagninus*: *Sunt & non pauci, qui cum Joa. Simone ex uſu Arabico reddunt*; quamobrem invido oculo, *ſive* inſidioſe obſervatis, *vel* paratis inſidias, æmulamini, ô montes gibboſi: *LXX. ſunt interpretati*, *ἱνατί ὑπολαμβάνετε ὄρη τετυρωμένα*, *id eſt* ad quid, *ſive* cur ſuſpicamini montes gibboſi, *ſive* coagulati. *Vulg. vero in accuſativo vertit* montes coagulatos.

רָצָה Velle, bene velle, benevolum eſſe, benevole proſequi, benevole accipere, *vel* acceptare, gratum, acceptum eſſe, *vel* habere, complacere ſibi, placere, acquieſcere, beneplacitum habere in aliquo, delectari re aliqua: *Item* perficere, complere, abſolvere, exſolvere, *quod in iis* acquieſcamus. *Conſtruitur cum Accuſat., & Præpoſ.* ב; *quandoque cum* עִם. *Multa ejuſdem fere formæ cum* רָצָה, *ſed diverſi ſenſus vide ſupra in Radice* רוּץ, *& infra in* רָצַץ. *Præter.* בִּי רָצָה me voluit, 1. Paral. 28. verſ. 4., *& cum affix.* יְהוָה לֹא רָצָם, Jerem. 14. v. 10., Hoſe. 8. verſ. 13., Dominus non acceptos habuit eos: *Fœm.* נַפְשִׁי רָצְתָה, Iſa. 42. verſ. 1., *quo* delectatur, *ſive* beneplacitum habuit, *vel* complacuit ſibi *in illo* anima mea: עַד־רָצְתָה הָאָרֶץ אֶת־שַׁבְּתוֹתֶיהָ, 2. Paralip. 36. v. 21., donec perficeret, *vel* compleret terra ſabbata ſua; *ſive, juxta alios*, donec frueretur, *vel* delectata eſſet terra ſabbatis ſuis; *Vulg.*

habet, & celebraret terra ſabbata ſua: רָצִיתָ benevole es
proſequutus, *& juxta Vulg.* benedixiſti, Pſal. 85. v. 2.
& cum affix. רְצִיתָם acceptos habuiſti eos, *ſive* complacui-
ſti in eis, Pſalm. 44. verſ. 4., וּרְצִיתָם, 2. Paralip. 10.
verſ. 7., & benevole accipies eos; *Vulg. vertit*, & leni-
veris eos: וְרָצְאתִי אֶתְכֶם, Ezech. 43. verſ. 27., *ubi* א *in
medio, loco* Jod, *tanquam a* רָצָא, & acceptos habeb[...]:
Plural. רָצוּ עֲבָדֶיךָ acceptos habuerunt ſervi tui, [...]
cuerunt ſervis tuis (lapides ejus), Pſalm. 102. ver[...]
Partic. רוֹצֶה, Pſalm. 147. v. 11., *&* 149. v. 4., bene-
placitum eſt, *ſive* acceptum habens: *Cum affix.* אֵינֶנִּי רֹצָם,
Jerem. 14. v. 12., non ego accepta habens ea: *Partic.
Pahul* רְצוּי, Eſth. 10. v. 3., *& in regim*, רְצוּי, Deuter.
33. v. 24., gratus, acceptus: *Infin. cum præfix.* בִּרְצוֹת,
שָׁאוֹן m. Tumultuatio, tumultus, ſtrepitus ingens, qui videlicet irruptionem, & ruinam, ubi profunditas eſt, & præcipitium, conſequitur, ut Guarin in Lexic. habet: מִבּוֹר שָׁאוֹן, Pſalm. 40. v. 3., de fovea moeroris, ſive perditionis; LXX., Vulg., & alii reddunt, de lacu miſeriæ: קוֹל שָׁאוֹן voce tumultus, id eſt, tumultuoſa, Iſa. 66. v. 6. Cum præfix. בְּשָׁאוֹן in ſtrepitu, in ſonitu, Amoſ. 2. verſ. 2. Conſtr. שְׁאוֹן יַמִּים שְׁאוֹן גַּלֵּיהֶם, Pſalm. 65. v. 8., (qui compeſcit) ſtrepitum marium, ſtrepitum fluctuum

eorum,

eorum ; *LXX.*, *& Vulgat. habent*, (qui conturbas) profundum maris, ſonum, *ſive*, *juxta LXX.*, ſonos fluctuum ejus: *Cum præfix.* כִּשְׁאוֹן ut tumultus, ut ſonitus, Joſ. 17. v. 12. 13. *Cum affix.* וּשְׁאוֹנָהּ, Iſa. 5. verſ. 14., & tumultuatio, *ſive* ſtrepitus ejus, *id eſt* tumultuantes, *qui* dicuntur filii ſtrepitus, *ſive* tumultus, Jerem. 48. v. 45., *ſic prius* gloria, *pro* glorioſis; *Vulg. vertit*, & ſublimes.

שַׁאֲנָן *m.* Sonitus, tumultuatio, *juxta Buxtorfium*, *& quoſdam alios*: *Cum affix.* וְשַׁאֲנַנְךָ, 2. Reg. 19. v. 28., Iſa. 37. v. 29., & tumultuatio tua. *Sic Chaldæus vertit* אִתְרְגָשׁוּתָךְ; *at Kimchi deducit a* שָׁאוֹן, *per geminationem literæ* נ, *ad vehementem tumultuationem deſignandam. Vide etiam* שאן: *Vulg.*, *& alii reddunt*, & ſuperbia tua.

מְשׁוֹאָה *fæmin.* Devaſtatio, pervaſtatum, locus vaſtus: *Item* tumultus ſtrepitus: שׁוֹאָה וּמְשֹׁאָה, Job. 30. verſ. 3., *&* שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה, Job. 38. v. 27., deſolatio, devaſtatio, ac locus deſolatus, *id eſt* vaſtitas deſolatiſſima: *Eodem enim tendunt*; *ſed amplificandi cauſa adhibentur*: יוֹם שֹׁאָה וּמְשׁוֹאָה, Sophon. 1. verſ. 15., dies vaſtitatis, & tumultus; *ſed juxta Vulgat.* dies calamitatis, & miſeriæ.

מַשּׁוּאָה *fæm.* Vaſtitas: *Plural. cum præfix.* לְמַשּׁוּאוֹת, Pſal. 73. verſ. 18., *&* לְמַשֻּׁאוֹת, Pſal. 74. v. 3., in vaſtitates, deſolationes. *Significatione huc pertinent, ut Aben Eſra refert, & probant Buxtorfius, aliique; ſed propter* Dageſch *eſt quaſi à* נָשָׁא; *à qua quidem Radice multi cum Vulg. illud derivant, quod legitur* Pſal. 74. v. 3. *Nam vertunt ibidem* in ſuperbias.

מַשָּׁאוֹן *m.* Vaſtitas, ſolitudo vaſta: תִּכַּסֶּה שִׂנְאָה בְּמַשָּׁאוֹן tegitur odium in ſolitudine, Prov. 26. v. 26. *Vide &* נָשָׁא.

תְּשׁוּאָה *fæm.* Fragor, acclamatio, fragoſus clamor, ſtrepitus, *ſive* tumultuatio: *Plural.* תְּשֻׁאוֹת סֻכָּתוֹ, Job. 36. v. 29., fragores, *vel* ſtrepitus tentorii, *ſive* tabernaculi, *vel* firmamenti ſui: *Quidam dictionem hanc referunt ad* נָשָׂא; *atque vertunt* elevationes: תְּשֻׁאוֹת נוֹגֵשׂ, Job. 39. verſ. 7., fragroſi clamores exactoris: *ita* Iſa. 22. v. 2. *Sed notandus locus ex* cap. 4. Zachar. verſ. 7., *qui ſic ſe habet*, תְּשֻׁאוֹת חֵן חֵן לָהּ acclamationes gratiæ gratiæ ei *ſunt*: *Phraſis in familiaribus Judæorum ſcriptis uſitatiſſima*, *quando* ſummas alicui

alicui gratias agere *volunt*. *Habet autem hoc nomen formam ex ordine* quieſcentium ſecunda, *quaſi à* שׂוּא, *ſed ſignificatione ad hanc Radicem pertinet*, *ut notat Buxtorfius*.

שָׁאט Depopulatus eſt, ſprevit. *Verbum eſt irregulare, origine Chaldaicum. Nam* שׁוּט *Chaldæis uſurpatur pro Hebræo* בָּזָה ſprevit, contempſit, *ita ſuper* Pſalm. 15. v. 4., & Geneſ. 25. v. 34. *in utroque Targum, Jonathanis, ſcilic., & Onkeli. Habet* א *quieſcens, uno tantum loco excepto, quaſi protractionis ſit, ut Hebræi loquuntur, & thema habeat* שׁוּט *ex ordine quieſcentium ſecunda, ſitque* א *loco mediæ quieſcentis* ו, *imitatione Chaldæorum. Sic* קוּם *&* רוּם *quandoque in medio habent* א, *vide illic: Hactenus Buxtorfius. Partic. plural. cum præfix.* הַשָּׁאטִים אוֹתָם, Ezech. 28. verſ. 24., qui depopulentur eos, *juxta Buxtorfium Chaldæus habet*, דְּבָזִין qui diripiunt eos: *Joannes Simon aliique vertunt*, contemnentes eos; *Vulg. reddit*, qui adverſantur eis: בְּכֹל הַשָּׁאטִים אֹתָם, Ezech. 28. v. 26., in omnibus, qui depopulantur eos, *ſive, juxta alios, ut ſupra*, in omnibus contemnentibus eos, *vel* in omnibus qui adverſantur eis. *Fœm. plural.* הַשָּׁאטוֹת אוֹתָךְ, Ezech 16. verſ. 57., quæ depopulantur, *juxta Kimchium*; *Chaldæus, & R. Salomon reddunt*, quæ ſpernunt te; *Vulg. habet*, quæ ambiunt te.

שְׁאָט *m.* Contemptus, *vel* depopulatio: בִּשְׁאָט בְּנֶפֶשׁ, Ezech 25. verſ. 15., cum contemptu in animo, *id eſt*, ſummo, & ignominioſo contemptu, *vel* depopulatione. *Sic*, בִּשְׁאָט נֶפֶשׁ, Ezech. 36. v. 5. *Cum affix.* בְּכָל־שָׁאטְךָ בְּנֶפֶשׁ in toto contemptu tuo ex animo, Ezech. 25. v. 6. *Chaldæus tribus hiſce poſterioribus locis* צְפוּח lætitiam *transfert*.

שָׁאַל, שָׁאַל Rogavit, interrogavit, petiit, expetiit, conſuluit, quæſivit, requiſivit, perconctatus eſt. *Item* mendicavit. *Conſtruitur cum Accuſativo, vel* ל, ב, *vel cum præpoſit.* מִן, *aut* מ: *item cum* מֵאֵת. *Præterit.* שָׁאַל־הָאִישׁ לָנוּ interrogavit homo ille nos, Gen. 43. verſ. 7.: שָׁאַל אֶת־עֲבָדָיו interrogaverat ſervos ſuos, Geneſ. 44. v. 19., שָׁאַל בַּתְּרָפִים, Ezech. 21. v. 26., interrogavit idola: *Item* petiit, poſtulavit, Jud. 5. verſ. 15., 1. Reg. 3. verſ. 10., Pſalm. 105. v. 40., חַיִּים שָׁאַל מִמְּךָ vitam petiit

tiit à te, Pſalm. 21. v. 5. *Et in pauſa* שָׁאַל petiit, poſtulavit, Joſ. 19. v. 50., Jud. 8. v. 26., precatus eſt, 1. Paralip. 4. v. 10. *Cum præfix.* וְשָׁאַל לוֹ & conſulat illum, Numer. 27. v. 21. *Cum affix.* וּשְׁאֵלְךָ & interrogaverit te, Geneſ. 32. verſ. 18., *& ex terminatione* Tzere, וּשְׁאֵלְךָ & rogaverit te, Jud. 4. v. 20 *Fœm. in pauſa* שָׁאָלָה petivit, 1. Reg. 10 v. 13., וְשָׁאֲלָה & petet, poſtulabit, Exod. 3. verſ. 22., שָׁאַלְתָּ petiiſti, Deut. 18. verſ. 16., וְשָׁאַלְתָּ & perconctatus fueris, Deut. 13. verſ. 15., שָׁאַלְתָּ petiiſti, rogaſti, 1. Sam. 1. v. 17., שְׁאֶלְתִּי מֵעִמּוֹ petii, poſtulavi ab eo, 1. Sam. 1. verſ. 27. *Cum præfix.* הֲשָׁאַלְתִּי nunquid petivi? 2. Reg. 4. v. 28. *Cum affix.* מֵיְהוָה שְׁאִלְתִּיו à Domino petii eum, 1. Sam. 1. v. 20., וְלֹא שְׁאִלְתִּיהוּ, Jud. 13. v. 6., *quidam ex Antiquis, & præcipue LXX.*, *quidam etiam ex Recentioribus, ut Junius, & Tremellius, Arias Montanus verterunt*, & non interrogavi eum: *At melius Vulg. Interpres pro* לֹא *legit* לוֹ; *atque reddit*, quem cum interrogaſſem: *Et hunc profecto ſenſum poſtulat ipſa orationis ſeries, ut conſideranti patet. Plur.* שָׁאֲלוּ עֵינַי petiverunt, *id eſt, ut habet Vulg.*, deſideraverunt oculi mei, Eccleſ. 2. verſ. 10., *ubi per metonymiam, quod proprium* animæ *eſt*, oculis *adſcribitur*; *quia per hos* animæ deſiderium *excitatur*: *Item* interrogaverunt, Jerem. 36. v. 17., *& in pauſa* שָׁאָלוּ interrogaverunt, Joſ. 9. verſ. 14., Iſa. 30. v. 2., נִדְרַשְׁתִּי לְלוֹא שָׁאָלוּ, Joſ. 65. v. 1., quæſitus ſum ab iis, qui non interrogabant: וְשָׁאֲלוּ לְךָ לְשָׁלוֹם, 1. Sam. 10. verſ. 4., & interrogabunt te pacis, *valetudinis ſcil. cauſa, id eſt* pacificè te ſalutabunt, *ſive* de ſalute, *&* quomodo tu valeas, interrogabunt: *Cum affix.* שְׁאֵלוּנוּ, Pſalm. 137. verſ. 3., poſtulaverunt a nobis, *juxta Pagninum*; *At Vulgat., & alii habent*, interrogaverunt nos; שְׁאֶלְתֶּם petiiſtis, 1. Sam. 12. v. 13., interrogaſtis, Job. 21. v. 29., וּשְׁאֶלְתֶּם לוֹ בִשְׁמִי לְשָׁלוֹם, 1. Sam. 25. v. 5., & interrogabitis eum in nomine meo de ſalute, *ſive* quomodo ſe habeat; *Vulg. vertit*, & ſalutabitis eum ex nomine meo pacifice: *Partic.* שׁוֹאֵל, Mich. 7. verſ. 3., *&* שֹׁאֵל, Deut. 10. v. 12., 2. Sam. 3. v. 13., petens, poſtulans; *item* interrogans, 2. Sam. 14. v. 18., Jerem. 38. v. 14.,

v. 14., & precor, 1. Reg. 2. v. 16. *Cum præfix.* וְשֹׁאֵל אוֹב & conſulens pythonem, Deut. 18. v. 11. *Plur. cum præfix.* הַשֹּׁאֲלִים מֵאִתּוֹ מֶלֶךְ qui petierant à ſe regem, 1. Sam. 8. v. 10. *Fœm.* שֹׁאֶלֶת petens, poſtulans, deprecans, 1. Reg. 2. vv. 20. 22. *Partic. Pahul* שָׁאוּל לַיהוָה 1. Samuel. 1. v. 28., requiſitus, precario rogatus, expetitus a Deo; *Vulg., & alii reddunt,* commodatus Domino: וְהוּא שָׁאוּל & ipſum petitum, *ſive* commodatò, mutuò petitum, *vel* acceptum, 2. Reg. 6. v. 5. *Infin.* שָׁאוֹל, Geneſ. 43. v. 7., 2. Sam. 20. v. 18., interrogando; וְשָׁאוֹל & conſulere, *ſive* conſulendo, 1. Sam. 22. verſ. 13. *Infin. conſtr.* לִשְׁאוֹל מֵאֵת־אָבִיהָ, *&* לִשְׁאֹל ut peteret à patre ſuo, Joſ. 15. v. 18., Jud. 1. v. 14., לִשְׁאוֹל לָכֶם מֶלֶךְ ad petendum vobis regem, 1. Sam. 12. vv. 17. 19., לִשְׁאוֹל בַּיהוָה ut conſuleret Dominum, 1. Sam. 23. v. 4., לִשְׁאוֹל בָּאוֹב conſulendo pythonem, 1. Paral. 10. v. 13., לִשְׁאוֹל מִן־הַמֶּלֶךְ petere a rege, Eſdr. 8. verſ. 22., לִשְׁאֹל בְּאָלָה נַפְשׁוֹ ad petendum, *ſive* ut peterem in, *vel* cum exſecratione, *ſive* maledictione animam ejus, Job. 31. verſ. 30., לִשְׁאֹל לְשָׁלֹם לָךְ, Jerem. 15. verſ. 5., ad petendum de pace, *ſive* ſalute, proſperitate tibi, *ſive* ut roget pro pace, ut petat pacem tibi: *Et alia forma ob* Makkaph, לִשְׁאָל־לוֹ בֵּאלֹהִים, 1. Sam. 22. v. 15., *ubi* Vau *redundans*, conſulere pro eo Deum: לִשְׁאָל־לוֹ לְשָׁלוֹם, 2. Sam. 8. v. 10., ad interrogandum eum de pace, *id eſt* ſalute, proſperitate, *ſive*, *ut optime exponit Vulg.*, ut ſalutaret eum congratulans; *ita &* 1. Paralip. 18. verſ. 10., *ubi adeſt* Vau *redundans*, *videl.* לִשְׁאוֹל: לִשְׁאָל־אֹכֶל petendo, *ſive* ut peterent cibum, eſcam, Pſalm. 78. v. 18. *Imper.* שְׁאַל interroga, Deut. 4. v. 32., 32. v. 7., 1. Sam. 17. v. 56., 25. v. 8., Job. 8. v. 8., *item* conſule, Jud. 18. verſ. 5., poſtula, 1. Reg. 3. v. 5., 2. Reg. 2. v. 9., 2. Paralip. 1. v. 7., Pſalm. 2. v. 8., Iſa. 7. verſ. 11., *& cum* ה *paragog. in pauſa* שְׁאָלָה, Iſa. 7. v. 11., pete, *juxta Joa. Simonem, & quoſdam alios: At Vulg. eſt nomen; redditurque* infernus, *de quo infra: Fœmin.* שַׁאֲלִי pete, 1. Reg. 2. vv. 20. 22., pete mutuo, 2. Reg. 4. verſ. 3., interroga, Jerem. 48. v. 19. *Plur.* שַׁאֲלוּ petite, poſtu-

late

late, Pſalm. 122. v. *6.*, interrogate, Jerem. *6.* v. *16.*, 8. verſ. 13. *Cum affix.* שְׁאָלוּנִי interrogate me, Iſa. 45. verſ. 11. *Futur.* אֶשְׁאַל petam, Iſa. 7. v. 12., וָאֶשְׁאַל אֹתָהּ & interrogavi eam, Gen. 24. v. 47., *& cum* ה *paragog.* אֶשְׁאֲלָה petam, Jud. 8. v. 24. *Cum affix.* וְאֶשְׁאָלְךָ & interrogabo te, Job. 38. verſ. 3., 40. verſ. 7., 42. verſ. 4., וָאֶשְׁאָלֵם & interrogavi eos, Iſa. 41. v. 28., Nehem. 1. verſ. 2., תִּשְׁאַל לִשְׁמִי quæris nomen meum, Geneſ. 32. verſ. 30., Jud. 13. v. 18., וְתִשְׁאַל petiſti autem, 2. Paralip. 1. v. 11., *& cum affix.* תִּשְׁאָלֵנִי interrogas me, 1. Sam. 28. verſ. 16., כַּאֲשֶׁר יִשְׁאַל ſicut, qui conſuleret, 2. Samuel. 16. verſ. 23., *& in pauſa* יִשְׁאָל interrogat, Hoſe. 4. v. 12., וַיִּשְׁאַל & interrogavit, Geneſ. 32. verſ. 30., *&c.*, & conſuluit, 1. Sam. 22. v. 10., 23. v. 2. *Cum affix.* יִשְׁאָלְךָ interrogabit te, Exod. 13. verſ. 14., וַיִּשְׁאָלֵהוּ & interrogavit eum, Geneſ. 37. v. 15.; תִּשְׁאָלְךָ נַפְשֶׁךָ, Deut. 14. v. 26., rogaverit te anima tua, *id eſt*, *ut habet optime Vulg.*, deſiderat anima tua: *Plur. cum* ה *paragog.* וְנִשְׁאֲלָה אֶת־פִּיהָ, Geneſ. 24. v. 57., & quæramus os ejus, *ſive* ex ore ejus, *quid videl. dictura ſit*; *atque hic* os *ponitur pro eo*, *quod* ex ore *exit*, *hoc eſt pro ſermone*: יִשְׁאָלוּ, Jerem. 50. v. 5., *ubi* Kametz *propter pauſam*, interrogabunt; וְיִשְׁאֲלוּ & poſtulent, Exod. 11. verſ. 2., וַיִּשְׁאֲלוּ & interrogarunt, Geneſ. 26. v. 7., Jerem. 38. v. 27., וַיִּשְׁאֲלוּ אִישׁ־לְרֵעֵהוּ לְשָׁלוֹם, Exod. 18. v. 7., & interrogaverunt quiſque proximum ſuum de pace, *id eſt* alter alterum, *ſive* ſe invicem interrogaverunt, quomodo valerent, an ſalva, & proſpera eſſent omnia; *Vulg. vertit*, ſalutaruntque ſe mutuo verbis pacificis: וַיִּשְׁאֲלוּ בְּנֵי יִשְׂרָאֵל בַּיהוָה & conſuluerunt filii Iſrael Dominum, Jud. 1. v. 1., *& ita* cap. 20. vv. 18. 23. 27., 1. Sam. 10. v. 22., וַיִּשְׁאֲלוּ־לוֹ לְשָׁלוֹם & interrogaverunt eum de pace, *ſive* proſperitate, *id eſt* quomodo valeret; *Vulg.*, *& alii vertunt ut ſupra*, *nempe* ſalutaverunt eum verbis pacificis. *Et cum* Nun *paragog.* יִשְׁאָלוּן (quando) interrogaverint; Joſ. 4. vv. 6. 21. *Cum affix.* יִשְׁאָלוּנִי interrogarunt, rogant me, Iſa. 58. verſ. 2. *Niph.* נִשְׁאַל exoratus eſt, precibus obtinuit, deprecatus eſt, petiit, *&c. Præterit.*

terit. נִשְׁאֹל נִשְׁאַל מִמֶּנִּי petendo petiit à me, *id eſt* obnixè petiit à me, & obtinuit, 1. Sam. 20. v. 6., נִשְׁאַלְתִּי מִן־הַמֶּלֶךְ precibus obtinui à rege, Nehem. 13. v. 6. *Infinit.* נִשְׁאֹל, 1. Sam. 20. vv. 6. 28., *ubi deficit* ה *charaƈteriſt.*, petendo. *Pihel præter. plur. in pauſa* וְשִׁאֵלוּ & mendicabunt, *ſive* mendicent, Pſalm. 109. v. 10. *Futur.* יִשְׁאַל, Prover. 20. verſ. 4., *ubi Maſſora, quam ſequuntur Buxtorfius, Joa. Simon, & alii notant legendum cum* Vau *ab initio, loco* Jod, *ita ſcil.* וְשָׁאַל, *atque reddendum*, & mendicat, *ſive* & mendicabit; *Vulgat. legit in futuro, prout in textu*: *Plur.* שָׁאוֹל יְשָׁאֲלוּ בְּאָבֵל interrogando interrogent, *ſive* conſulendo conſulant in Abela, 2. Sam. 20. v. 18. *Hiph.* הִשְׁאִיל mutuavit, commodato, *ſive* mutuo dedit, *q. d.* mutuo petere ſivit: *Præterit. cum affix.* הִשְׁאִלְתִּיהוּ לַיהוָה, 1. Sam. 1. v. 28., & mutuo dedi, *ſive* commodavi eum Domino, *id eſt, ut habet Buxtorfius*, quem precario ab ipſo acceperam, nunc rurſus ipſi ſiſto, & conſecro, ut ipſius miniſter ſit: *Futur. plur. cum affix.* וַיַּשְׁאִלוּם & mutuo, *ſive* commodato dederunt illis, petentibus *ſcil.*, Exod. 12. v. 36.

שְׁאֵל *Chald., & idem ſignificat ac Hebr.* שָׁאַל: *Præterit.* לָא : שְׁאֵל לְכָל־חַרְטֹם, Dan. 2. verſ. 10., non petiit, *ſive* ſciſcitatus eſt ab ullo mago, *& juxta Vulg.* ab omni ariolo: *Plur.* אֱדַיִן שְׁאֵלְנָא, Eſdr. 5. v. 9., tunc interrogavimus: *Futur. cum affix., & Nun epenthet.*, כָּל־דִּי יִשְׁאֲלֶנְכוֹן, Eſdr. 7. v. 21., quidquid rogabit vos, *ſive* petet, petierit a vobis.

שְׁאָל Scheál, *& juxta Vulg.* Saul, *nom. propr. viri*, Eſdr. 10. verſ. 29.

שֶׁאֵל *Diƈtio compoſita ex pronomine conjunƈto* שֶׁ qui, quæ, quod, *& ex nomine* אֵל Deus: אַשְׁרֵי שֶׁאֵל, Pſalm. 146. verſ. 5., beatus *is*, cui, *ſive* cujus Deus.

שָׁאוּל Saul, *nom. propr. regum*, Geneſ. 36. v. 37., 1. Regum 9. v. 2. *Item nom. filii Simeonis filii Jacob*, Gen. 46. verſ. 10., 1. Paralip. 4. v. 24.

שָׁאוּלִי Scahulí, *& juxta Vulgat.* Saulitæ, *nom. patronymicum virorum a Saule filio Simeonis oriundorum*, Num. 26. v. 13.

שְׁאוֹל *com.* Sepulcrum, inferior terræ locus, receptaculum mor-

mortuorum, infernus, *locus ſcil.*, *in quo animæ corporibus ſolutæ, ſicut unaquæque digna eſt, detinebantur olim, & etiam modo detinentur, ut ex iis, quæ ſunt exponenda, patebit. Item metaphorice* gravis calamitas, *&* periculum. *Buxtorfius, aliique putant*, ſepulcrum *dictum* שְׁאוֹל *à* petendo, *&* poſtulando, *quod ore hiante, & dilatato repleri* expectat, *uti legitur* Iſa. 5. v. 14., *&* Habac. 2. v. 5. *Unde &* inſatiabile *dictum* Proverb. 27. verſ. 20., *&* 30. *Sed Jo. Simon mavult*, ſepulcrum *dictum* שְׁאוֹל *ex Syrorum ſenſu. Syris autem τὸ* שאל *eſt* ſubduxit, è medio abſtulit: *Unde* ſepulcrum, *q.d.* ſubductio, *ſive* ablatio è medio viventium. *Hæc tamen vox* שְׁאוֹל *nonniſi lata quadam ratione* ſepulcro, *quo* cadavera *conduntur, aptari poteſt. Nam, ut habet Campegius Vitringa in* cap. XIV. Iſa., *proprie, & in generali ſua ſignificatione τὸ* שְׁאוֹל *notat τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς* inferiora terræ, *ſive τὰ κάτω* locum infra terram, *quem Græci ἀΐδην, ſive ἅδην appellarunt, (licet vocis ἅδης ſit aliquanto reſtrictior ſignificatio), ſive* locum infernum, (*unde* inferni *vulgata notio*), ſuperno, *ſive* iis, *quæ* ſupra terram *ſunt, contradiſtinctum*: *Qui* locus *cum non* appareat, *ac de eo propterea* quæratur, ubi ſit, *dictus videtur* שְׁאוֹל *à* שאל quærere: *Atqui ubi in genere ſint* cadaverum foſſæ, *ſive* ſepulcra, *facili negotio cuique conſtat. Sed quidquid ſit de vocis hujus* שְׁאוֹל *etymo, certo certius & ex Sacris Litteris, & ex Hebræorum tam veterum, quam recentiorum ſententia, atque uſu conſtat*: 1°. Sepulcrum *proprie* קֶבֶר *dictum à* קָבַר ſepelivit, *quemadmodum &* foſſam, *ſive* foveam *appellatam* בּוֹר *à* בָּאַר eruit, *ſive, juxta Arab. ſenſum*, fodit, effodit, *vel* שַׁחַת *à verbo* שָׁחַת corrupit; *quia* fovea *eſt* corruptionis *locus*: 2°. *In una, eademque Scripturæ Sacræ orationis ſerie, atque nexu uſurpatæ leguntur hæ duæ dictiones, videl.* קֶבֶר, *vel* בּוֹר, *ſive* שַׁחַת, *&* שְׁאוֹל, *& quidem ad aliquid diverſum deſignandum, ut* Pſal. 30. v. 4., *&c. Reſtat itaque per τὸ* שְׁאוֹל, *dum de futuro hominum poſt hanc vitam ſtatu habetur ſermo, neque proprie, neque ſemper, ut Hæreticorum multi, & Increduli potiſſimum ſuadere conantur, aut* ſepulcrum, *aut* foſſam *deſignari*; *ſed* animarum receptacula, *quibus, ut dictum eſt, illæ pro meritis detinentur,*

quæque loca nos infernum *dicimus. Atque Rabbini quidem, in Talmude ad* cap. 1. Roſc haſchanah, *& in Cod.* עירובין capit. 2. עוסין פסין, *& aliis in locis, non ſolum per* τὸ שאול gehennam, *ſive* infernum *intelligendum, arbitrantur, atque tuentur; ſed. & illum ipſum* bifariam *diſtinguunt*, in gehennam *ſcil.*, *ſive* infernum ſuperiorem שאול למעלה, *quo nimirum non plene purgati ex hac vita decedentes divinæ juſtitiæ faciunt ſatis; &* inferiorem שאול תחתיות, גהנום למטה, *quem etiam* תחתות ארץ profundiora terræ *nominant, ubi ſcilicet prorſus impii in æternum erunt cruciandi. Qui plura hac de Rabbinorum ſententia ſcire cupit, conſulat Raymun. Martini in* Pugione fidei 3. part. diſt. 2. cap. 8., *& Bartoloccium in* Bibl. Rabb. part. 2. diſſert. 3. *Sed in ejuſdem rei confirmationem decretoria plane ſunt, quæ habet* Iſaias cap. 14. verſ. 9. *Ibi regem Babylonis ad* שְׁאוֹל *deſcendentem in hæc verba alloquitur:* שְׁאוֹל מִתַּחַת רָגְזָה לְךָ לִקְרַאת בּוֹאֶךָ עוֹרֵר לְךָ רְפָאִים כָּל־עַתּוּדֵי אָרֶץ הֵקִים מִכִּסְאוֹתָם כֹּל מַלְכֵי גוֹיִם infernus de ſubter, *ſive* a parte inferiori, *id eſt* infernus inferior conturbatus eſt propter te, in occurſum adventus tui excitat tibi gigantes, *juxta Vulg.*, *ſive* fato functos, *ut quibuſdam aliis placet*: omnes duces, *ſive* principes terræ ſurgere facit è ſedibus ſuis; omnes reges gentium: *Atqui metaphorica hæc dicendi ratio in* ſepulcrum, *ſive in* terram inferiorem, *in qua ſunt* ſepulcra, *quadrare non poteſt. Nam, addit Vitringa, velim ſcire, quo ſenſu* ſepulcrum, *ſive* terra inferior *dici poſſit* excitare mortuos *ad gratulandum adventum Babylonio. Id ſane durum eſt, & fictio nihil probabile habet.* Sepulcri *enim non eſt, quem* excitare, *aut* הקים facere, ut quis ſurgat, *vel* reſurgat: *ſed potius ejus eſt, quem tenere captivum ſub poteſtate mortis. Deinde quod dicantur* fato functi excitandi מִכִּסְאוֹתָם de ſedibus, *vel* ſoliis ſuis, *quam incommode per* ſedes, *vel* ſolia *hic rurſus ipſa intelliguntur* ſepulcra, *quæ cum* ſedibus, *vel* ſoliis *nihil commune habent; hactenus ille. Sed rem conficiunt, quæ præcedunt, quæque ſequuntur. Enim vero verſibus 5. 7. 8. impii regis mortem deſcribit Propheta per ea verba,* contrivit baculum impiorum, virgam dominantium, *qua de cauſa, addit,* conquievit, & ſiluit omnis

terra,

terra, & ex quo obdormiſti, non aſcendet, qui ſuccidat nos: *Deinde addit*, detracta, *ſive* deducta *eſt* גְּאוֹנְךָ שְׁאוֹל ſuperbia, *ſive* magnificentia tua. *Num deducta* ad ſepulcrum? *Ita Adverſarii volunt. At quomodo* ad ſepulcrum? *Nam verſu* 19. *idemmet Sacer Auctor teſtatur, fuiſſe illum ipſum* projectum מִקִּבְרְךָ de ſepulcro *illorum ſaltem* principum, *quorum ibidem ſit mentio*; *& non habiturum* (*ibidem* verſ. 20.) conſortium, neque cum iis בִּקְבוּרָה in ſepultura. *At ad* שְׁאוֹל deſcendet, *ibique cum* gigantibus, *ſive* fato functis, *cum* principibus, *ac* regibus terræ conſortium habebit; *ergo, ne, pugnantia fuiſſe locutum Prophetam, dicamus, fateamur oportet, per* τὸ שְׁאוֹל *nil aliud deſignare voluiſſe, quam commune* animarum *à corporibus ſolutarum* ſubterraneum *quoddam* receptaculum, *ſive* regionem, *ſed pro qualitate perſonarum in varia loca diſcretam*: *Hanc vero ipſam potiſſimum nomine* שאול *fuiſſe compertam, probatamque veteri Synagogæ ante etiam Babylonicam captivitatem, confirmant plane ea, quæ* 1. Sam. c. 28. de Samuele *a Pythoniſſa ex* inferis evocato, *atque ex* inferioribus terræ aſcendente *narrantur. Occurrit hæc ipſa dictio cum* ה *locali, ut* כִּי־אֵרֵד אֶל־בְּנִי אָבֵל שְׁאֹלָה, Gen. 37. v. 35., ſed deſcendam ad filium meum in infernum; *nec enim Jacob ſperare poterat, ſe* deſcenſurum in ſepulcrum *filii, cujus corpus à feris dilaniatum pro certo habebat. Sed* שְׁאֹלָה *vide infra ſuo loco*: *Et cum* ה *paragog.* וַיֵּרְדוּ חַיִּים שְׁאֹלָה, Numer. 16. verſ. 30., & deſcenderunt vivi in infernum: בְּיוֹם רִדְתּוֹ שְׁאֹלָה, Ezech. 31. v. 15., in die deſcendere ipſum, *i. e.* quando deſcendit ipſe in infernum, *ſive* ad inferos; *& ita ibidem* vv. 16. 17., לִשְׁאוֹלָה, Pſal. 9. v. 18., ad, *vel* in ſepulcrum, *juxta Pagninum, Buxtorfium, & quoſdam alios*; *Vulgat. habet*, (convertantur peccatores) in infernum: *Item cum* ה *locali deficiente*, שְׁאֹל, & שְׁאוֹל in infernum, ad inferos, 1. Sam. 2. v. 6., 1. Reg. 2. vv. 6. 9., Pſalm. 55. verſ. 16., 139. v. 8., Job. 7. v. 9., 24. v. 19., Iſa. 14. v. 11., *de quo ſupra*: *Cum præfix.* בִּשְׁאוֹל in inferno, Job. 14. v. 13., Pſalm. 6. v. 6., כִּשְׁאוֹל ſicut infernus, Proverb. 1. v. 16., לֹא־תַעֲזֹב נַפְשִׁי לִשְׁאוֹל, Pſalm. 16. verſ. 10., non derelinques animam meam in inferno: *Arbi-*

Arbitrantur nonnulli, & Hæretici potiſſimum, qui Chriſti ad inferos deſcenſum *negant, ita reddendum*: non derelinques corpus meum in ſepulcro; *quam à vero hæc interpretatio aberret, quamque pugnet cum Catholica doctrina, demonſtrarunt multi, quorum hoc in loco argumenta referre, inſtituti ratio non patitur*: מִשְּׁאוֹל præ inferno, Job. 11. verſ. 8., מִשְּׁאוֹל תַּחְתִּיָּה ex inferno inferiori, Pſalm. 86. v. 13.

שְׁאֵלָה *fœm.* Petitio, Jud. 8. v. 24., שְׁאֵלָה אַחַת petitionem unam (ego peto), 1. Reg. 2. v. 16. *Cum præfix.* תַּחַת הַשְּׁאֵלָה, 1. Sam. 2. v. 20., pro petitione, *ſive* propter petitionem, *i. e. metonymice* propter filium petitum: *Alii vertunt*, pro fœnore, *ſive* pro commodato, *vel* mutuo: *Cum affix.* וַיִּתֵּן יְהוָה לִי אֶת־שְׁאֵלָתִי, 1. Sam. 1. v. 27., & dedit Dominus mihi petitionem meam; *& ita* Eſth. 5. vv. 7. 8. *Et aliter* תָּבוֹא שְׁאֵלָתִי eveniat petitio mea, Job. 6. v. 8., בִּשְׁאֵלָתִי pro petitione mea, *i. e., ut optime exponit Vulgat.*, pro qua (anima mea) rogo, Eſth. 7. verſ. 3. *Hinc contractum*, יִתֵּן אֶת־שֵׁלָתֵךְ det petitionem tuam, 1. Sam. 1. v. 17., שֶׁאֱלָתָם (dedit eis) petitionem ipſorum, Pſalm. 106. v. 15.

שְׁאֵלָה *f. Chald.* Petitio; rogatio conſilii, *ſive* ſententiæ: *Emphat.* שְׁאֶלְתָּא petitio, poſtulatum, Dan. 4. v. 14.

מִשְׁאָלָה *f.* Petitio, petitum: *Plur. cum affix.* כָּל־מִשְׁאֲלוֹתֶיךָ (impleat Dominus) omnes petitiones tuas, Pſalm. 20. v. 6.

* שְׁאֶלְנָא *Chald. vide in* שְׁאֵל *pag.* 1502.

* יְשָׁאֲלִנְכוֹן *Chald. vide in* שְׁאֵל *pag.* 1502.

שְׁאֶלְתָּא *Chald. vide mox ſupra in* שְׁאֵלָה *Chald.*

שְׁאַלְתִּיאֵל Scealtiél, *juxta Vulg.* Salathiel, *nom. prop. virorum.*

* מִשְּׁאָם *Dictio compoſita, quam vide pag.* 805., *item compoſita* יִשְׁאֶם, תְּשָׁאֵם, יְשָׁאוּם, יִשְׁאֵם *vide ſupra pag.* 801., 802.

שָׁאַן Tranquillus, ſecurus fuit. *Sed in Kal eſt inuſit. Nam nomina* שָׁאוֹן, *&* מְשָׁאוֹן *ſpectant ad Radicem* שָׁאָה, *quæ propterea vide ſupra pag.* 1496., *&* 1497. *Vide etiam aliud* מְשָׁאוֹן *pag.* 808., *&* יְשָׁאֵנָה, יְשָׁאֶנּוּ, יְשָׁאוּנְךָ *vide pag.* 801., 802. *Sed* שִׁיאוֹן, שִׂיאֹן *vide poſt* שַׁאֲנַן *pag.* 1507. *Ex verbo* שָׁאַן, *geminata tertia radicali, eſt Conjug., quæ ſequitur.*

שַׁאֲנַן Tranquillè egit, tranquillus fuit, *& quidem* ſumme, *propter literam geminatam, ut notat Joa. Simon: Præterit.*

terit. שַׁאֲנַן מוֹאָב, Jerem. 48. verſ. 11., tranquillus fuit Moab; *à Vulg. redditur*, fertilis fuit: *Cum præfix.* וְשַׁאֲנַן, Jerem. 30. v. 10., 46. v. 27., Proverb. 1. v. 32., & tranquillus erit: *Vulg. vertit*, & proſperabitur, cunctis affluet bonis, abundantia perfruetur: *Plural. in pauſa* שַׁאֲנָנוּ, Job. 3. v. 18., tranquillè agent, *juxta Buxtorfium*; *quidam alii reddunt*, ſumme tranquilli facti ſunt.

שַׁאֲנָן *m.* Tranquillus, *&* *juxta Vulgat.*, *Pagninum*, *alioſque*, opulentus, dives, Job. 12. v. 5., Iſa. 33. verſ. 20. *Item* tranquillitas, *ſive* ſecuritas: *Cum affix.* וְשַׁאֲנַנְךָ, 2. Reg. 19. v. 28., & tranquillitas tua, *id eſt*, *ut exponit Buxtorfius*, inſolentia, ferocia, quam tranquillitas tibi parit: *à Vulg. redditur*, & ſuperbia tua: *Vide hoc ipſum ſuprà pag.* 1497. *Plural.* רַבַּת שָׂבְעָה־לָּהּ נַפְשֵׁנוּ הַלַּעַג הַשַּׁאֲנַנִּים, Pſalm. 123. verſ. 4., *Pagninus*, *aliique reddunt*, multum ſaturata eſt anima noſtra ſubſannatione opulentorum: הוֹי הַשַּׁאֲנַנִּים בְּצִיּוֹן væ tranquillis, *ſive* opulentis in Tzjone, Amoſ. 6. verſ. 1. *Fœm.* נָשִׁים שַׁאֲנַנּוֹת mulieres tranquillæ, *vel*, *juxta Vulg.*, *alioſque*, opulentæ, Iſa. 32. v. 9.

שַׁלְאֲנָן *m.* Tranquilliſſimus, Job. 21. verſ. 23., *cum epentheſi* ל, *vel potius*, *ut Kimchi ſcribit in lib. Rad.*, *eſt vox compoſita ex* שָׁלֵו, *&* שַׁאֲנָן, *& notatur eo* ſumme tranquillus, *i. e.*, tranquilliſſimus: *Hactenus Buxtorfius. Sed vide etiam ſub radice* שלה.

שִׁיאֹן Scíon, *& juxta Vulgat.* Séon, *nom. propr. civitatis in Tribu Iſſachar*, Joſ. 19. v. 19.

שִׂיאֹן Sion, *nom. propr. montis Amorrhæorum*, *qui &* Hermon *dicitur*, Deuter. 4. v. 48.

שָׁאַם: *Unde Partic. plur. cum affix.* שָׁאמַיִךְ *vide infra in Radice* שָׁסַס.

שָׁאַף Hauſit, *proprie* aerem, *vel* ventum, anhelavit, aſpiravit: *metaphorice*, abſorbuit, deglutivit: *Præterit.* וְשָׁאַף צַמִּים חֵילָם, Job. 5. v. 5., & exhaurit, *ſive* abſorbet prædo, *ſive* latro opes, *vel* facultates eorum, *ita vertunt*, *qui Pagninum*, *& Buxtorfium ſequuntur*: *At Vulg.*, *Arias Montanus*, *& alii*, *τὸ* צַמִּים *à* צָמֵא ſitivit *derivantes*, *atque pro* צְמֵאִים *legentes*, (*quam ſane lectionem poſtulare videtur dictio*, *quæ eodem in verſ. præcedit*, *videli-*

cet רָעֵב famelicus), *ſunt interpretati*, & bibent, *ſive* & abſorbebunt, haurient ſitientes opes, divitias, *ſive* facultates eorum: *Cum affix.* שְׁאָפַנִי אֱנוֹשׁ, Pſal. 56. verſ. 2., abſorbet me, *id eſt* anhelus perſequitur ad deglutiendum me homo; *Vulgat. habet*, conculcavit me homo: *Fœmin.* שָׁאֲפָה רוּחַ תַּאֲנָתָהּ, Jerem. 2. v. 24., haurit, *vel* attrahit ventum occaſionis ſuæ, *vel* occurſus ſui, *nempe* auram obviam, *ita Pagninus*, *Arias Montanus*, *&c. Quidam vero*, *alii*, τὸ תַּאֲנָתָהּ *à radice Arab.* תאנה, *quæ in V. Conjugat. ſonat Latine*, inſipuit, inſipientiam oſtendit, *derivantes*, *vertunt*, anhelat ſpiritu inſipientiæ, *vel* libidinis ſuæ: *Vulg. habet*, attraxit ventum amoris ſui, *id eſt*, *ut quidam exponunt*, (onager) *captat auram*, *& odorem conſortis*, *ex* vento *ſcil. cognoſcit*, *ubi ſit fœmina*, *quam concupiſcit*, *& in eam totus fertur*, *ut nullus eum avertere poſſit*: *Plural.* שָׁאֲפוּ רוּחַ, Jerem. 14. verſ. 6., hauſerunt, *ſive*, *juxta Vulg.*, attraxerunt ventum: *Partic.* וְאֶל־מְקוֹמוֹ שׁוֹאֵף & ad locum ſuum anhelat, adſpirat, Eccleſ. 1. verſ. 5. *Cum affix.* שֹׁאֲפִי, Pſalm. 57. verſ. 4., (& ſalvabit me à probro) anhelantis contra me, *ſive*, *ut habet Pagninus*, deglutire volentis me: *Plur. cum præfix.* הַשֹּׁאֲפִים, Amos 2. verſ. 7., 8. v. 4., anhelantes, inhiantes, *ſive juxta alios*, abſorbentes, deglutientes: *Vulg. vertit*, qui conterunt, qui conteritis: *Infin.* וְשָׁאֹף אֶתְכֶם, Ezech. 36. v. 3., & anhelando, inhiando, *ſcil.* inhiant contra vos, *vel* abſorbendo, exhauriendo vos; *Vulgat. vertit*, & conculcati: *Futur.* וְאֶשְׁאַף יָחַד, Iſa. 42. v. 14., & abſorbebo ſimul: *Et cum* ה *paragog. in pauſa*, וָאֶשְׁאָפָה, Pſalm. 119. v. 131., & anhelavi, inhiavi, aſpiravi, *vel*, *juxta Vulgat.*, & attraxi ſpiritum, *id eſt omnibus nervis contendo*, *ut aſſequar*: אַל־תִּשְׁאַף הַלָּיְלָה לַעֲלוֹת עַמִּים תַּחְתָּם, Job. 36. verſ. 20., *varie redditur*; *LXX.*, *& quidam alii habent*, nè educas, *vel* educere coneris noctem; ut aſcendant populi contra ſe: *Sym. vero*, *& alii vertunt*, nè ſtudeas nocte, ut aſcendant populi ad loca ſua: *Sunt multi*, *qui reddunt*, nè anheles, *vel* conſideres noctu, *quomodo* excidat populos in loco ſuo, *i. e. qua ratione fiat*, *ut tot populi ſuccidantur in loco ſuo*: *Vulg. reddit*, nè potrahas noctem,

ctem, ut aſcendant populi pro eis; *conſulantur Interpretes, qui plura in hujuſce verſiculi explanationem proferunt*: יִשְׁאַף־צֵל anhelat, deſiderat umbram, Job. 7. v. 2.

שָׁאַר Reliquus, reſiduus fuit, ſuperfuit, remanſit: *Præter.* עוֹד שָׁאַר adhuc reliquus eſt (minimus), 1. Sam. 16. v. 11. *Niph.* נִשְׁאַר reliquum, reſiduum eſſe, *vel* fieri, relinqui: ſuperſtitem manere, remanere, ſupereſſe: *Frequenter conſtruitur cum præpoſitione* ב, *quæ quandoque per* e, ex *explicanda eſt, ita Buxtorfius*: *Præter.* נִשְׁאַר לִפְנֵי אֲדֹנִי בִּלְתִּי אִם־גְּוִיָּתֵנוּ וְאַדְמָתֵנוּ, Geneſ. 47. v. 18., non reliquum factum eſt coram domino meo, niſi corpus noſtrum, & terra noſtra: *Sed in pauſa* הוּא לְבַדּוֹ נִשְׁאָר ipſe ſolus eſt relictus, Geneſ. 42. v. 38. *Item cum* א *epenthetico*, וְנֵאשֲׁאַר אֲנִי, *pro* נִשְׁאַרְתִּי, *ut notat Buxtorfius*, Ezech. 9. verſ. 8., & reliquus fui, *ſive* remanſi ego: *Kimchi in Comment. ſcribit, eſſe compoſitum ex Præterito Niphal, & Futuro Kal, quaſi dicere Propheta voluerit*: cum percutientibus illis videre vellem, מִי נִשְׁאָר quis reliquus maneret? animadverti, כִּי אֶשָּׁאֵר אֲנִי quod ego tantum reliquus eſſem. *Non diſſimile vide in* שָׁחָה *in Hithpahel*. *Fœm.* נִשְׁאֲרָה, Joſ. 13. verſ. 1., Dan. 10. v. 17., *& in pauſa* נִשְׁאָרָה, 2. Sam. 14. verſ. 7., relicta eſt: נִשְׁאַרְתִּי relictus ſum, Iſa. 49. v. 21. *Plur.* וְלֹא־נִשְׁאֲרוּ בָם שְׁנַיִם יָחַד neque relinquerentur in eis. *id eſt*, ex eis duo pariter, 1. Sam. 11. v. 11., *& in pauſa* נִשְׁאָרוּ relicti ſunt, Joſ. 11. v. 22., remanſerunt, Jud. 7. verſ. 3., וְנִשְׁאֲרוּ־בָם & relicti, reliqui fuerint ex eis, Jer. 37. v. 10., וְנִשְׁאַרְתֶּם מְתֵי מִסְפָּר, Deuter. 4. v. 27., & remanebitis homines numero, *ſcil.* homines, qui numerari poterunt, *ideoque* pauci: וְנִשְׁאַרְתֶּם בִּמְתֵי מְעָט, Deuter. 28. v. 62., & relinquemini in viris parum, *ſive* & reliqui fietis cum viris paucitatis: *Quibuſdam videtur*, ב *in* מְתֵי *eſſe pleonaſtice articulus nominativi, idque, apud Matth. Polum, probant, non ſolum Arabicæ linguæ genio, ſed & variis Scripturæ Sacræ argumentis*; *hinc vertunt*, & relinquemini viri paucitatis, *id eſt* pauci: כִּי־נִשְׁאַרְנוּ פְלֵיטָה, Eſdr. 9. v. 15., quoniam relicti ſumus evaſio, *id eſt*, *ut habet Vulg.*, derelicti ſumus, qui ſalvaremur: *Particip. cum præfix.* הַנִּשְׁאָר reliquus, reſiduus, ſuper-

ſuperſtes, relictus, Geneſ. 32. v. 8., &c. Plur. הַנִּשְׁאָרִים reliqui, reſidui: Fœm. הַנִּשְׁאָרָה reſidua: וְיָסְפָה פְלֵיטַת בֵּית־יְהוּדָה הַנִּשְׁאָרָה, Iſa. 37. verſ. 31., ubi ה exprimit relativum, atque vertendum, & perget evaſio, ſive reſiduum domus Judæ, quod erit ſuperſtes, vel quod relictum factum fuerit: Item alia forma הַנִּשְׁאֶרֶת reſiduum, Exod. 10. verſ. 5., & in pauſa הַנִּשְׁאָרֶת relicta, Joſ. 13. verſ. 2. Plural. הַנִּשְׁאָרוֹת reliquæ, relictæ, relicta, Zach. 11. v. 9., 12. verſ. 14. Futur. יִשָּׁאֵר reliquus erit, relinquetur, Iſa. 11. vv. 11. 16., וַיִּשָּׁאֵר & relictus eſt, remanſit, Geneſ. 7. verſ. 23., לֹא תִשָּׁאֵר non relinquetur, Exod. 10. v. 26., וַתִּשָּׁאֵר & ſuperſtes relicta eſt, ſive remanſit, Ruth. 1. vv. 3. 5. Plural. יִשָּׁאֲרוּ relictæ fuerint (gentes), Ezech. 36. verſ. 36., וַיִּשָּׁאֲרוּ & remanſerunt, Numer. 11. v. 26., & fœm. תִּשָּׁאַרְנָה, Exod. 8. vv. 5. 7., relinquentur, & juxta Vulg., remaneant, remanebunt. Hiph. הִשְׁאִיר reliquit, reliquum, reſiduum, ſuperſtitem fecit, vel reliquit: Præter. הִשְׁאִיר־לוֹ שָׂרִיד reliquit ei ſuperſtitem, Num. 21. v. 35., וְהִשְׁאִיר אַחֲרָיו בְּרָכָה & relinquat poſt ſe benedictionem, Joel. 2. v. 14., וְהִשְׁאַרְתִּי & ſuperſtitem relinquam, 1. Reg. 19. verſ. 18. Plur. הִשְׁאִירוּ reliquerunt, Joſ. 11. verſ. 14., הִשְׁאַרְנוּ reliquimus, Deuter. 2. v. 34. Infinit. cum præfix. לְהַשְׁאִיר לָנוּ relinquendo, & juxta Vulgat., ut dimitterentur nobis reliquiæ, Eſdr. 9. v. 8. Futur. אִם־אַשְׁאִיר ſi reliquum faciam, ſi reliquero, 1. Sam. 25. v. 22., כִּי אֶסְלַח לַאֲשֶׁר אַשְׁאִיר, Jerem. 50. v. 20., ubi לַאֲשֶׁר eſt pro לוֹ אֲשֶׁר, redditurque, quoniam condonabo, ſive propitius ero ei, quem reliquum faciam, ſive reliquero: אֲשֶׁר לֹא־יַשְׁאִיר ita ut non reliquum faciat, non relinquat, Deuter. 28. v. 51., תַּשְׁאִיר reliquos faciet, relinquet, Amoſ. 5. v. 3. Plur. נַשְׁאֵר reliquum faciemus, relinquamus, 1. Sam. 14. v. 36., יַשְׁאִירוּ relinquent, Numer. 9. v. 12.

שְׁאָר m. Reliquus, reliquum, reſiduum, reliquiæ: In conſtructione non mutatur: Sed שְׂאֹר, & שְׁאֵר, quæ alium præſeferunt ſenſum, vide paullo poſt ſuis diſcretis in locis: וּשְׁאָר עֵץ & reliqua ligna, Iſa. 10. v. 19., וּשְׁאָר & reſiduum, Iſa. 14. verſ. 22., וּשְׁאָר רוּחַ לוֹ & (nonne) reſiduus ſpiritus ipſi? Malach. 2. verſ. 15., בִּשְׁאָר מְדִינוֹת in

reſiduo

reſiduo provinciarum, *& juxta Vulgat.* in univerſis provinciis, Eſth. 9. verſ. 12., לִשְׁאָר reliquo, reſiduo, Iſa. 11. verſ. 16.

שְׁאָר *m. Chald.*, *ſignificat idem ac ſupra* : עִם שְׁאָר חַכִּימֵי בָבֶל cum reliquis ſapientibus Babyloniæ, Dan. 2. v. 18., וּשְׁאָר & reliquum, *ſive* reliqui, cæteri, Eſdr. 4. vv. 7. 9. 10. 17., *item* וּשְׁאָר & reliquum, & cætera, Eſdr. 7. v. 20., בִּשְׁאָר de reliquo, Eſdr. 7. verſ. 18. *Et in ſtatu emphat.* וּשְׁאָרָא & reſiduum, reliquum, Dan. 7. vv. 7. 19.

שְׁאֵר *maſc. Eſt* : I. Caro; *quam quidem multi ideo dictam* שְׁאֵר *volunt*, *quod poſt animam ſit* reliqua *hominis*, *vel animalis pars* : *Verum Joanni Simoni videtur*, *nominis ratio potius à* re ſacrificali *derivanda*; *ut proprie ſit* caro, *ab effuſo ſanguine*, *& incenſis ablegminibus* reſidua, *& partim Sacerdotibus*, *partim poſſeſſoribus ſacrificantibus in* cibum *cedens*; *unde & pro* cibo, *ſive* alimento *ſumitur* Exod. 21. v. 10., *per ſynecdochen autem deinde de quavis* carne *dicitur*: *Haſtenus ille*. *Occurrit autem* carnis *ſenſu* Pſalm. 78. vv. 20. 27., Mich. 3. v. 3. *Et cum affix.* שְׁאֵרִי caro mea, Pſalm. 73. v. 26., Jerem. 51. verſ. 35., בִּכְלוֹת בְּשָׂרְךָ וּשְׁאֵרֶךָ, Prover. 5. v. 11., in conſumere, *id eſt* quando conſumſeris carnem tuam, & corpus tuum, *ita poſt Vulg. Buxtorfius*, *Pagninus*, *Arias Montanus*, *Junius*, *& Tremellius*, *aliique reddunt propter præcedens nomen* carnis, *cui ſynonimum eſt* : וְעֹכֵר שְׁאֵרוֹ אַכְזָרִי, Prov. 11. v. 17., *varie redditur*; *Pagninus*, *Junius*, *& Tremellius*, *R. Levi*, *aliique apud Matth. Polum vertunt*, qui turbat carnem ſuam, *eſt* crudelis : *Alii habent*, qui turbat propinquum, *vel* proximum ſuum, *eſt* crudelis : שְׁאֵרָהּ, Exod. 21. verſ. 10., alimentum ejus, *id eſt* מְזוֹנָהּ alimentum, quod conſervat שְׁאֵרָהּ, *ut hoc loco eſt Aben Eſræ animadverſum*, *quemque ſequuntur Buxtorfius*, *Joa. Simon*, *& alii* : *Sunt*, *qui interpretantur* carnem ejus, *i. e.* maritum, *qui eſt* una caro cum uxore : *Unde & Vulgat. habet*, (providebit puellæ) nuptias; וּשְׁאֵרָם, Mich. 3. verſ. 2., caro eorum : II. τὸ שְׁאֵר *metonymice uſurpatur ad denotandos* propinquos, conſanguineos, *qui ſcil. de eadem* carne, *vel* ſanguine *ſunt* : *& ſic eodem genere de utroque ſexu dicitur*, *& ſine plurali* :

אִישׁ אִישׁ אֶל־כָּל־שְׁאֵר בְּשָׂרוֹ, Levit. 18. v. 6., quiſque ad omnem propinquum carnis ſuæ, *id eſt* ad omnem cognatum propinquum, qui eſt caro ejuſdem corporis (non accedetis): שְׁאֵר אָבִיךָ, conſanguinea, *id eſt* de carne patris tui, Levit. 18. v. 12., & *ibidem* v. 13., שְׁאֵר אִמְּךָ conſanguinea, *id eſt* de carne matris tuæ: אוֹ־מִשְּׁאֵר בְּשָׂרוֹ, Levit. 25. v. 49., aut (*aliquis*) e propinquis carnis tuæ: *Cum aſſix.* אֶת־שְׁאֵרוֹ הֶעֱרָה, Levit. 20. v. 19., propinquum, conſanguineum ſuum, & *juxta alios* carnem ſuam nudavit: כִּי אִם־לִשְׁאֵרוֹ הַקָּרֹב, Levit. 21. v. 2., niſi pro conſanguineo ſuo propinquo: לִשְׁאֵרוֹ הַקָּרֹב אֵלָיו conſanguineo ſuo, proximo ſibi, Levit. 27. v. 11.

שְׂאֹר *m.* Fermentum, Exod. 12. vv. 15. 19., 13. verſ. 7. Levit. 2. v. 11., Deut. 16. v. 4. *Quidam dictionem hanc, licet puncto diſcrepet, derivant à præcedenti* שְׁאָר; *unde* fermentum *dictum* שְׂאֹר, *quaſi ſit fex* reliqua, *qua* infermentatur *maſſa farinæ*; *ſive, ut habet Guarin*, שְׂאֹר, *vel* סאר *pars farinæ ſubactæ*, ſeparata, relicta, *donec* ferveſcat, aceſcatque; *unde* fermentum *dicitur*. *Alii tamen cum Joa. Simone derivant à Radice Arab.* סר ferbuit, efferbuit.

שְׁאָרָא *Chald. vide ſupra in* שְׁאָר *pag.* 1511.

שַׁאֲרָה *f* Caro: *Et metonymice* propinquitas, conſanguinitas: שַׁאֲרָה הֵנָּה, Levit. 18. verſ. 17., propinquitas, conſanguinitas ipſæ, *ſive* caro *eadem* ipſæ *ſunt*: מִשְׁאָרָה *vide infra*.

שֶׁאֱרָה Sceeráh, & *juxta Vulg.* Sara, *nom. propr. mulieris*, 1. Paral. 7. v. 24.

שְׁאֵרִית *f.* Reſiduum, reliquiæ: *Semel ſcribitur contracte abſque* א, שֵׁרִית, 1. Paralip. 13. verſ 38. *Cum præfix.* בְּעַד הַשְּׁאֵרִית pro reliquiis, 2. Reg. 19. verſ. 4., לִשְׁאֵרִית reſiduo, Jer. 44. v. 14. *Cum aſſix.* שְׁאֵרִיתֵךְ reſiduum tuum, reliquiæ tuæ, Iſa. 14. v. 30., Ezech. 5. v. 10. *Et contracte* שֵׁרוּתִךָ, Jerem. 15. v. 11., *ubi ſcribitur cum* Vau, *ſed legendum per* Jod *juxta Maſſorethas*: & Chirek *ſub* ת *eſt loco* Sægol, *pro* שֵׁרִיתְךָ, reliquiæ tuæ: וּשְׁאֵרִיתוֹ & reliquum ejus, Iſa. 44. v. 17., וּשְׁאֵרִיתָם & reſiduum eorum, *ſive* iſtorum, Jerem. 15. v. 9.

מִשְׁאֶרֶת *f.* Mactra, *in qua maſſam farinæ* fermentatam *depſunt, ita exponunt multi; atque ſenſum derivant à nomine* שְׂאֹר, *de*

quo

quo ſuprà, mutato שׁ *in* שׂ : *Vulg. autem reddit* reliquias : *iſtas autem* reliquias *alii* cibos, *ſive* panem in panariis, *alii* annonam, *&* alimentum, *alii* fructus, *puta vinum, oleum, mel, & reliqua exponunt* : *Ut enim eſt ſupra animadverſum*, שְׁאָר, *ex quo* מִשְׁאָרָה, *non* carnem *tantum*, *ſed etiam* cibum, alimentum, *omne id, quo veſcimur, ſignificat* : *Occurrit in ſingul. cum affix. ita*, וּמִשְׁאַרְתֶּךָ, Deut. 28. vv. 5. 17., & mactræ tuæ, *ſive, juxta Vulgat.*, & reliquiæ tuæ : *Plural. cum affix.* וּבְמִשְׁאֲרוֹתֶיךָ & in mactras tuas ; *Vulg. reddit*, & reliquias ciborum tuorum, Exod. 7. verſ. 28., וַיִּשָּׂא הָעָם אֶת־בְּצֵקוֹ טֶרֶם יֶחְמָץ מִשְׁאֲרֹתָם צְרֻרֹת בְּשִׂמְלֹתָם־עַל, Exod. 12. v. 34., & tulit populus maſſam ſuam *farinaceam*, antequam fermentaretur, cum mactris ſuis ligatis in veſtimentis ſuis, *ita nonnulli reddunt* ; *At alii per τὸ* מִשְׁאָרָה *intelligunt* annonam, commeatus ; *atque ſic vertendum arbitrantur*, tulit populus farinam, antequam fermento commiſceretur, *&* commeatus ligatos in palliis ſuis ; *Nam, inquit Calmet*, Comment. *in hunc locum, nec* ſubacta farina, *nec* mactræ *aſportari ſolent, ſive reſervari* : *Tamen quidquid ſit de* mactris, *communis certe Interpretum ſententia eſt, Hebræam dictionem* בָּצֵק maſſam farinaceam, *ſive* conſperſam farinam *exprimere*.

שְׂאֵת *Cum affix.*, *& præfix. vide ſupra pag.* 779., 804., 805., 806., *&c. Aliud, cum puncto ſcil. ſupra* שׁ *à latere dextro, vide pag.* 1496.

שְׁבָא Sceva, *& juxta Vulg.* Saba, *nom. propr. virorum*, Geneſ. 10. vv. 7. 28., 25. v. 3. *Item nom. propr. populi*, Sebæi *ſcil.*, Job. 1. v. 15., *&* Pſalm. 72. v. 15., מִזְּהַב שְׁבָא de auro Seba *Arabicæ* : *Vulg. reddit*, de auro Arabiæ.

שְׁבוּאֵל Scevuél, *& juxta Vulgat.* Subuel, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 23. v. 16.

שָׁבַב *Talmudicis eſt*, fregit ; *Arab. vero*, accendit ; *& intranſit.* exarſit. *Hinc, ut quidam arbitrantur, eſt Hebr. Pih. Futur.*, תְּשׁוֹבֵב לָנוּ, Pſalm. 60. v. 3., ardebas, *i. e.* iraſcebaris nobis, *ita Joa. Simon* : *At Pagninus, Buxtorfius, aliique referunt ad* שׁוּב ; *atque reddunt*, revertere ad nos, *ſive, juxta Buxtorfium*, redire facias nobis *benevolentiam tuam* : *Multa alia ſub hac ipſa forma vide ibidem*,

dem, ſcilicet in radice שׁוב. *Ex* שָׁבַב *derivant communiter ea quæ ſequuntur, videl.*

שָׁבָב *m.* Fragmentum: *Occurrit in plural.* שְׁבָבִים, Hoſeæ 8. verſ. 6., (in) fragmenta, *ſive* fruſta: *Vulg. reddit* in araneàrum telas: *Aquila, & Sym. habent,* ἀκαταστατῶν, *id eſt* inſtabilis.

שְׁבִיב *maſc.* Incenſio, flamma, ſcintilla, *quaſi* fragmen ignis *dicta; ſive, ut mavult Jo. Simon, ex* שָׁבַב *juxta Arab. ſenſum: Occurrit apud* Job. cap. 18. v. 5.

שְׁבִיב *Chald. ſignificat idem ac ſupra. Sed legitur in ſtatu emphat., ita* שְׁבִיבָא flamma, Dan. 3. verſ. 22. *Plur.* שְׁבִיבִין flammæ, Dan. 7. v. 9.

שׁוֹבָב *maſc., & Plur.* שׁוֹבָבִים *vide infra inter nomina verbi* שׁוּב.

שְׁבִיבָא *Chald. vide ſupra in* שְׁבִיב *item Chald.*

שָׁבָה Captivum cepit, duxit, abduxit, deportavit, fecit, tenuit, detinuit: *Præter.* אֲשֶׁר־שָׁבָה quem captivum abduxit, Jerem. 41. v. 14., *& cum affix.* וְשָׁבָם & captivos abducet eos, Jerem. 43. v. 12., הַאֲשֶׁר שָׁבִיתָ num, quos captivos cepiſti? 2. Reg. 6. verſ. 22., שָׁבִיתָ שֶּׁבִי, Pſalm. 68. v. 19., captivam duxiſti captivitatem: וְשָׁבִיתָ שִׁבְיוֹ & captivam duxeris captivitatem ejus, Deuter. 21. verſ. 10., שְׁבִתְּךָ *dictio compoſita, vide* יָשַׁב *in Infinit. pag.* 503. *Plur.* שָׁבוּ duxerunt captivos, Geneſ. 34. verſ. 29., *& cum affix.* וְשָׁבוּם שׁוֹבֵיהֶם, 1. Reg. 8. v. 46., & captivos ceperint eos, captivos abducentes eos: אֲשֶׁר שְׁבִיתֶם, 2. Paralip. 28. v. 11., quos captivos abduxiſtis, 2. Paralip. 28. v. 11., *Partic. plural.* וְהָיוּ שֹׁבִים לְשֹׁבֵיהֶם, Iſa. 14. verſ. 2., & erunt captivantes eos, qui ſe ceperant, *vel* eos, quorum captivi fuerant ipſi: שׁוֹבֵינוּ captivantes, *ſive* captivos tenentes nos, Pſalm. 137. verſ. 3., שֹׁבֵיהֶם, Jerem. 50. v. 33., *&* שׁוֹבֵיהֶם, Pſalm. 106. v. 46., captivos abducentes, captivantes, *ſive* qui captivos ceperant eos: *Partic. Pahul plural. cum præfix.* לִקְרֹא לִשְׁבוּיִם דְּרוֹר, Iſa. 61. verſ 1., ad prædicandam captivis libertatem; *& juxta Vulg.*, prædicarem captivis indulgentiam: *Plur. fœm. cum præfix.* כִּשְׁבֻיוֹת חָרֶב quaſi captivæ gladio, Geneſ. 31. verſ. 26. *Infin. conſtr.* בְּיוֹם שְׁבוֹת, Abd. 1. v. 11., in die

in

in captivitatem abducere, *id eſt* quando in captivitatem abducebant: *Imper.* וּשֲׁבֵה, *pro* וּשְׁבֵה, Jud. 5. v. 12., & in captivitatem abduc; *Vulg. reddit*, & apprehende captivos tuos: *Futur. per apocopam*, וַיִּשְׁבְּ מִמֶּנּוּ שֶׁבִי, Num. 21. verſ. 1., & captivam fecit ex eo captivam turbam; *Vulgat. reddit*, & victor exiſtens, duxit ex eo prædam: *Fœm. cum affix. in pauſa* תִּשְׁבֶּךָּ, Numer. 24. v. 22., captivum tenebit te: *Plural.* וַיִּשְׁבּוּ & captivaverunt, Num. 31. v. 9. *Niph. præter.* כִּי נִשְׁבָּה quòd captivus abduceretur, *vel* quia captivus abductus eſt, Geneſ. 14. verſ. 14. *Plur.* נִשְׁבּוּ captivi abducti, captivæ abductæ fuerunt, 1. Sam. 30. vv. 3. 5., Ezech. 6. v. 9.

שְׁבוֹ *m.* Achátes, lapis pretioſus, *dictus ab* Achate *fluvio Siciliæ, in quo primum inventus. Gemma eſt ſatis vulgaris, & huic mira in coloribus varietas: Hactenus Guarin. Aliis eſt* amethyſtus, *vel* beryllus. *Sed Jo. Simon arbitratur, per τὸ* שְׁבוֹ *deſignatum potius* chryſopaſium, *qui* gemma *eſt* viridis, ſplendore aureo renitens, *dicta* שְׁבוֹ *à* renitendo, *ex ſignificatione radicis Arab.* שבא renituit: *Occurrit autem* Exod. 28. v. 19., *&* 39. v. 12.

שְׁבִי *m.* Captivitas, *ut* Iſa. 20. v. 4., 49. vv. 24. 25. *Et metonymice ipſi* captivi, captiva turba, captivorum multitudo: *In pauſa eſt cum* Sægol, *ita* שֶׁבִי captivitas, *ut* Pſal. 68. v. 19. *Cum præfix.* עַד בְּכוֹר הַשְּׁבִי, Exod. 12. v. 29., uſque ad primogenitum captivæ; *&* הַשֶּׁבִי, Nehem. 1. v. 2., captivitas: בַּשְּׁבִי, 2. Paralip. 29. v. 9., *&* בַּשֶּׁבִי, Deut. 28. v. 41., in captivitate, in captivitatem: מֵהַשְּׁבִי e captivitate, Eſdr. 3. v. 8., לַשְּׁבִי, Pſalm. 78. v. 61., *&* לַשֶּׁבִי, Jerem. 15. v. 2., captivitati, in captivitatem: מִשְּׁבִי, Eſdr. 2. v. 1., *&* מֵהַשְּׁבִי, Eſdr. 3. v. 8., e captivitate: *Cum affix.* וְשָׁבִיתָ שִׁבְיוֹ & captivam duces captivitatem ejus, *id eſt* multitudinem captivorum, *ſive* turbam, quam cepiſti, Deuter. 21. verſ. 10., שִׂמְלַת שִׁבְיָהּ veſtis captivitatis ſuæ, Deuter. 21. v. 13., וּשְׁבִכֶם & captivi veſtri, Num. 31. v. 19., בְּאֶרֶץ שִׁבְיָם in terra captivitatis ſuæ, 2. Paral. 6. v. 37.

שֹׁבִי Scoví, *& juxta Vulg.* Sobi, *nom. propr. viri*, 2. Sam. 17. verſ. 27.

שְׁבָי Scovái, *& juxta Vulg.* Sobai, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. verſ. 42.

שִׁבְיָה *fœm.* Captivitas: *Et metonymice ipſi* captivi, turba captiva; *abſtractum enim ſæpe uſurpatur ut concretum*: וַיִּשְׁבּוּ מִמֶּנּוּ שִׁבְיָה גְדוֹלָה, 2. Paral. 28. v. 5., & captivam fecerunt ex eo captivitatem magnam, *id eſt* multitudinem magnam; *Vulg. vertit*, magnamque prædam cepit: בְּאֶרֶץ שִׁבְיָה in terra captivitatis, Nehem. 3. v. 36. *Aliud vide mox infra*: *Cum præfix.* הַשִּׁבְיָה captivi, 2. Paral. 28. vv. 11. 13., captiva turba, *& juxta Vulg.* præda, 2. Paral. 28. verſ. 14., בַּשִּׁבְיָה in turba captiva, *id eſt* in numero captivorum, Deut. 21. v. 11., וַיַּחֲזִיקוּ בַשִּׁבְיָה & apprehenderunt captivam turbam, *ſive* captivos, 2. Paral. 28. verſ. 15., *ſed* Jerem. 48. verſ. 46.; בַּשִּׁבְיָה in captivitatem.

שְׁבִיָּה *m.* Captiva turba; שְׁבִיָּה בַּת־צִיּוֹן, Iſa. 52. v. 2., captiva turba, filia Sion, *ſive* ex Sione: *LXX.*, *& Vulg.* legentes שְׁבִיָּה *verterunt*, captiva filia Sion.

שִׁיבָה *f.* Captivitas, *ſive* captiva turba: *Aliud*, *eamdem formam*, *ſed diverſum habens ſenſum*, *vide ſupra poſt* יָשַׁב *pag.* 507. *Sed* שִׁיבָה *vide infra inter nomina poſt* שׁוּב: *Conſtruct.* שׁוּב יְהוָה אֶת־שִׁיבַת צִיּוֹן in convertendo, *id eſt* quando redire fecit Dominus captivitatem, *vel* captivam multitudinem Tzionis, Pſalm. 126. v. 1.

שְׁבִית *f.* Captivitas, Pſalm. 85. verſ. 2. *Et metonymice ipſi* captivi, captiva turba: *Cum præfix.* בַּשְּׁבִית in captivitatem, Num. 21. v. 29. *Cum affix.* שׁוּבָה יְהוָה אֶת־שְׁבוּתֵנוּ, Pſal. 126. v. 4., *ubi habetur* Vau, *ſed legendum per* Jod, redire fac, Domine, captivitatem noſtram: וּשְׁבִית שְׁבִיתַיִךְ, Ezech. 16. v. 53., *ubi legendum* וּשְׁבוּת, & captivitatem captivitatis tuæ, *id eſt* multitudinis captivorum tuorum (*reducam*, *ſive convertam*): וְשָׁב שְׁבוּתָם, Soph. 2. v. 7., *ubi*, *ut ſupra*, Vau *pro* Jod, & reducet, *ſeu* revocabit captivitatem eorum: וְשַׁבְתִּי אֶת־שְׁבוּתְהֶן אֶת־שְׁבִית סְדֹם, Ezech. 16. v. 53., *ubi permutatio* Vau *in* Jod, *& e contra*, & convertam, *vel* reverti faciam captivitatem illarum, captivitatem Sodomæ.

שְׁבוּת *f.* Captivitas, *Et metonymice ipſi* captivi, turba captiva.

tiva. *Quædam in textu occurrunt ſcripta cum* Jod *in medio, ſed legenda per* Vau, *ut* וַיהוָה שָׁב אֶת־שְׁבִית אִיּוֹב, Job. 42. v. 10., & Dominus reduxit, *vel* convertit, reſtituit captivitatem Jobi, *id eſt* liberavit Jobum à miſeriis, quibus velut captivus detinebatur: *Quidam alii cum Junio, & Tremellio vertunt*, tum reſtituit Dominus, quod captum, *ſive* ablatum fuerat Jobo: *Vulg. habet*, Dominus quoque converſus eſt ad pœnitentiam Job; *legebat vel* שׁוּבַת *conſtr.*, *vel* שְׁבוּת reverſio, converſio, pœnitentia: שְׁבוּתְךָ captivitas tua, Deuter. 30. verſ. 3., *&* לְהָשִׁיב שְׁבִיתֵךְ, Thren. 2. verſ. 14., ut averterent captivitatem tuam: *Vulg. reddit*, ut te ad pœnitentiam provocarent; *legebat & hoc in loco* שׁוּבַת, *vel* שְׁבוּת *à* שׁוּב reverſus eſt, convertit ſe: בְּשׁוּבִי אֶת־שְׁבוּתֵיכֶם in convertere me, *i. e.* cum convertero captivitatem veſtram, Sophon. 3. v. 20., *& cum* Jod *loco* Vau, שְׁבִיתְכֶם (& reducam) captivitatem veſtram, Jerem. 49. v. 14., בְּשׁוּבִי אֶת־שְׁבוּתָם, cum convertero ego captivitatem eorum, Jerem. 31. v. 23.

שָׁבַח *In Kal inuſit. Inde Pih.* שִׁבַּח, *quod in genere, ut notat Joa. Simon, ſignificat*, mulſit, demulſit, permulſit: *in ſpecie autem ſonat*: I. Laudavit, laudibus celebravit, *q. d.* laudibus mulſit: II. Lenivit, ſedavit, mitigavit, repreſſit, compeſcuit: *Præter.* וְשִׁבַּחְתִּי & laudavi, Eccleſ. 8. verſ. 15. *Imper. fœm.* שַׁבְּחִי lauda, Pſalm. 147. verſ. 12. *Plural. cum affix.* שַׁבְּחוּהוּ laudate eum, Pſalm. 117. v. 1. *Futur. cum affix.* תְּשַׁבְּחֵם reprimis, mitigas eos, Pſalm. 89. v. 10., יְשַׁבַּח laudabit, Pſalm. 145. v. 4., *& cum affix. & Nun epenthet.*, יְשַׁבְּחֶנָּה reprimit, ſedat eam, *& juxta Vulg.* differt, & reſervat, Prover. 29. verſ. 11. *Plur. cum affix.*, *& Nun paragog.* יְשַׁבְּחוּנְךָ laudabunt te, Pſalm. 63. v. 4. *Hiph. Partic.* מַשְׁבִּיחַ, Pſalm. 65. v. 8., ſedans; *LXX. vero, & Vulgat. ſenſum Arab. ſecuti verterunt*, qui conturbas. *Hithp. Infinit.* לְהִשְׁתַּבֵּחַ בִּתְהִלָּתֶךָ, Pſalm. 106. verſ. 47., *Buxtorfius vertit*, ad laudationibus commendandum nos in laude tua: *Vulg., Pagninus, aliique reddunt*, ut gloriemur in, *ſive* de laude tua.

שְׁבַח *Chald. Pah.* laudavit: *Præterit.* שַׁבַּחְתְּ laudaſti, Dan. 5. verſ. 23., וּלְחַי עָלְמָא שַׁבְּחֵת, Dan. 4. verſ. 31., & vi-

& viventem in perpetuum laudavi : *Plural.* וְשַׁבַּחוּ לֵאלָהֵי דַהֲבָא & laudabunt deos aureos, Dan. 5. v. 4. *Particip.* מְשַׁבַּח laudo, Dan. 4. v. 34.

שַׁבֵּחַ *m.* Laudans : *Vim*, *&* *uſum habet Participii*, *Buxiorſio auctore* : וְשַׁבֵּחַ אֲנִי אֶת־הַמֵּתִים & laudabam, *ſive*, *juxta Vulg.*, laudavi ego mortuos, Eccleſ. 4. v. 2.

שָׁבַט *Radix Hebr. inuſitata* : *Sed Chald.*, *Guarin interprete*, eſt, virgam habuit : *Syr. vero*, *ut admonet Joa. Simon*, eſt, extendit, extendit ſe. *Inde nomen Hebr.*, *quod mox ſequitur.*

שֵׁבֶט *com. Eſt* I. Virga, baculus, *dictus* שֵׁבֶט, *quod ſit*, *inquit Joa. Simon*, extenſionis, *&* inclinationis *medium* ; *ſicut Græce* σκῆπτρον *eſt à* σκήπτω innitor : II. *Eſt metonymice* haſtile, *vel potius* ſpiculum *ex* baculo *factum*, telum : baculus, *ſive* virga paſtoris : *Item* ſtylus, calamus ; *ſpeciatim autem* baculus principis, *ſive* ſceptrum : *Item* imperium, dominatus, regia poteſtas, majeſtas : III. *Eſt* tribus, שֵׁבֶט *dicta*, *quòd ſit* extenſio, *&* augmentatio familiæ. *Omnes hujuſce dictionis varii recenſiti ſenſus*, *non Chriſtianorum modo*, *ſed & Hebræorum una ſententia in genere probantur.* *Extat tamen celeberrimus ex* Geneſ. 49. verſ. 10. *locus*, *de cujus genuino ſenſu litem nobis intendunt Rabbini recentiores.* *Sic autem ſe habet* : לֹא־יָסוּר שֵׁבֶט מִיהוּדָה, *quod divinum oraculum ita Chriſtiani omnes interpretrantur*, non auferetur ſceptrum de Juda, *i. e.* reges, *&* regia auctoritas. *Quam utique interpretationem neceſſario poſtulat ipſius divini oraculi ſcopus*, *orationiſque*, *qua illud exprimitur*, *ſeries*, *atque nexus* ; *confirmat*, *etiam maxime Antiquorum ſententia*, *atque auctoritas.* *Certe LXX. inprimis habent*, *ut nos*, *videlicet* οὐκ ἐκλείψει ἄρχων ἐξ Ἰούδα, *id eſt* non deficiet princeps ex Juda : *Symmachus vertit*, οὐ περιαιρεθήσεται ἐξουσία ἀπὸ Ἰούδα non auferetur poteſtas à Juda. *Ad hæc* : *Triplex Targum*, *& præcipue Chald. Onchelosii hæc habet* : לא יעד עביר שולטן non deficiet Dominator ; *ita & Talmudiſtæ in Tractatu* Sanhedrin cap. 1., *& Tractatu* Horajot cap. 3. *Sed & R. Salomon*, *vulgo Raſci comment. in Talmud* Sanhedrin cap. 1. *aperte fatetur*, *vocem* שֵׁבֶט *laudato in loco* לשון שררה ſignificare principatum. *Notanda etiam*, *quæ habet R. David Kimchi*,

Kimchi, *vulgo Radak in radice* שבט, *exponens Jacobi laudatum oraculum*, *ita ſcribit*: ונקרא הראש והמושל שבט כי דרך המושל להיות שבט בידו *id eſt* appellatur Princeps, & Dominator שבט, quia Dominatoris proprium habere, geſtare virgam, *aut* baculum in manu ſua: *Quibus conſentiunt alii Recentiores*, *Ab. Eſra*, *R. Abraham Hiſpanus*; *R. Tanchuma*, *R. Bechai*, *R. Moſce Nachman*, *R. Iitzchazk ben Arama*, *Charkuni*, *&c. Quem quidem communem ſenſum firmant plane*, *quæ præcedunt*, *quæque ſequuntur*. *Nam ita Jacob ſuum exorditur vaticinium*: Juda, te laudabunt fratres tui: manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum; adorabunt te filii patris tui, *&c. Atqui hæc*, *aliaque non* felicitatem *modo*, *ſed &* imperium, dominatum *ſonant*. *Deinde ibidem vox* שֵׁבֶט *huic alteri* וּמְחֹקֵק *fuit a Propheta illigata*: *Atqui τὸ* מְחֹקֵק *ubique in ſacris literis uſurpata legitur ad deſignandum* legislatorem, *eum ſcil.*, *qui* condendarum legum, *quibus populos obſequi neceſſe ſit*, poteſtatem, auctoritatemque habet, *uti conſtat ex* Deut. cap. 33. v. 21., *ex* Pſalm. 60. verſ. 9., Iſa. 33. verſ. 2., *& alibi*: *Hinc*, *ut notat etiam R. David Kimchius in* cap. 33. Iſa., *cum* ſummus princeps, *vel* magiſtratus *hac ipſa ſit poteſtate inſtructus*, *vox eadem* מְחֹקֵק *deſignat ipſum* Ducem, Principem, Dominatorem: *Sed de hoc ſatis*. לִשְׁנֵי עָשָׂר שָׁבֶט per duodecim tribus, Exod. 28. v. 21., וְלַחֲצִי שֵׁבֶט & dimidiæ tribui, Exod. 29. verſ. 7. *Cum præfix.* וְשֵׁבֶט & virga, Proverb. 10. verſ. 13., *item* ſceptrum, Amoſ. 1. vv. 5. 8., *&* imperium, dominatus, Numer. 24. v. 17., Pſalm. 125. v. 3., Iſa. 14. v. 5., *ubi Vulgat. reddit* virgam: וְשֵׁבֶט מִצְרַיִם, Zach. 10. v. 11., & imperium, *ſive* dominatus, *vel*, *juxta Vulgat.*, ſceptrum Ægypti: תַּחַת הַשָּׁבֶט, Levit. 21. verſ. 22., ſub virga *paſtoris*: בַּשֵּׁבֶט, Exod. 21. v. 20., *&* בְּשֵׁבֶט, 2. Sam. 7. v. 14., virga, in virga; *item* בַּשֵּׁבֶט, Iſa. 28. v. 27., in baculo: מֹשְׁכִים בְּשֵׁבֶט סֹפֵר, Jud. 5. v. 14., trahentes ſtylo ſcribæ, *id eſt* ſcribentes בְּקוּלְמוֹס calamo ſcriptorio, *ut Chaldæus tranſfert*, *eſtque periphraſis Scribarum*, *ſive Doctorum*, *& ſapientum*, *ita Buxtorfius*: *Alii habent*, trahentes in ſtylo ſcribæ, *i. e. ductores militum ducentes in bellum ſub certis ſtipendiis*,

quorum rationes ſcriba *in tabulas referret, & milites numeraret. Regi enim, vel Imperatori* ſcriba *adeſſe ſolebat: Vulgat. habet,* qui exercitum ducerent ad bellandum: *ſenſum expoſuit; nam* שֵׁבֶט virga *erat ducum ſignum, quo milites* trahunt, ducunt, recenſent: לְשֵׁבֶט tribui, Joſ. 13. v. 14., *item* לַשְּׁבָט de tribubus, per tribus, Deuter. 1. v. 23., Joſ. 3. v. 12., מִשֵּׁבֶט de, *ſive* e tribubus, Joſ. 4. verſ. 2. *Cum affix.* שִׁבְטְךָ virga tua, Pſalm. 23. verſ. 4., בְשִׁבְטֶךָ in virga tua, Mich. 7. v. 14., שִׁבְטוֹ virga ſua, Job. 9. v. 34., חוֹשֵׂךְ שִׁבְטוֹ parcens virgæ ſuæ, Proverb. 13. verſ. 24., אִישׁ לְשִׁבְטוֹ unuſquiſque per tribum ſuam, Jud. 21. v. 24. *Plural.* שְׁבָטִים tribus, Joſ. 18. verſ. 2., Pſal. 122. v. 4., *item* tela, ſpicula, *& juxta Vulg.* lanceæ, 2. Sam. 18. v. 14., *& cum præfix.* לְתִשְׁעַת הַשְּׁבָטִים novem tribubus, Joſ. 13. v. 7. *Conſtr.* שִׁבְטֵי tribus, Geneſ. 49. v. 16., בְּשִׁבְטֵי in tribubus, Jud. 21. v. 15., לְשִׁבְטֵי tribubus, Joſ. 12. v. 7., מִשִּׁבְטֵי e tribubus, Joſ. 3. v. 13. *Cum affix.* בְּאַחַד שְׁבָטֶיךָ in una tribuum tuarum, Deuter. 12. v. 14., לִשְׁבָטֶיךָ per tribus tuas, Deut. 16. v. 18., זִקְנֵי שִׁבְטֵיכֶם ſenes tribuum veſtrarum, Deut. 31. v. 28., לְשִׁבְטֵיכֶם per tribus veſtras, *ſive* in tribubus veſtris, Deuter. 1. verſ. 13., בִּשְׁבָטָיו in tribubus ejus, Pſalm. 105. verſ. 37., לִשְׁבָטָיו per tribus ſuas, Numer. 24. verſ. 2., פִּנַּת שְׁבָטֶיהָ angulus tribuum ejus, Iſa. 19. verſ. 13., לְשִׁבְטֵיהֶם per tribus ipſorum, Ezech. 45. v. 8.

שְׁבַט *com. Chald.* tribus: *Plural.* לְמִנְיָן שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל juxta numerum tribuum Iſrael, Eſdr. 6. v. 17.

שְׁבָט Scebhât, *nomen menſis, qui eſt quintus anni civilis, & undecimus anni eccleſiaſtici, reſpondens ex parte Januario noſtro,* Zach. 1. v. 7.

שָׂבַךְ Plexuit, implexuit, perplexuit, implicavit: *Eſt a radice* סָבַךְ, *mutato* Samech *in* Sin. *Sub hac autem forma occurrunt tantum nomina, quæ ſequuntur.*

שְׂבָךְ *maſc.* Perplexum, reticulatum opus, reticulum plexum; *& juxta Buxtorfium,* encarpus, *ornamentum ſcil. frondoſum columnarum: Occurrit in plur.* שְׂבָכִים מַעֲשֵׂה שְׂבָכָה, 1. Regum 7. v. 17., encarpos opere implexo *fecit, ita quidam cum Buxtorfio: Alii reddunt* reticula, *vel* retiacula, cancellos

cellos opere retis, *ſive* opere perplexo, *id eſt*, *ut habet Junius, totum capitulum ex florum, frondium, ac fructuum implexu coronario incurſantium conſtabat, quaternis ordinibus, qui ternis faſciis redimiti erant*: *Vulg. habet*, & quaſi in modum retis.

שׂוֹבֶךְ *m.* Perplexitas: תַּחַת שׂוֹבֶךְ הָאֵלָה, 2. Sam. 18. v. 9., ſubter perplexitatem, *vel* denſitatem quercus; *Vulg. vertit*, ſubter condenſam quercum.

שׁוֹבָךְ Scovac., *nom. propr. magiſtri militiæ Adar-Ezer regis*, 2. Sam. 10. v. 16.

שְׂבָכָא *Chald. vide ſupra in* סַבְּכָא *pag.* 841.

שְׂבָכָה *fœm.* Perplexum, perplexitas; opus implexum, reticulum, *&* *juxta Vulg.* retiaculum, 2. Reg. 25. verſ. 17., Jerem. 25. v. 22., וְעַל־שְׂבָכָה, Job. 18. v. 8., & ſuper reticulum, *vel* retiaculum; *Vulgat. vertit*, & in maculis ejus; maculæ *autem ſunt* retia, *vel* retis oculi: *Cum præfix.* הַשְּׂבָכָה opus plexum, *&* reticulatum, *ſive* retiaculum, 1. Reg. 7. vv. 18. 20., 2. Reg. 25. v. 17., Jerem. 52. verſ. 23. *Item* clathri, cancelli, tranſenna, 2. Reg. 1. verſ. 2., לַשְּׂבָכָה הָאֶחָת, 1. Reg. 7. v. 42., & in reticulo, *ſive* retiaculo unoquoque: *Plur. cum præfix.* וְהַשְּׂבָכוֹת שְׁתַּיִם & reticula, *ſive* retiacula duo, 1. Reg. 7. v. 41.

שָׁבַל Proceſſit, progreſſus eſt; *idque vel* creſcendo, *vel* fluendo: *Hebræis inuſitatum*; *Syris autem in Pahel, Joa. Simone interprete, eſt*, procedere fecit, duxit, deduxit: *Inde ſunt*

שֹׁבֶל *maſc.* Semita, via, *qua* proceditur, *juxta Buxtorfium*: חֶשְׂפִּי־שֹׁבֶל, Iſa. 47. v. 2., denuda (pedes) ad ſemitam: *Alii habent*, denuda talum, *vel* plantam, tibiam, pedem; *Joa. Simon τὸ* שֹׁבֶל *de* coma, cæſarie, *ſic dicta à* fluendo, *exponit*: *Vulgat. vertit*, diſcooperi humerum, *ut ſcilicet expeditior ſis ad molendum, vel, ut plagas, & verbera Perſarum nudo humero, & dorſo accipias*.

שִׁבֹּל *m.* Bacca, *juxta Buxtorfium, dicta* שבל *à* fluendo: *Jo. Simoni, & quibuſdam aliis eſt* termes, *dictus* שָׁבַל *à* creſcendo; *multis vero eſt* ſpica, *dicta & ipſa* שִׁבֹּל, *quod ex illius cellulis glumaceis fluit, exit granum*: *Occurrit tantum in Plural. conſtruct.* מַה־שְּׁתֵּי שִׁבֲּלֵי הַזֵּיתִים, Zachar. 4.

 v. 12.,

v. 12., quid ſunt duæ baccæ, vel termites, ſive ſpicæ olivarum?

שְׁבִיל m. Semita, via, qua proceditur: Cum affix. וּשְׁבִילֶיךָ, Pſal. 77. v. 20., ubi legendum juxta Maſſorethas., שְׁבִילְךָ, & ſemita tua: Plural. conſtruct. שְׁבוּלֵי עוֹלָם, Jerem. 18. verſ. 15., ubi Vau loco Jod, ſemitæ ſeculi.

שְׁבוּל Vide ſupra in שְׁבִיל.

שׁוֹבָל Scovál, nom. propr. virorum, Geneſ. 36. verſ. 20., 1. Paral. 2. v. 50., 4. v. 2.

שִׁבֹּלֶת f. Eſt: I. Fluxus aquæ, fluentum, Pſalm. 69. vv. 3. 16., ubi à Vulg. redditur tempeſtas: Et cum præfix. מִשִּׁבֹּלֶת הַנָּהָר, Iſa. 27. v. 12., à fluxu, ſive, juxta Vulg. ab alveo fluminis: II. Eſt ſpica, Job. 24. v. 24., & Jud. 12. verſ. 6., ubi tamen ſcriptum legitur cum ס loco ש, ita ſcilicet סִבֹּלֶת: Plur. maſc., ſive fœm. ſub terminatione maſculina, שִׁבֳּלִים, Gen. 41. vv. 5. 6. 22., Iſa. 17. verſ. 5., & cum præfix. הַשִּׁבֳּלִים, Geneſ. 41. v. 7., ſpicæ: וַאֲלַקְטָה בַשִּׁבֳּלִים & colligam ſpicas, Ruth. 2. v. 2.

שַׁבְּלוּל m. Limax, & juxta Vulg. cera: Occurrit Pſalm. 68. verſ. 9., כְּמוֹ שַׁבְּלוּל ſicut limax, ſive ſicut cera. In cod. Talmud. Mohed Katon cap. 1. ſcribit Scholiaſtes ad laudati Pſalmi locum, שַׁבְּלוּל eſſe reptile, quod, cum egreditur è concha ſua, ſaliva fluit ab ipſo, donec planè liqueſcat, & moriatur, uti refert Buxtorfius: Bocharto autem, aliiſque τὸ שַׁבְּלוּל videtur compoſitum ex ישב habitavit, & בְּלוּל in cochlea, quòd in teſta, graduum inſtar inflexa, habitet.

* שְׂבָם, & שְׂבוּם: Dictiones compoſitæ, quas vide ſupra in שְׂבָה pag. 1514. Vide etiam, quod ſequitur:

שְׂבָם Scevàm, & juxta Vulg. Saban, nom. propr. urbis Tribus Ruben, Num. 32. v. 3.

שִׂבְמָה Scivmáh, & juxta Vulgat. Sabama, nom. propr. urbis Tribus Ruben, Num. 32. v. 38.

שֶׁבְנָא Scevná, & juxta Vulgat. Sobna, nom. propr. viri, Iſa. 22. verſ. 15.

שֶׁבְנָה Scevnáh, & juxta Vulgat. Sobna, nom. propr. Scribæ, 2. Reg. 18. vv. 18. 26., Iſa. 22. v. 15.

שְׁבַנְיָה Scevaniáh, & juxta Vulg. Sabania, nom. propr. virorum, 1. Paral. 15. v. 24., Nehem. 9. v. 4. &c.

שׁבט *m. Radix in ſingulari inuſit. Occurrit ſemel tantum in plur. cum præfix.* וְהַשְּׁבִיסִים, Iſa. 3. v. 18., *varie redditur: LXX. habent* καὶ τοὺς κοσύμβους & cincinnos; *Aquila reddit* τελαμῶνας faſcias; *Alii vertunt* & reticula, *ſive* vittas inſtar retis, *ornamenta ſcil. mulièbria capitis, juxta R. Salomonem: Kimchio eſt* veſtimentum *factum* opere תַּשְׁבֵּץ, *id eſt* taſſellato. *Nonnulli ſunt arbitrati, fuiſſe* calceamentorum *genus* reticulatum.

שׁבע Juravit: *In Kal inuſit. Aliud, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro,* שָׂבַע *vide infra ſuo loco. Niph.* נִשְׁבַּע juravit, *vel* juramento ſe ſe obſtrinxit: *Præter.* נִשְׁבַּע־לִי juravit mihi, Geneſ. 24. verſ. 7., נִשְׁבַּעְתָּ לָהֶם בָּךְ juraſti illis per temetipſum, Exod. 32. v. 13., בִּי נִשְׁבַּעְתִּי per memetipſum juravi, Gen. 22. v. 16. *Plur.* נִשְׁבְּעוּ juraverunt, Gen. 21. v. 31., *& in pauſa* בִּי נִשְׁבָּעוּ per me jurant, *ſive, juxta Vulg.,* adverſum me jurabant, Pſal. 102. verſ. 9., נִשְׁבַּעְתֶּם juraſtis, Joſ. 6. v. 22., נִשְׁבַּעְנוּ juravimus, Joſ. 9. verſ. 20. *Partic.* הַנִּשְׁבָּע jurans, qui jurat, Pſal. 63. v. 12. *Plur.* הַנִּשְׁבָּעִים jurantes, Iſa. 48. v. 1., וּבַנִּשְׁבָּעִים & contra jurantes, Malach. 3. v. 5., *ubi Vulg. habet* & perjuris: *Fœm. plur.* וְנִשְׁבָּעוֹת & jurantes, Iſa. 19. v. 18. *Infin.* הִשָּׁבַע jurando, Numer. 30. verſ. 3., *&* הִשָּׁבֵעַ jurare, Jerem. 7. verſ. 9. *Cum præfix.* לְהִשָּׁבֵעַ ut jurent, Jerem. 12. v. 16. *Imperat. cum* ה *paragog.* הִשָּׁבְעָה, Geneſ. 21. v. 23., *&c.*, jura: הִשָּׁבְעִי *vide infra inter nomina. Plur.* הִשָּׁבְעוּ jurate, Joſ. 9. verſ. 12. *Futur.* אִשָּׁבֵעַ jurabo, Geneſ. 21. v. 24., וָאִשָּׁבֵעַ & juravi, 1. Reg. 2. verſ. 8., תִּשָּׁבֵעַ jurabis, Deuter. 6. verſ. 13., יִשָּׁבַע jurabit, juraverit, juret, Levit. 5. verſ. 24., 1. Reg. 1. verſ. 51., *&c.*, וַיִּשָּׁבַע & juravit, Geneſ. 24. verſ. 9. *Fœm.* תִּשָּׁבַע jurabit, juraverit, Levit. 5. verſ. 4. *Plural.* תִּשָּׁבְעוּ jurabitis, Levit. 19. v. 12., יִשָּׁבֵעוּ jurabunt, Jerem. 5. verſ. 2., וַיִּשָּׁבְעוּ & jurarunt, Eſdr. 10. verſ. 5. *Hiph.* הִשְׁבִּיעַ adjuravit, jurare fecit, *ſive* juſſit: *Præterit.* הַשְׁבֵּעַ הִשְׁבִּיעַ, Exod. 13. v. 19., adjurando adjuraverat, *id eſt* jurejurando obſtrinxerat: וְהִשְׁבִּיעַ & adjurabit, Numer. 5. v. 19., *& cum affix.* הִשְׁבִּיעַנִי adjuravit me, Geneſ. 50. v. 5., הִשְׁבִּיעֶךָ adjuravit te, Geneſ. 50. verſ. 6.,

הִשְׁבִּיעוֹ adjuravit ipſum, 2. Paralip. 36. v. 13., הִשְׁבַּעְתָּנוּ adjuraſti nos, Joſ. 2. v. 17., הִשְׁבַּעְתִּי adjuravi, Cant. 3. verſ. 5., הִשְׁבַּעְתִּיךָ adjuravi te, 1. Reg. 2. v. 42. *Partic. cum affix. in pauſa* מַשְׁבִּיעֶךָ adjurans te, 1. Reg. 22. v. 16. *Infin.* הַשְׁבֵּעַ adjurando, Exod. 13. v. 19., *& cum præfix.* בְּהַשְׁבִּיעַ in adjurando, *ſive* cum adjuraret, 1. Samuel. 14. verſ. 27., לְהַשְׁבִּיעַ adjurare, 1. Sam. 20. verſ. 17. *Futur.* וָאַשְׁבַּע, Jerem. 5. verſ. 7., & adjuravi, *juxta quoſdam: Sed Vulgat. legens* ש *cum puncto ſupra à latere ſiniſtro, de qua radice paullo poſt, vertit*, & ſaturavi: *item cum affix.* וְאַשְׁבִּיעֲךָ & adjurabo te, *ſive* ut adjurem te, Geneſ. 24. verſ. 3., וָאַשְׁבִּיעֵם & adjuravi eos, Nehem. 5. verſ. 12., וַיַּשְׁבַּע & adjuravit, Geneſ. 50. verſ. 25., *& cum affix.* וַיַּשְׁבִּעֵנִי & adjuravit me, Geneſ. 24. v. 37. *Plur.* תַשְׁבִּיעוּ adjurabitis, adjuretis, juretis, Joſ. 23. v. 7.

שֶׁבַע, שִׁבְעָה, *&* שְׁבִיעִי *Vide paullo poſt ſuis diſcretis in locis: Vide etiam, quod ſequitur.*

שֶׁבַע Scevah, *& juxta Vulg.* Sabee, *nom. prop. urbis*, Joſ. 19. verſ. 2. *Item nom. propr. virorum*, 2. Sam. 20. v. 2., 1. Paral. 20. v. 13.

שָׁבוּעַ *m.* Juramentum, jusjurandum: *Aliud vide infra pag.* 1526. *Plur. conſtr.* שְׁבֻעֵי שְׁבֻעוֹת לָהֶם, Ezech. 21. v. 28., juramenta juramentorum iſtis *ſunt*, *ita qui Buxtorfium ſequuntur: Alii vero referunt ad aliud* שָׁבוּעַ ſeptimana, *de quo infra; vel ad* שֶׁבַע, שִׁבְעָה ſeptem, ſepties, ſeptimus: *Unde vertunt:* (videbitur) eis hebdomadas hebdomadatim computare, *vel* ſepties ſeptenis, *id eſt* quadraginta novem vicibus: *Vulgat. habet*, & ſabbatorum otium imitans, *id eſt quaſi feriatus nihil agens.*

שְׁבוּעָה *f.* Juramentum, jusjurandum, adjuratio: בַּעֲלֵי שְׁבוּעָה לוֹ, Nehem. 6. v. 18., Domini, *vel* compotes juramenti erant ei, *id eſt* conjurati *erant* ei, *ita Buxtorfius, Arias Montanus, etc. Vulg. autem, & Pagninus, aliique vertunt*, habentes juramentum ejus: הַנִּשְׁבָּע כַּאֲשֶׁר שְׁבוּעָה יָרֵא, Eccleſ. 9. v. 2., qui jurat, ſicut is, qui juramentum timet, *i. e. qui temere proclivis eſt* ad juramenta, ſicut is, *qui* timide ad jurandum *accedit: In præcedentibus comparationem facit Salomon inter bonum, & malum: Recte Vulgat.*

reddit,

reddit, ut perjurus, ita & ille, qui verum dejerat: *Et cum* Kibbutz *loco* Scurek, הַשְׁבַּע שְׁבֻעָה, Num. 30. v. 3., jurando juramento, *id eſt* jurejurando obſtringendo: *Et cum præfix.* הַשְּׁבוּעָה, Job. 9. v. 20., *&* הַשְּׁבֻעָה, Geneſ. 26. v. 3., juramentum; וְהַשְּׁבֻעָה & illa adjuratio, *ſive*, *juxta Vulgat.*, deteſtatio, Dan. 9. v. 11., בִּשְׁבֻעָה juramento, Levit. 5. v. 4., לִשְׁבוּעָה in juramentum, *ſive*, *juxta alios* in execrationem, Numer. 5. v. 21., Iſa. 65. verſ. 15. *Conſtr.* שְׁבוּעַת, Eccleſ. 8. verſ. 2., *&* שְׁבֻעַת, Exod. 22. v. 10., Num. 30. v. 14., 2. Sam. 21. v. 7., juramentum; בִּשְׁבֻעַת juramento, Num. 5. verſ. 29. *Cum aſſix.* מִשְּׁבֻעָתִי à juramento meo, Gen. 24. v. 8., מִשְּׁבֻעָתְךָ à juramento tuo, Joſ. 5. vv. 17. 20., וּשְׁבוּעָתוֹ, Pſalm. 105. v. 9., (memor fuit) juramenti ſui: *Plur.* שְׁבֻעוֹת, Habac. 3. v. 9., juramenta: שְׁבֻעֹת חֻקּוֹת קָצִיר, Jerem. 5. verſ. 24., juramentis ſtatutis meſſem, *ſive* juramenta ſtatutorum meſſis, *id eſt* jura ſtatuta meſſis (ſervat nobis), *ita aliqui reddunt cum Joa. Simone*: *Vulg. habet*, plenitudinem annuæ meſſis, *id eſt* copioſas meſſes (cuſtodientem nobis).

שֶׁבַע *m.* Septem, *numerus ſcil. cardinalis*, *qui*, *ut quibuſdam videtur*, *dictus* שֶׁבַע, *quia* numerus, *quo* juratur: *Nam* juramenta ſeptem teſtibus, *ſive* pignoribus *confirmabantur*: *Alii tamen arbitrantur*, *ipſum potius verbum* שָׁבַע juravit, *de quo ſupra*, *ab hoc* numero cardinali שֶׁבַע *derivandum*: שֶׁבַע שָׁנִים ſeptem annis: *Item* ſepties, *ut* שֶׁבַע בַּיּוֹם ſepties in die, Pſalm. 119. v. 164. *Item* ſeptimus, 1. Reg. 16. vv. 10. 15., 2. Reg. 13. v. 10. *Item* ſeptuplum, Levit. 26. vv. 18. 21. *Et per Synecdochen* τὸ שֶׁבַע *pro* numero indefinito *ponitur*, *ut* Proverb. 24. verſ. 16. *Unde Kimchi in* Iſa. cap. 4. *inquit*: Mos eſt Scripturæ, ſeptenarium numerum pro multis uſurpare; propterea quod omnes dies ſeculi in ſeptimanas diſtribuantur. *Occurrit & forma Chaldaica*, *ita ſcil.* שֶׁבַע ſeptem, Geneſ. 5. vv. 26. 31., Numer. 4. v. 36., *&c. Cum præfix.* שְׁנַת־הַשֶּׁבַע annus ſeptimus, Deuter. 15. v. 9., בְּשֶׁבַע per ſeptem, Geneſ. 41. vv. 34. 47., וּבְשֶׁבַע & in ſeptem, *ſive* in ſeptima (*tribulatione*), Job. 5. v. 19., לְשֶׁבַע pro ſeptem, Gen. 41. verſ. 36.

verſ. 36. *Plural.* שִׁבְעִים ſeptuaginta, Geneſ. 5. verſ. 12. *Item* ſeptuagies, *ut* שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה ſeptuagies ſepties, Geneſ. 4. verſ. 24. *Cum præfix.* וְהַשִּׁבְעִים & ſeptuaginta, Numer. 3. verſ. 46., בְּשִׁבְעִים in ſeptuaginta, Deuter. 10. verſ. 22.

שִׁבְעָה *fœm.* Septem, Geneſ. 7. v. 4., Exod. 25. v. 37. *Item* ſeptimus, ſeptima: *Et geminatum* שִׁבְעָה שִׁבְעָה ſeptem ſeptem, *id eſt diſtributivè*, ſeptena, Gen. 7. v. 2. *Et per Synecdochen* שִׁבְעָה ſeptem *ponitur pro multitudine indefinita; ſive pro multo, & frequentiori, ut* יָלְדָה שִׁבְעָה genuit plurimos, 1. Sam. 2. v. 5., וְשִׁבְעָה עִדָּנִין & ſeptem tempora, Dan. 4. v. 13. *Semel* שִׁבְעָנָה ſeptem, Job. 42. v. 13., *ubi* Nun *epentheticum*, *ſive* Nun *augmentativum*, & ה *paragog.*, *q. d.* omnino ſeptem, uſque adeo ſeptem: *Cum præfix.* יֹלֶדֶת הַשִּׁבְעָה quæ peperit ſeptem, *i. e.*, *ut quidam exponunt*, multos, Jerem. 15. v. 9., בְּשִׁבְעָה ſeptimo, Geneſ. 7. v. 11., 8. vv. 4. 14., 2. Reg. 25. v. 8., Ezech. 45. v. 20., וּבְשִׁבְעָה & per ſeptem, Deuter. 28. vv. 7. 25., לְשִׁבְעָה in ſeptem, Joſ. 18. vv. 5. 9., מִשִּׁבְעָה præ ſeptem, Proverb. 26. verſ. 16., מִשִּׁבְעָה בָּנִים præ ſeptem filiis, Ruth. 4. v. 15. *Conſtr.* שִׁבְעַת ſeptem, Geneſ. 8. vv. 10. 12., וְשִׁבְעַת יָעֲטֹהִי & ſeptem conſiliarii ejus, Eſdr. 7. verſ. 14., לְשִׁבְעַת ad ſeptem, Geneſ. 7. verſ. 10. *Duale* שִׁבְעָתַיִם, *quod tamen, non duplum ſingularis, id eſt* quatuordecim, *ſed ejuſdem ſingularis repetitas vices exprimit, videl.* ſeptuplum, ſepties, Geneſ. 4. vv. 15. 24., Pſalm. 12. v. 7., 78. v. 19., Proverb. 6. v. 31. *Sed* 2. Sam. 21. v. 9., שִׁבְעָתַיִם *non eſt Duale, ut notarunt etiam Maſſorethæ; nam* Jod *redundat; atque legendum* שִׁבְעָתָם ſeptem illi.

שְׁבִיעִי *m.* Septimus: *Occurrit cum præfix.* הַשְּׁבִיעִי, Geneſ. 2. verſ. 2., & *abſque* Jod *in medio* הַשְּׁבִעִי. Exod. 12. v. 15., ſeptimus: וּבַשְּׁבִיעִי & in ſeptimo, Zachar. 7. v. 5. *Fœm.* הַשְּׁבִיעִית, Joſ. 6. verſ. 16., & *abſque* Jod *in penultima*, הַשְּׁבִעִית, Levit. 23. v. 16, ſeptima: בַּשְּׁבִעִית, 1. Reg. 18. v. 44., & *abſque utroque* Jod, בַּשְּׁבִעִת, Exod. 21. verſ. 2., in ſeptima, *ſive* ſeptimo.

שָׁבוּעַ *m.* Hebdomada, ſeptimana, *q. d.* ſeptata, *id eſt*, *inquit*

quit Joa. Simon, in ſeptem dies diviſa, ſive ſeptem diebus conſtans. Duplicis autem generis hebdomades erant Hebræis, nempe hebdomades dierum, quæ ſeptem diebus conſtabant, ut Levit. 23. vv. 15. 16., & hebdomades annorum, quæ ſeptem annos complectebantur, ut infertur ex cap. 25. Levit. verſ. 8. Ibi enim legitur: וְסָפַרְתָּ לְךָ שֶׁבַע שַׁבְּתֹת שָׁנִים & numerabis tibi ſeptem ſabbata, id eſt hebdomades annorum: Sed & id conſtat aperte ex Danielis cap. 9. verſ. 24. Nonnulli, præter Hebdomades dierum, & annorum, commenti ſunt & hebdomades jubilæorum, ſive quinquaginta annorum; & hebdomades centenariorum: Sed de his in Sacra Scriptura ne vel leve quidem veſtigium occurrit: שָׁבוּעַ אֶחָד hebdomada una, Dan. 9. verſ. 27., & cum præfix. וַחֲצִי הַשָּׁבוּעַ & in dimidio hebdomadis, Dan. 9. v. 27. Conſtr. מַלֵּא שְׁבֻעַ זֹאת, Gen. 29. v. 27., imple hebdomadam ejus: Duale שְׁבֻעַיִם, Levit. 12. v. 5., hebdomades duæ: Plur. שָׁבֻעִים שִׁבְעִים, Dan. 9. v. 24., hebdomades ſeptuaginta: שָׁבֻעִים שִׁבְעָה וְשָׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם, Dan. 9. verſ. 25., hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ; quibus in locis ſit ſermo de hebdomadibus annorum, quemadmodum Religionis Chriſtianæ Vindices plane demonſtrant: שְׁלֹשָׁה שָׁבֻעִים יָמִים, & שְׁלֹשֶׁת, Dan. 10. vv. 2. 3., trium hebdomadarum dies: וְאַחֲרֵי הַשָּׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם, Dan. 9. v. 26., & poſt hebdamades (annorum) ſexaginta & duas: Conſtr. שְׁבֻעֵי vide ſupra in שְׁבוּעַ juramentum, &c.

שְׁבוּעָה f. Hebdomada: In ſingulari inuſit. Nam שְׁבוּעָה, ſcil. cum Sceva loco Kametz ſub litera Scin, ſignificans juramentum, &c. vide ſupra pag. 1524. Plural. שָׁבֻעוֹת hebdomades: Sed שְׁבֻעוֹת juramenta vide ſupra שְׁבוּעָה pag. 1525.: שִׁבְעָה שָׁבֻעֹת, & שִׁבְעָה שָׁבֻעוֹת ſeptem hebdomades, dierum ſcil., Deut. 16. v. 9., וְחַג שָׁבֻעֹת, Exod. 34. v. 22., feſtum hebdomadarum; quod à Græcis Pentecoſtes appellatur, quòd poſt quadraginta novem dies, i. e. ſepties ſeptem dies, qui ſequitur quinquageſimus, feſtus ſit. Sed חַג שָׁבֻעוֹת יָמִים, Ezech. 45. v. 21., feſtum hebdomadum dierum, eſt feſtum ſeptem dierum quotannis. Nam, ut notat Robertſon, hoc loco שָׁבֻעוֹת יָמִים hebdomada dierum eſt ſicut ſolemnitas שִׁבְעַת

יָמִים ſeptem dierum, *ita ſcil.*, *ut*, *licet plurale ſit*, *pro ſingulari tamen habeatur*, *h. e. pro* ſemel ſeptem *tantum*; *quia non eſt* ſolemnitas azymorum, *niſi* ſeptem dierum. *Cum præfix.* וּבְחַג הַשָּׁבֻעוֹת & in feſto hebdomadarum, *h. e.* in feſto Pentecoſtes, Deuter. 16. v. 16., 2. Paral. 8. verſ. 13. *Cum affix.* בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם, Numer. 28. verſ. 26., in hebdomadibus veſtris, *id eſt* expletis ſeptem hebdomadibus, *quas numerare debetis*.

שׂבע שָׂבַע Satiatus, ſaturatus eſt, ſatur fuit, *vel* factus eſt: *Præterit.* וְשָׂבַע & ſaturabitur, Deuter. 31. verſ. 20. *Fœm.* שָׂבְעָה ſaturata eſt, *& juxta Vulg.* repleta eſt, Pſal. 88. v. 4., 123. v. 4., וְשָׂבְעָה & ſaturabitur, Jerem. 46. verſ. 10., שָׂבַעְתָּ קָלוֹן מִכָּבוֹד ſaturatus es, *& juxta Vulg.* repletus es ignominia pro gloria: *Et in pauſa* וְשָׂבָעְתָּ & ſaturatus fueris, Deuter. 6. v. 11., *fœm. in pauſa* שָׂבָעַתְּ ſaturata, ſatiata fuiſti, Ezech. 16. v. 28., שָׂבַעְתִּי ſaturatus ſum, Iſa. 1. v. 11., וְשָׂבַעְתִּי & ſatiabor, *ſive* replebor, Job. 7. v. 4. *Plural.* שָׂבְעוּ, Hoſe. 13. v. 6., *& in pauſa* שָׂבֵעוּ, Iſa. 9. verſ. 19., ſaturati ſunt: וְשָׂבֵעוּ & ſaturabuntur, Deuter. 14. v. 29., וּשְׂבַעְתֶּם & ſaturemini, *ſive* repleamini, Iſa. 66. verſ. 11., שָׂבַעְנוּ ſaturati, repleti ſumus, Pſalm. 123. v. 3. *Infin.* וְשָׂבוֹעַ ſaturando, ſatiando ſe, 2. Paral. 31. v. 10., לִשְׂבֹּעַ ad ſaturandum, *& juxta Vulg.* in ſaturitate, Exod. 16. verſ. 8. *Imperat.* שְׂבַע־לָחֶם ſatiare, ſatia te pane, Prov. 20. v. 13. *Futur.* פֶּן אֶשְׂבַּע ne forte ſatur fiam, Prov. 30. v. 8., *& cum* ה *paragog.* אֶשְׂבְּעָה ſatiabor, Pſalm. 17. v. 15., תִּשְׂבַּע ſaturaberis, Mich. 6. v. 14., *& cum affix.*, *atque* Nun *epenthet.* פֶּן־תִּשְׂבָּעֶנּוּ nè fortè ſatieris illo, Prov. 25. v. 16., יִשְׂבַּע, Prover. 12. v. 11., *& in pauſa* יִשְׂבָּע, Prover. 18. verſ. 20., ſaturabitur, ſatiabitur: וְיִשְׂבָּע & ſaturatus eſt, Iſa. 44. verſ. 16., *& cum affix.* פֶּן־יִשְׂבָּעֲךָ, Proverb. 25. verſ. 17., nè fortè ſatietur tui: תִּשְׂבַּע *fœmin* ſaturatur, ſaturabitur, Pſalm. 63. verſ. 6., וַתִּשְׂבַּע & ſaturata eſt, Ruth. 2. verſ. 14. *Plur. in pauſa* נִשְׂבָּע ſaturabimur, Job. 31. v. 31., וַנִּשְׂבַּע & ſaturati ſumus, Jerem. 44. v. 17., *& cum* ה *paragog.* נִשְׂבְּעָה ſaturabimur, Pſalm. 65. v. 5., תִּשְׂבְּעוּ, Exod. 16. verſ. 12., *& in pauſa* תִּשְׂבָּעוּ, Levit. 26.

26. v. 26., ſaturabimini : יִשְׂבָּעוּ, Pſalm. 17. v. 14., & in pauſa יִשְׂבָּעוּ, Pſalm. 37. v. 19., & cum Nun parogog. יִשְׂבְּעוּן, Pſalm. 104. verſ. 28., ſaturabuntur, ſatiantur: וַיִּשְׂבְּעוּ, Pſal. 78. v. 29., & in pauſa וַיִּשְׂבָּעוּ, Hoſe. 13. verſ. 6., & ſaturati fuerunt: *Fœmin.* תִּשְׂבַּעְנָה ſatiantur, ſatiabuntur, Proverb. 27. verſ. 20. *Pih. Imper. cum affix.* שַׂבְּעֵנוּ ſatura nos, Pſalm. 90. v. 14. *Futur. plur. in pauſa*, נַפְשָׁם לֹא יְשַׂבֵּעוּ animam ſuam non ſaturabunt, Ezech. 7. v. 19. *Hiph. Præter.* הִשְׂבִּיעַ נֶפֶשׁ שֹׁקֵקָה ſatiavit animam appetentem, *ſive* avidam; & *juxta Vulg.* inanem, Pſalm. 107. verſ. 9., וְהִשְׂבִּיעַ & ſatiabit, Iſa. 58. verſ. 11., & *cum affix.* הִשְׂבִּיעַנִי ſatiavit, *ſive* replevit me, Thren. 3. verſ. 15., הִשְׂבַּעַתְּ ſatiaſti, Ezech. 27. v. 33., וְהִשְׂבַּעְתִּי מִמֵּךְ & ſaturabo de te, Ezech. 32. v. 4. *Partic.* וּמַשְׂבִּיעַ לְכָל־חַי, Pſalm. 145. v. 16., & ſatians, ſaturans omne vivens: *Et cum præfix.* הַמַּשְׂבִּיעַ, Pſalm. 103. v. 5., ſatians: *Infin. cum præfix.* לְהַשְׂבִּיעַ ad ſatiandum, ut ſatiaret, *ſive*, *juxta Vulg.*, ut impleret, Job. 38. verſ. 27. *Futur.* אַשְׂבִּיעַ ſaturabo, Pſalm. 132. verſ. 15., וָאַשְׂבִּעַ & ſaturavi, Jerem. 5. v. 7., & *cum affix.* אַשְׂבִּיעֶךָ ſatiabo te, Pſalm. 81. v. 17., אַשְׂבִּיעֵהוּ ſaturabo illum, Pſalm. 91. verſ. 16., תַּשְׂבִּיעַ ſaturabis, Iſa. 58. v. 10. *Cum affix.* יַשְׂבִּעֵנִי ſaturabit, ſatiabit me, Job. 9. verſ. 18., יַשְׂבִּיעֵךְ ſaturabit te, Pſalm. 147. v. 14., יַשְׂבִּיעֵם ſaturabat illos, Pſalm. 105. v. 40.

שָׂבֵעַ *m.* Satur: וְשָׂבֵעַ & ſatur, *ſive* plenus, *ſcil. dierum*, *ut plene occurrit ibidem* cap. 35. verſ. 29., *ſed in ſenſu conſtruct.*, *ita* וּשְׂבַע יָמִים & ſatur, *ſive* & plenus dierum: *Plur.* שְׂבֵעִים ſaturi, 1. Sam. 2. verſ. 5. *Fœm.* נֶפֶשׁ שְׂבֵעָה תָּבוּס נֹפֶת anima ſatura calcat favum, Prover. 27. v. 7.

שָׂבָע *maſc.* Saturitas, Geneſ. 41. v. 29., Prov. 3. v. 10., & *cum præfix.* הַשָּׂבָע ſaturitas, ſatietas, *quæ eſt* ſaturationis *effectus.*, Geneſ. 41. vv. 31. 34. 47. 53., Eccleſ. 5. verſ. 11. *Vide, quod ſtatim ſequitur.*

שֹׂבַע *m.* Saturitas, ſatietas: שֹׂבַע שְׂמָחוֹת אֶת־פָּנֶיךָ ſaturitas lætitiarum *eſt* cum vultu tuo, Pſalm. 16. verſ. 11. *Cum præfix.* לָשֹׂבַע, Exod. 16. v. 3., & לְשֹׂבַע, Proverb. 13. verſ. 25., ad ſaturitatem: *Et cum affix.* אֵת אֲשֶׁר־הוֹתִרָה מִשָּׂבְעָהּ,

מִשָּׂבְעָהּ, Ruth. 2. v. 18., (& dedit ei), quod reliquum fecerat, *vel* reliquerat de ſaturitate ſua: שָׂבְעֲךָ *ad* ſaturitatem tuam, Deut. 23. v. 25.

שָׂבְעָה *fœm.* Saturitas, ſatietas, Iſa. 56. v. 11. *Cum præfix.* לְשָׂבְעָה ad ſaturitatem, Iſa. 23. v. 18. *Sed* מִשָּׂבְעָה *vide ſupra in* שבע: *Cum affix.* מִבִּלְתִּי שָׂבְעָתֵךְ eò quod non eſſet ſatietas tibi, Ezech. 16. v. 28.

שִׂבְעָה *fœm.* Saturitas, ſatietas: *Conſtr.* שִׂבְעַת־לֶחֶם ſaturitas panis, Ezech. 16. v. 49.

שָׁבַץ Miſcuit, confudit; *Hinc* alterum alteri interſeruit, *ſive* incluſit, intertexuit, *vulgò* ocellatum, *ſive* teſſellatum fecit: *Hactenus Jo. Simon. Pih.* שִׁבֵּץ teſſellatum, ocellatum, intertextum opus fecit: *Præter.* וְשִׁבַּצְתָּ & teſſellatam facies, Exod. 28. verſ. 39., *ubi Vulg.*, *& alii habent*, ſtringeſque: תַּשְׁבֵּץ *vide infra inter nomina*: *Pyhel Partic. plur.* מְשֻׁבָּצִים זָהָב intexti, impacti auro *erant*, *id eſt*, fundis aureis inſiti, Exod. 28. v. 20.

שָׁבָץ *m.* Ocellata chlamys, *juxta Buxtorfium*: *Aliis eſt* perturbatio, confuſio animi, horror, anguſtia: *Occurrit cum præfix.* הַשָּׁבָץ, 2. Sam. 1. v. 9.

מִשְׁבְּצָה *f.* Ocellatio: pala, funda, *qua gemmæ* interſeruntur, *ſive* includuntur: *Vulg.*, *& quibuſdam aliis eſt etiam* uncinus: *Plur.* מִשְׁבְּצוֹת זָהָב fundis aureis, Exod. 28. v. 11. *Et cum præfix.* עַל־הַמִּשְׁבְּצֹת ſuper fundas, *ſive* palas; *Vulgato ſunt* uncini, Exod. 28. verſ. 14., עַל־שְׁתֵּי הַמִּשְׁבְּצוֹת ſuper duas palas, *ſive* in duabus palis, *vel* in duobus uncinis, Exod. 28. v. 25., מִמִּשְׁבְּצוֹת זָהָב לְבוּשָׁהּ, Pſal. 45. verſ. 14., & ocellationibus auri veſtis ejus, *ita Buxtorfius*: *Pagninus autem reddit*, ex veſtibus auro ocellatis indumentum ejus, *per metonymiam ſcil. continentis*, palarum *nempe*, *pro contento*, *videl. gemmis*, *& lapidibus*, *qui in iis includuntur*: *LXX.*, *& Vulgat. hoc in loco τὸ* מִשְׁבְּצוֹת *ſunt* fimbriæ.

תַּשְׁבֵּץ *m.* Teſſella, ocellatio, *q. d.*, *ut notat Joa. Simon*, mixtio unius cum altero: וּכְתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ, Exod. 28. v. 4., & tunica ocellationis, *i. e.* teſſellata, *vel* ocellata; *Vulg. reddit* & lineam ſtrictam.

שְׁבַק *Chald.* Sivit, reliquit, dimiſit, remiſit. *Infin.* לְמִשְׁבַּק ad relinquendum, Dan. 4. v. 23. *Imperat. plur.* שְׁבֻקוּ ſinite, relinquite, dimittite, Dan. 4. vv. 12. 20., Eſdr. 6. v. 7. *Ithpeh. Futur.* תִּשְׁתְּבִק relinquetur, *&* *juxta Vulg.* tradetur, Dan. 2. v. 44.

שָׁבַר Fregit, confregit, diffregit, effregit, perfregit, contrivit: *Metaphorice autem, inquit Joa. Simon, eſt*: I. Deſtruxit, perdidit: II. Contriſtavit, dolore affecit, afflixit, *maxime cum* רוּחַ, *&* לֵב, *latine* animum fregit, *græce* ἐμοὶ κατεκλάσθη ἦτορ: III. Vi ſua privavit, *ut græce* θραύω, *& latine* frango, enervando *ſcilicet*, domando, compeſcendo, *&* ſedando: IV. Vendidit: emit, comparavit annonam; *quæ quidem ſignificatio petita eſt à nomine* שֶׁבֶר annona; *diverſo tamen reſpectu*. *Alios ſenſus vide infra in radice* שָׂבַר, *cum puncto ſcilicet ſupra* ש *à latere ſiniſtro*: *Præter.* וְלֹא שָׁבַר אֶת־הַחֲמוֹר, 1. Reg. 13. v. 28., & non diffregit, *ſive, juxta Vulgat.*, nec læſit aſinum; שָׁבַר יְהוָה מַטֵּה, Iſa. 14. v. 5., fregit, *ſive* contrivit Dominus virgam; *in pauſa* שָׁבָר, Pſal. 105. v. 16., fregit, contrivit: *Cum affix.* שְׁבָרֵךְ fregit te, Ezech. 27. verſ. 26., וּשְׁבָרָהּ & franget, *ſive* comminuet eam, Iſa. 30. verſ. 14. *Fœm.* חֶרְפָּה שָׁבְרָה לִבִּי, Pſalm. 69. v. 21., probrum contrivit, *ſive* contriſtavit cor meum; *Vulg. pertit*, improperium expectavit cor meum: שָׁבַרְתָּ fregiſti, contriviſti, Jerem. 28. verſ. 13., וְשָׁבַרְתָּ & franges, *ſive* conteres, Jerem. 19. verſ. 10., שָׁבַרְתִּי fregi, confregi, Jerem. 2. v. 20., *LXX. tamen, & Vulg. acceperunt in 2. perſ. fœm. cum* Jod *paragog.*, *verterunt enim*, confregiſti: וְשָׁבַרְתִּי & confringam, *ſive* conteram, Levit. 26. v. 19. *Plur.* שָׁבְרוּ confregerunt, Iſa. 5. v. 5. *Partic.* שֹׁבֵר confringens, Pſalm. 29. v. 5., Jerem. 49. v. 35. *Sed plur.* שֹׁבְרִים ementes, Geneſ. 47. verſ. 14. *Pahul* שָׁבוּר fractus, fractum, Levit. 22. v. 22. *Plur. conſtr. cum præfix.* לִשְׁבוּרֵי לֵב (qui ſanat) fractos, *ſive* contritos corde, Pſalm. 147. v. 3. *Infin.* אַחֲרֵי שְׁבוֹר, Jerem. 28. v. 12., poſt confringere, *id eſt* poſtquam confregit: *Et cum præfix.* לִשְׁבֹּר ad effringendum, *ſive* ut effringerent, Geneſ. 19. verſ. 9., ut conteram, Iſa. 14. verſ. 25., ut contereret, Thren. 1. verſ. 15. *Sed* לִשְׁבֹּר

אֶל־יוֹסֵף, Geneſ. 41. v. 57., ut emerent à Joſepho; *quo in loco, inquit Buxtorfius,* אֶל *eſt pro* מִן, *aut eſt tranſpoſitio verborum, ſcil. pro* venerunt ad Joſephum, ut emerent: *hoc eodem ſenſu, ſcilicet* ad emendum, ut emerent *accipiendum* Geneſ. 42. vv. 3. 5. *Item* לִשְׁבָּר־אֹכֶל, Geneſ. 42. vv. 7. 10., 43. vv. 20. 22., ad emendum, *ſive* ut emamus, emeremus cibum, *ſive* commeatum, eſcam: *Et cum affix.* בְּשִׁבְרִי לָכֶם מַטֵּה־לֶחֶם, Levit. 26. v. 26., poſtquam confregero vobis baculum panis: בְּשִׁבְרִי־שָׁם אֶת־מֹטוֹת; Ezech. 30. verſ. 18., cum confregero, contrivero ibi baculos, ſceptra: *Imper.* שְׁבֹר frange, contere, Pſal. 10. verſ. 15., *& cum affix.* שָׁבְרֵם frange, confringe eos, Jerem. 17. v. 18. *Plur.* שִׁבְרוּ emite, comparate, Geneſ. 42. v. 2., 43. v. 2., Iſa. 55. v. 1. *Futur.* אֶשְׁבֹּר confringam, conteram, Jerem. 19. v. 11., וָאֶשְׁבֹּר & confregi, fregi, Levit. 26. v. 13. *Sed* וָאֶשְׁבֹּר עָלָיו חֻקִּי, Job. 38. verſ. 10., *quidam apud Matth. Polum ita exponunt, &* ſtatui illi ſtatutum, præceptum meum, *id eſt pepigi cum illo pactum, &* ſtatui: *Ut enim* כָּרַת excidit fœdus pangendum; *ita &* שָׁבַר fregit, *pari analogia*, conſtituendum decretum *ſignificat: Alii vero reddunt*, confregi illud (*mare*) decreto meo, *h. e.* confregi *impetum ejus, nè terminum tranſiliat: Vulgat. habet*, circumdedi illud terminis meis, *i. e.* terminis *à me ſtatutis, atque fixis:* יִשְׁבּוֹר confringet, conteret, Iſa. 42. verſ. 3., וַיִּשְׁבֹּר & vendidit, Gen. 41. v. 56. *Sed cum affix.* וַיִּשְׁבְּרֵהוּ & confregit eum, 1. Reg. 13. v. 26., Jerem. 28. v. 10., תִּשְׁבָּר־גָּרֶם confringet duritiam., Prov. 25. v. 15. *Plur. cum* ה *paragog.* וְנִשְׁבְּרָה & comparabimus, ememus, Geneſ. 43. verſ. 4. *Sed* נִשְׁבְּרָה, *&* נִשְׁבָּרָה *vide infra in Niphal:* תִּשְׁבְּרוּ, Exod. 12. v. 46., *& in pauſa* תִּשְׁבֹּרוּ, Levit. 11. v. 33., frangetis, confringetis; *Item* emetis, comparabitis, Deut. 2. verſ. 6., יִשְׁבְּרוּ frangent, confringent, Num. 9. v. 12., יִשְׁבְּרוּ פְרָאִים צְמָאָם, Pſalm. 104. v. 11., frangunt onagri ſitim ſuam, *ita Pagninus, & alii: At Vulg. legit* יְשַׂבְּרוּ, *i. e., cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro; nam vertit*, exſpectabunt onagri in ſiti ſua: וַיִּשְׁבְּרוּ & fregerunt, confregerunt, Jud. 7. v. 20., *& cum affix.* יִשְׁבְּרוּהוּ frangent, & conte-

conterent eum, Dan. 11. v. 26. *Niph. Præter.* כִּי נִשְׁבַּר שֵׁבֶט quod confracta fuerit virga, Iſa. 14. v. 29., *&* *in pauſa* נִשְׁבָּר fractus, contritus eſt, Pſalm. 104. verſ. 11. *Fœm.* נִשְׁבְּרָה, Iſa. 24. v. 10., *&* *in pauſa* נִשְׁבָּרָה, Pſalm. 34. v. 21., fractum, confractum, attritum fuit: *Aliud vide ſupra in Kal*: נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־לִבָּם, Ezech. 6. verſ 9., fractus ſum ab animo ipſorum; *ibi enim* אֶת *eſt loco* מִן, *ut ſcribit Kimchi*: *Hactenus Buxtorfius*: *At Joa. Simon cum aliis arbitratur*, τὸ נִשְׁבַּר *laudato in loco fuiſſe in ſenſu* recripoco, *atque* mutuo *uſurpatum*, *ſicut alias in Hithpah. ita ſcil. ut latine ſonet*, alter alterum fregit, *&* contrivit: *Unde* נִשְׁבַּרְתִּי mutuo contritus, *&* contrivi: *Sed* *&* *Vulgat. ibidem vertit*, contrivi cor eorum: *Plural.* נִשְׁבְּרוּ fracti, contriti ſunt, 2. Paral. 14. v. 12., Jerem. 22. verſ. 20., 51. v. 30., *cum* ה *paragog.* נִשְׁבְּרָה אֳנִיּוֹת, 1. Reg. 22. v. 49., fractæ, confractæ ſunt naves: *Maſſora ibidem monet legendum*, נִשְׁבְּרוּ; *Aliis videtur legendum* נִשְׁבְּרוּ in *ſingulari*, *ut ſenſus ſit* diſtributivus, *videl.* confracta eſt quælibet navium: וְנִשְׁבְּרוּ, Ezech. 6. vv. 4. 6., *in pauſa* וְנִשְׁבָּרוּ, Iſa. 8. v. 15., & conterentur, confringentur: *Partic.* נִשְׁבָּר contritum, Pſam. 51. v. 19. *Plural.* נִשְׁבָּרִים fracti, confracti, Jerem. 2. v. 13. *Conſtr.* לְנִשְׁבְּרֵי־לֵב fractis, *id eſt* afflictis, contritis corde, Pſalm. 34. v. 19., Iſa. 61. v. 1. *Fœm.* רוּחַ נִשְׁבָּרָה ſpiritus afflictus, contribulatus, Pſal. 51. v. 19., *&* *alia forma*, נִשְׁבֶּרֶת, Ezech. 27. v. 34., הַנִּשְׁבָּרֶת, Ezech. 30. verſ. 22., *&* הַנִּשְׁבֶּרֶת, Dan. 8. verſ. 22., Zach. 11. v. 16., fracta, contrita, fractum, contritum: *Et cum præfix.* וְלַנִּשְׁבֶּרֶת, Ezech. 34. vv. 4. 16., confractum: *Infin. cum præfix.* לְהִשָּׁבֵר frangi, conteri, Jon. 1. v. 4. *Futur.* תִּשָּׁבֵר, Ezech. 29. v. 7., *&* תִּשָּׁבֵר, Ezech. 32. verſ. 28., frangeris, contereris: יִשָּׁבֵר frangetur, confringetur, Levit. 6. v. 21. וַיִּשָּׁבֵר & contritus eſt, Jerem. 50. v. 23. *Et fœm.* תִּשָּׁבֵר, Job. 31. verſ. 22., *&* תִּשָּׁבֵר, Eccleſ. 12. verſ. 6., confringetur, confringatur, conteratur; וַתִּשָּׁבֵר & fracta fuit, 1. Sam. 4. verſ. 18. *Plur.* וְיִשָּׁבְרוּ & confringentur, conterentur, Dan. 11. verſ. 22., וַיִּשָּׁבְרוּ & confractæ, contritæ ſunt (naves), 2. Paral. 20. v. 37. *Fœm.* תִּשָּׁבַרְנָה confringentur,

tur, conterentur, Pſalm. 37. vv. 15. 17., וַתִּשָּׁבַרְנָה & fracti ſunt, *ſive, juxta Vulg.*, & confringentur, Ezech. 31. v. 12. *Pih. præter.* שִׁבֵּר, Exod. 9. v. 25., *&* שִׁבַּר, Pſalm. 76. verſ. 4. confregit: שִׁבַּרְתָּ fregiſti, Exod. 34. verſ. 1. *Plur.* שִׁבְּרוּ, 2. Reg. 11. verſ. 18., *& in pauſa* שִׁבֵּרוּ, 2. Paral. 23. v. 17., confregerunt, contriverunt: וְשִׁבַּרְתֶּם & confringetis, Deuter. 12. v. 3. *Partic.* וּמְשַׁבֵּר & confringens, conterens, 1. Reg. 19. v. 11. *Sed* מַשְׁבֵּר, *&* מִשְׁבָּר *vide infra ſuis in locis: Plur.* מִשְׁבָּרִים *vide infra in* שֶׁבֶר: *Infinit.* וְשַׁבֵּר & confringendo, Exod. 23. v. 24. *Futur.* אֲשַׁבֵּר frangam, conteram, Iſa. 45. v. 2., *& cum* ה *paragog.* וָאֲשַׁבְּרָה & confregi, contrivi, *ſive* conterebam, Job. 29. verſ. 17., *& cum affix.* וָאֲשַׁבְּרֵם & confregi eas *tabulas*, Deuter. 9. v. 17., תְּשַׁבֵּר confringes, Exod. 23. verſ. 24., יְשַׁבֵּר confringet, conteret, Pſalm. 46. v. 10., וַיְשַׁבֵּר & confregit, Exod. 32. verſ. 19. *Plural.* תְּשַׁבֵּרוּ, Deuter. 7. verſ. 5., *& cum* Nun *paragog.* תְּשַׁבֵּרוּן, Exod. 34. v. 13., confringetis: וַיְשַׁבְּרוּ & confregerunt, 2. Paralip. 31. v. 1. *Hiph.* הִשְׁבִּיר vendidit, *annonam ſcilicet, q. d.* emere ſivit: *Item* frangere, *vel* frangi fecit: *Partic.* לְרֹאשׁ מַשְׁבִּיר ſuper caput vendentis, Prov. 11. verſ. 26., *& cum præfix.* הַמַּשְׁבִּיר vendens, Geneſ. 42. v. 6. *Futur.* הַאֲנִי אַשְׁבִּיר וְלֹא אוֹלִיד, Iſa. 66. v. 9., an ego effringerem matricem, *id eſt* ad partum aperirem, & non gignam, *ſignificatio à nomine petita eſt, quòd os* matricis *ſignificat, itq. Buxtorfius: Alii habent*, an ego frangere, *i. e.* erumpere faciam, & non gignam? *Vulg. vertit*, nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam? *Sed cum affix.* אֹכֶל בַּכֶּסֶף תַּשְׁבִּרֵנִי, Deuter. 2. v. 28., *ubi affixum, ut notat Buxtorfius, eſt pro pronomine ſeparato, ſcil. pro* תַּשְׁבִּיר לִי, cibum pro argento vendes mihi; *Vulg. vertit*, alimenta pretio vende nobis: *Plur.* נַשְׁבִּיר, Amoſ. 8. v. 6., *& cum* ה *paragog.* נַשְׁבִּרָה, Amoſ. 8. verſ. 5., vendemus. *Hoph. Præterit.* עַל־שֶׁבֶר בַּת־עַמִּי הָשְׁבַּרְתִּי ſuper contritione filiæ populi mei confractus, contritus ſum.

שֶׁבֶר, *&* שָׁבֶר, שֵׁבֶר *m. Eſt*: I. Confractio, contritio, fractio, fractura, *ut* Levit. 21. v. 19., 24. v. 20., שֶׁבֶר בְּרוּחַ, Proverb. 15. v. 14., confractio, contritio, *ſive* dolor, cruciatus

ciatus ſpiritus: II. *Metaphorice* dolor, cruciatus; afflictio, calamitas, ærumna; *item* terror, deſtructio, perditio, excidium; *item* explicatio, enucleatio, *quaſi rei, aut quæſtionis difficilis* fractio, & ſolutio: III. Annona, frumentum, *quaſi* famis fractura, *ut* & aqua, *ſive* potus *dicitur* frangere ſitim, Pſalm. 104. verſ. 11., *juxta Buxtorfium*; *vel, ut notat Jo. Simon*, annona, frumentum *dicitur* שֶׁבֶר, *quia* mola frangitur; *ſicut Græce* ἀκταὶ fruges *dicuntur ab* ἄγω frango, & molis frangere *pro* molere *dixit Plinius*; *hinc Græce* μυλόκλαςος mola fractus, *id eſt* molitus. *Occurrit autem poſteriori hoc in ſenſu*, annonæ *ſcil.*, frumenti, tritici, Geneſ. 42. vv. 1. 2. 19., Amoſ. 8. v. 5., Nehem. 10. v. 32. *Cum præfix.* הַשֶּׁבֶר, Geneſ. 43. v. 2., frumentum: *Sed* וְהַשֶּׁבֶר, Iſa. 51. verſ. 19., & וְהַשָּׁבֶר, Thren. 3. v. 47., & contritio: בְּשֶׁבֶר, Thren. 4. v. 10., in contritione; & בַּשֶּׁבֶר, Geneſ. 47. v. 14., pro tritico, frumento: כְּשֶׁבֶר ſicut contritio, Iſa. 30. verſ. 14. *Cum affix.* עַל־שִׁבְרִי ſuper contritione mea, Jerem. 10. v. 19., בְּשִׁבְרִי *vide ſupra in Inſin. verbi* שָׁבַר: שִׁבְרֵךְ, Ezech. 32. verſ. 9., & שִׁבְרֵךְ, Jerem. 30. v. 15., Thren. 2. v. 13., contritio tua; לְשִׁבְרֵךְ, Nahum 3. v. 19., & לְשִׁבְרֵךְ, Jerem. 30. v. 12., contritioni, fracturæ tuæ: שִׁבְרוֹ, Jud. 7. v. 15., explicatio, enucleatio ejus: כֶּסֶף שִׁבְרוֹ, Geneſ. 44. v. 2., pretium annonæ, *ſive* frumenti ejus: *Aliud vide infra ſub radice* שָׁבַר: שִׁבְרָהּ fractura, contritio ejus, Iſa. 30. vv. 13. 14., שִׁבְרָהּ *vide ſupra in Præterit. verbi* שָׁבַר: שִׁבְרָם frumenta ſua, Geneſ. 42. v. 26. *Plural. cum præfix.* הַשְּׁבָרִים *nom. prop.*, *quod vide infra*: מִשְּׁבָרִים, Job. 41. verſ. 17., propter confractiones, *id eſt* pericula, & calamitates: *Cum affix.* שְׁבָרֶיהָ contritiones ejus, Pſal. 60. verſ. 4.

שֶׁבֶר Scever, & *juxta Vulg.* Saber, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 2. v. 48.

שְׁבָרִים Scevarim, & *juxta Vulg.* Sabarim, *nom. propr. loci trans Jordanem in terra Amorrhæorum*, Jud. 7. v. 5.

שִׁבָּרוֹן *m.* Fractio, contritio; & *metaphorice* deſtructio, perditio, excidium: וּמִשְׁנֶה שִׁבָּרוֹן שָׁבְרֵם, Jerem. 17. verſ. 18., & duplici contritione contere eos: *Conſtr.* בְּשִׁבְרוֹן מָתְנַיִם

 cum

cum fractione, ſive in contritione, *vel ut quidam metaphor. exponunt*, in dolore ingenti lumborum.

מַשְׁבֵּר *maſc.* Matrix, *locus ſcil., per quem fœtus* erumpit, *vel quem fœtus* frangit, *&* aperit, *dum naſcitur: Item* os matricis, *quod in partu* frangitur, *&* ſeparatur: *Chaldæus, & R. Salomon* ſellam parturientis *explicant. Dicitur* מַשְׁבֵּר, *ut habet Buxtorfius, à* frangentibus *doloribus, qui tum mulieri parienti, tum ipſi fœtui in articulo partus obveniunt:* עַד־מַשְׁבֵּר uſque ad matricem, *id eſt, ut habet Vulg.*, uſque ad partum, 2. Reg. 19. v. 3., Iſa. 37. v. 3. *Vide, quod ſequitur.*

מִשְׁבָּר *m. Eſt*: I. Matrix, *&c. ut ſupra in* מַשְׁבֵּר: *Conſtruct.* בְּמִשְׁבַּר בָּנִים, Hoſe. 13. v. 13., in matrice, *id eſt* in ore matricis filiorum, *juxta Buxtorfium, & alios quoſdam: Sunt non pauci, qui cum Vulg. reddunt*, in contritione filiorum: II. Fluctus, *dictus* מִשְׁבָּר, *quòd* fluctus *ſe mutuò, vel etiam naves* confringant. *Occurrit in plural. conſtruct.* מִשְׁבְּרֵי־מָוֶת, 2. Sam. 22. verſ. 5., (circumdederunt me) fluctus mortis, *q. d.* mors *tamquam pelagus confertim doloribus, velut* fluctibus, *mihi ingruit ad me abſorbendum, ita Buxtorfius, & alii exponunt; Multi tamen cum Vulg. vertunt*, contritiones mortis: מִשְׁבְּרֵי־יָם fluctus, *& juxta Vulg.* elationes maris, Pſalm. 93. v. 4. *Cum affix.* מִשְׁבָּרֶיךָ fluctus tui, Pſalm. 48. verſ. 8., *ubi Vulg. vertit* excelſa tua, *id eſt, ut exponit Genebrardus*, undæ tuæ, procellæ tuæ in ſublime undas attollentes: *Sed* Pſalm. 88. v. 8. *idem Vulg. reddit*, fluctus tuos; Jon. *vero* 2. v. 4. *habet*, gurgites tui.

שָׂבַר Spectavit, reſpexit *ad aliquid*: *Et id quidem vel* conſiderans, *&* explorans: *Unde* conſideravit, exploravit; *& tunc conſtruitur cum* ב: *vel* deſiderans, *&* exſpectans: *Unde* deſideravit, ſperavit, expectavit; *& tun conſtruitur cum præpoſit.* אֶל, *vel* ל. *Partic. In Kal* וָאֱהִי שֹׂבֵר בַּחוֹמֹת & eram conſiderans, explorans muros, Nehem. 2. vv. 13. 15. *Pih.* שִׂבֵּר exſpectavit, ſperavit: *Præter.* שִׂבַּרְתִּי לִישׁוּעָתְךָ exſpecto, exſpectabam ſalutem tuam, Pſalm. 119. verſ. 166. *Plural.* שִׂבְּרוּ exſpectarunt, ſperarunt, Eſth. 9. verſ. 1. *Futur. plur. fœm.* תְּשַׂבֵּרְנָה exſpectabitis, Ruth. 1.

v. 13.,

v. 13., יְשַׂבֵּרוּ exſpectabunt, Iſa. 38. v. 18., & *in pauſa* אֵלֶיךָ יְשַׂבֵּרוּ ad te ſpectant, *ſive* in te ſperant, Pſal. 145. v. 15., & *cum* Nun *paragog.* אֵלֶיךָ יְשַׂבֵּרוּן in te ſperant, ad te ſpectant, Pſalm. 104. v. 27.

שֵׂבֶר *maſc.* Exſpectatio, ſpes: *Cum affix.* מִשִּׂבְרִי ab exſpectatione mea, Pſal. 119. verſ. 116., שִׂבְרוֹ ſpes ejus, Pſal. 146. verſ. 5.

שְׁבַשׁ *Chald.* perplexus, attonitus redditur, obſtupuit, conturbatus eſt. *Ithpah. partic. plur.* מִשְׁתַּבְּשִׁין attoniti, confuſi, perturbati, perplexi, Dan. 5. v. 9.

שָׁבַת Ceſſavit, *ſive ab* opere, & labore: *Unde* quievit, feriatus eſt; *ſive ab* exiſtendo: *Unde* eſſe deſiit. *Præter.* כִּי בוֹ שָׁבַת nam in ipſo ceſſavit, *ſive* requievit, Geneſ. 2. v. 3., שָׁבַת מְשׂוֹשׂ לִבֵּנוּ eſſe deſiit, defecit gaudium cordis noſtri, Thren. 5. v. 15., שָׁבַת נֹגֵשׂ, ceſſavit, *ſive* eſſe deſiit exactor, Iſa. 14. v. 4. *Fœm.* שָׁבְתָה מַדְהֵבָה, Iſa. 14. v. 4., ceſſavit, *ſive* eſſe deſiit, periit aurea, *ſive* inaurata, auri plena, auri cupida (*Babylon*); *Vulgat. vertit*, quievit tributum: וְשָׁבְתָה & quieſcet, Levit. 25. verſ. 2. *Plural. in pauſa* שָׁבָתוּ ceſſarunt, eſſe deſierunt, defecerunt, Thren. 5. verſ. 14. *Futur.* תִּשְׁבֹּת ceſſabis (*ab opere ſcil.*), Exod. 32. verſ. 12., יִשְׁבּוֹת מֵעִיר, Hoſe. 7. v. 4., quieſcet ab excitando, *ſive* deſinet excitare, *ita Recentiores reddunt*; *Sed & Græci multi, ut patet ex V. Edit.*, & *Latini, ut confirmat Vulgat.* τὸ מֵעִיר *acceperunt, non ut Infinitivum verbi* עור *in Hiphil, quod Latine ſonat*, excitavit, *ſed tamquam nomen ab illo dimanans, videl.* עִיר civitas; *nam ſunt interpretati*, ceſſavit ad modicum, *ſive* quievit paullulum civitas: וַיִּשְׁבֹּת & quievit, Geneſ. 2. verſ. 2., וְיִשְׁבֹּת & ceſſabit, Prov. 22. v. 10., תִּשְׁבַּת quieſcet, Levit. 26. v. 34. *Plur.* תִּשְׁבְּתוּ שַׁבַּתְּכֶם, Levit. 23. verſ. 32., quieſcetis ſabbato veſtro; *LXX.*, *habent* ſabbatizabitis, & *Vulg.* celebrabitis ſabbata veſtra: יִשְׁבֹּתוּ, Jerem. 31. v. 36., & *in pauſa* יִשְׁבֹּתוּ, Gen. 8. verſ. 22., ceſſabunt, non erunt, quieſcent; וַיִּשְׁבְּתוּ & quieverunt, Exod. 16. v. 30. *Niph.* ceſſavit, defecit, periit: *Præter.* וְנִשְׁבַּת מִבְצָר & ceſſabit munitio, *ſive* adjutorium, Iſa. 17. verſ. 3., וְנִשְׁבַּת־בָּהּ & deficiet, *ſive* defecerit in ea,

Ezech. 30. v. 18. *Plural.* וְנִשְׁבְּתוּ גִּלּוּלֵיכֶם ceſſabunt idola veſtra, Ezech. 6. v. 6. *Hiph.* הִשְׁבִּית ceſſare fecit, *vel* ſivit, abolevit, ſuſtulit, amovit, removit, ſubmovit: *Præt.* לֹא הִשְׁבִּית לָךְ גֹּאֵל non ceſſare, deeſſe fecit tibi redemptorem, vindicem, Ruth. 4. v. 14., וְהִשְׁבִּית אֶת־הַכְּמָרִים, 2. Reg. 23. v. 5., & abolevit atratos ſacrificulos, *juxta Buxtorfium*; *Vulg. vertit*, & delevit aruſpices: הִשְׁבַּתָּ, *pro* הִשְׁבַּתְּתָּ, Pſal. 89. v. 45., 119. v. 119., ceſſare feciſti, aboleviſti, removiſti, deſtruxiſti: הִשְׁבַּתִּי ceſſare feci, abolevi, Iſa. 16. v. 10., וְהִשְׁבַּתִּי גְּאוֹן זֵדִים, Iſa. 13. v. 11., & faciam, ut ceſſet faſtus ſuperborum, *ſive*, *juxta Vulgat.*, & quieſcere faciam ſuperbiam infidelium: *Cum affixo* וְהִשְׁבַּתִּיךְ, & faciam ceſſare te, Ezech. 16. verſ. 41., וְהִשְׁבַּתִּים & ceſſare faciam eos, Ezech. 34. v. 10. *Plur.* וְהִשְׁבִּיתוּ & ceſſare facient, amovebunt, removebunt, & *juxta Vulgat.* avertent, Joſ. 22. verſ. 25., וְהִשְׁבַּתֶּם אֹתָם propterea ceſſare, feriari facietis eos, Exod. 5. verſ. 5., וְהִשְׁבַּתְנוּ & ceſſare faciemus, *ſive* faciamus: *Partic.* מַשְׁבִּית auferens, Pſalm. 46. v. 10., Jerem. 16. v. 9. *Infin. cum præfix.* לְהַשְׁבִּית, Pſalm. 8. verſ. 3., & לַשְׁבִּית, Amoſ. 8. verſ. 4., ad ceſſare faciendum, ad abolendum: *Imperat. plural.* הַשְׁבִּיתוּ ceſſare facite, removete, Iſa. 30. verſ. 11. *Futur. cum* ה *paragog.* אַשְׁבִּיתָה מֵאֱנוֹשׁ זִכְרָם ceſſare faciam ex hominibus memoriam eorum, Deuter. 32. verſ. 26., תַשְׁבִּית ceſſare ſinas, *ſive* auferes, Levit. 2. verſ. 13., יַשְׁבִּית ceſſare faciet, abolevit, ceſſare facit, Prover. 18. verſ. 18., Dan. 9. v. 27., וַיַּשְׁבֵּת & ceſſare fecit, abolevit, abſtulit. 2. Reg. 23. v. 11.

שֶׁבֶת *m.* Ceſſatio, quies: שֶׁבֶת מֵרִיב ceſſatio à lite, Prover. 20. verſ. 3. *Alia vide ſupra in* יָשַׁב *pag.* 503. *Cum affix.* שִׁבְתּוֹ יִתֵּן ceſſationem ejus *ab opere*, *id eſt operis jacturam*, *quam* ceſſando *fecit*, dabit. *Vide ut ſupra in* יָשַׁב.

שַׁבָּת *com. Eſt proprie* ceſſatio, quies, ab opere *ſcilicet*, & labore: *LXX.*, *Aquila*, *Symmac.*, *Theod.*, *aliique Græci vocem hebræam ſervantes verterunt σάββατον*, *id eſt* ſabbatum, *ut etiam habet Vulg. In ſacris autem literis τὸ* שַׁבָּת *eſt* ſabbatum, *vel* dierum, *ſive* ſeptimus hebdomadis dies, ceſſationi *ab operibus deſtinatus*; & *per ſynecdochen tota*

heb-

שְׁכָבָה *fœm.* Cubatio, cubatus, ſtratum, *juxta Buxtorfium & alios. Multi tamen, & præcipue Kimchius, Lud. Capellus contendunt, τὸ* שְׁכָבָה *propriè ſignificare* fuſionem, effuſionem, diffuſionem. *Conſtr.* שִׁכְבַת הַטָּל cubatio, ſtratum roris, *id eſt*, ros ſtratus, *vel* effuſio roris, *& juxta Vulgat.* ros jacuit, Exod. 16. v. 13., זֶרַע *&* שִׁכְבַת־זֶרַע, Levit. 15. vv. 16. 17. *&c.* concubitus ſeminis, *per hypallagen pro* ſemen concubitus, *juxta Buxtorfium; Aliis vero eſt* effuſio ſeminis. *Vulgat. variè reddit; ſenſum tamen optimè exprimit.*

שְׁכֹבֶת *fœm.* Cubatio, cubatus, concubitus, *ſive juxta quosdam* effuſio : *Cum affix.* לֹא־תִתֵּן שְׁכָבְתְּךָ לְזָרַע, Levit. 18. verſ. 20., non dabis concubitum tuum in ſemine : יִתֵּן שְׁכָבְתּוֹ dabit concubitum ſuum, *id eſt* coibit, *ſive* coierit, Levit. 20. v. 15.

מִשְׁכָּב *maſc. Eſt* : I. Cubatus, decubitus : II. Concubitus : III. Locus, ubi cubatur, *id eſt* lectus, cubile, ſtratum *ita*, 2. Sam. 17. v. 28., Job. 33. v. 15., Ezech. 32. v. 25. *Cum præfix.* הַמִּשְׁכָּב ſtratum, lectus, Levit. 15. vv. 4. 23. 24., 1. Reg. 1. v. 47. בַּמִּשְׁכָּב in lecto, 2. Paral. 16. v. 14. לְמִשְׁכָּב in lectum, Exod. 21. v. 18. *Conſtr.* מִשְׁכַּב concubitus, Num. 31. vv. 18. 35., Jud. 21. v. 11. *Sed* שֹׁכֵב אֶת־מִשְׁכַּב הַצָּהֳרָיִם, 2. Sam. 4. v. 5., cubans, *ſive* dormiens in lecto meridiei, *ſive* quieſcens dormitione meridiana, *vel* cubatu meridiano, *id eſt* ſomnum meridianum capiebat. *Cum præfix.* כְּמִשְׁכַּב ſicut ſtratum, *ſive* cubile, Levit. 15. v. 26. לְמִשְׁכַּב concubitu, Num. 31. v. 17. *Cum affix.* מִשְׁכָּבִי lectus meus, *ſive* cubile, ſtratum meum, Job. 7. v. 13., Proverb. 7. v. 17., וּבַחֲדַר מִשְׁכָּבְךָ & in conclave lecti tui, Exod. 7. verſ. 28. *&* in pauſa בַּחֲדַר מִשְׁכָּבֶךָ in conclavi lecti tui, 2. Reg. 6. v. 12. *Fœm.* מִשְׁכָּבֵךְ cubile tuum, Iſa. 57. v. 7., עַל־מִשְׁכְּבֵכֶם ſuper *ſive* in cubili veſtro, Pſalm. 4. v. 5. בַּחֲדַר מִשְׁכָּבוֹ in conclavi cubilis ſui, 2. Sam. 4. v. 7., לִשְׁכַּב בְּמִשְׁכָּבוֹ ut cubaret, dormiret in ſtrato ſuo, 2. Sam. 11. verſ. 13.,

בְּמִשְׁכָּבָה

בְּמִשְׁכָּבָהּ (tangens) lectum, cubile ejus, Levit. 15. v. 21., מִשְׁכְּבָם ſtratum eorum, Iſa. 57. v. 8. *Plur. conſtr.* מִשְׁכְּבֵי אָבִיךָ cubilia patris tui, Geneſ. 49. verſ. 4. *Plural. fœm. cum affix.* מִשְׁכְּבוֹתָם cubilia ſua, Pſalm. 149. v. 5., Iſa. 57. verſ. 2.

מִשְׁכַּב *maſc. Chald.* lectus, cubile: *Cum affix.* עַל־מִשְׁכְּבִי ſuper, *vel* in ſtrato meo, Dan. 4. v. 2., עַל־מִשְׁכְּבָךְ in cubili tuo, Dan. 2. v. 28., עַל־מִשְׁכְּבֵהּ in cubili ſuo, Dan. 7. verſ. 1.

שָׂכָה *Radix Hebræis inuſitata: Syr. autem eſt*, oberravit, vagatus eſt: *Inde quidam derivant Particip.* מְשֻׂכִּים *apud* Jerem. 5. verſ. 8. *Sed hoc ipſum vide infra in radice* שָׁכַם: *Ubi etiam vide* הִשְׁכִּים, *& reliqua ejuſdem formæ. Vide, quod mox ſequitur,* שָׂכָה, *cum puncto ſcilicet à latere ſiniſtro ſupra* ש.

שָׂכָה Aſpexit, proſpexit, perſpexit: *Et ad animum relatum* imaginatus, ſpeculatus, contemplatus eſt, cogitavit. *Verbum hoc non Hebraicum, ſed Chaldaicum eſt. Nam pro Hebræo* הִשְׁקִיף proſpexit, *Chaldaicè dicitur in Hithpeal* אִסְתַּכֵּי reſpexit, *per* Samech. *Præter.* וְשַׂכְתִּי *vide ſupra in* סָכַךְ *pag.* 859. *Item* שַׂךְ *vide in* סַךְ *pag.* 860. *Ex* שָׂכָה *ſunt nomina, quæ ſequuntur, videl.*

שְׂכִיָּה *fœm.* Imago, effigies, figura, pictura: *Plurale*, וְעַל כָּל־שְׂכִיּוֹת הַחֶמְדָּה, Iſa. 2. v. 16., & ſuper omnes imagines, *ſive* ſpecies, formas deſiderii, *id eſt* deſideratiſſimas, *ita cum Buxtorfio reddunt non pauci: Vulgat. habet*, & ſuper omne, quod viſu pulchrum eſt.

שָׂכְיָה Sachjáh, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 8. v. 10.

שֶׂכְוִי *maſc.* Intellectus, mens, *quaſi* imaginatrix, *&* figuratrix *dicta, quòd omnia* provideat, *&* cognoſcat: מִי נָתַן לַשֶּׂכְוִי בִינָה quis dedit menti intelligentiam? Job. 38. v. 36. *Chaldæus reddit* לְלִבָּא cordi, animo, *& ſic Aben Eſra. Sed Vulgatus Latinus habet*, quis dedit gallo intelligentiam? *Ea interpretatio ex priſcis Hebræis petita eſt, apud quos legitur*: R. Scimeon filius Lakis dixit: Cum peregrinarer in Africa audivi, quod כַּלָּה ſponſam appellarent נִנְפִּי nimpham, *&* תַּרְנְגוֹל gallum gallinaceum, שֶׂכְוִי. Unde hoc? inde quod apud Jobum dicitur: Quis indidit

indidit. בַּטֻּחוֹת præcordiis ſapientiam ? Quis dedit לַשֶּׂכְוִי (*id eſt*, לְתַרְנְגוֹל gallo gallinaceo) intelligentiam ? Cod. Roſc haſcana, cap. 3. fol. 26. *Horum meminerunt R. Salomon, & Ramban, id eſt, R. Moſce ben Nachman Hinc etiam Judæi in precibus matutinis quotidiè precantur* Benedictus ſit Dominus Deus noſter, rex hujus mundi אשר נתן לשכוי בינה qui dedit gallo gallinaceo intelligentiam: *nempe, quia cantu ſuo eſt* præco diei, *& homines ad operas excitat, ideo non tantum manè, quando ſurrexerunt, ſed etiam ad* gallicinia *hanc preculam dicere debent*. *Præterea in* Bereſcit rabba, *ſectione* 25. *legitur*: בערביא צווחין לתרנגולא סכויא in Arabia vocant gallum סכויא: *Hactenus Buxtorfius*. *Hanc interpretationem contra Bocbartum defendit Sabbertus in* opere Poſthum. *pag*. 18 19., *ut admonet Joa. Simon in Lex*.

מַשְׂכִּית *fœm.* Speculatio, aſpectus: *Sed metonymicè* ſpeculationis objectum, *id eſt* ſpecies, effigies, imago, forma, figura: *Item metaphoricè, atque ad animum relatum*, imaginatio, cogitatio: וְאֶבֶן מַשְׂכִּית לֹא תִתְּנוּ, Levit. 26. v. 1. & lapidem effigiei, *id eſt* figuratum, *ſive juxta Vulgat.* inſignem, inſignitum, *ſeu* ſpectabilem non ponetis: *Cum affix.* בְּחַדְרֵי מַשְׂכִּיתוֹ, Ezech. 8. v. 12., in conclavibus picturæ ſuæ, *id eſt* egregiè pictis; *Vulg. reddit*, in abſcondito cubiculi ſui: בְּמַשְׂכִּתוֹ, Proverb. 18. v. 11., in imaginatione, *vel* cogitatione ejus: *Plur.* מַשְׂכִּיּוֹת לֵבָב imaginationes, *ſive* cogitationes, affectiones cordis, Pſalm. 73. verſ. 7., בְּמַשְׂכִּיּוֹת כָּסֶף, Proverb. 25. verſ. 11. cum figuris argenteis, *id eſt* argenteis: *Vulgat. vertit*, in lectis argenteis: *Cum affix.* מַשְׂכִּיֹּתָם effigies ipſorum, Num. 33. verſ. 52.

שָׁכַח Oblitus eſt: *Conſtruitur abſolute, & cum Accuſativo Præter. cum præfix.* הֲשָׁכַח an oblitus eſt, *& juxta Vulgat.* aut obliviſcetur? Pſalm. 77. v. 10., וְשָׁכַח & obliviſcatur, Gen. 27. v. 45. *item cum affix.* שְׁכֵחָנִי oblitus eſt mei, Iſa. 49. v. 14. *Fœm.* וְאֹתִי שָׁכְחָה & mei obliviſcetur, Hoſe. 2. v. 15. *& in pauſa* שָׁכֵחָה oblita eſt, Proverb. 2. v. 17. וְשָׁכַחְתָּ & obliviſcaris, Deut. 8. v. 14., שָׁכַחַתְּ oblita es, Iſa. 17. verſ. 10. *& cum affix.* שְׁכַחְתָּנִי oblitus es mei,

mei, Pſalm. 42. v. 10., שְׁכַחְתִּי, Pſalm. 102. v. 5. *& in pauſa* שָׁכָחְתִּי, Pſalm. 119. v. 83., oblitus ſum : *Plural.* שָׁכְחוּ obliti ſunt, Pſalm. 106. v. 13. *& cum affix.* שְׁכֵחוּנִי, *item* שְׁכֵחֻנִי obliti ſunt mei, Jerem 2. v. 32., 18. v. 15. שְׁכֵחוּךְ obliti ſunt tui, Jerem. 30. v. 14., הֲשְׁכַחְתֶּם nunquid obliti eſtis, Jerem. 44. v. 9., שָׁכַחְנוּ obliti ſumus, Pſalm. 44. v. 21., שְׁכַחֲנוּךְ obliti ſumus tui, Pſalm. 44. v. 18. *Particip. plural. conſtr.* שֹׁכְחֵי obliviſcentes, *ſive* qui obliviſcimini, Pſalm. 50. v. 22. *Infinit.* שָׁכֹחַ obliviſcendo, Deuter. 8. v. 19. *Imper. fœm.* וְשִׁכְחִי & obliviſcere, Pſal. 45. v. 11. *Futur.* אֶשְׁכַּח obliviſcar, Pſalm. 119. v. 16., *& cum* ה *paragog.* אֶשְׁכְּחָה שִׂיחִי, Job. 9. v. 27., obliviſcar ſermonis mei ; *Vulg. optime ſenſum expreſſit, reddens*, nequaquam ita loquar : *Cum affix.* אִם־אֶשְׁכָּחֵךְ ſi oblitus fuero tui, Pſalm. 137. verſ. 5., תִּשְׁכַּח, Pſalm. 10. v. 12. *& in pauſa* תִּשְׁכָּח, Job. 11. v. 16. obliviſceris, obliviſcaris : וַתִּשְׁכַּח & oblitus es, Iſa. 51. v. 13. *item fœm.* וְאַל־תִּשְׁכְּחִי & nè obliviſcaris, Pſalm. 103. verſ. 2. *& in pauſa* תִּשְׁכָּחִי obliviſceris, Iſa. 54. v. 4. *& cum affix.* תִּשְׁכָּחֵנִי obliviſceris mei, Pſalm. 13. verſ 2., תִּשְׁכָּחֵנוּ obliviſceris noſtri, Thren. 5. v. 20., יִשְׁכַּח obliviſcetur, Deuter. 4. v. 31., וְיִשְׁכַּח & obliviſcatur, Proverb. 31. v. 5., וַיִּשְׁכַּח & oblitus eſt, Hoſe. 8. v. 14. *& cum affix.* יִשְׁכָּחֵהוּ obliviſcetur ejus, Job. 24. v. 20., וַיִּשְׁכָּחֵהוּ & oblitus eſt ejus, Gen. 40. v. 23. *Fœm.* תִּשְׁכַּח יְמִינִי, Pſalm. 137 v. 5., obliviſcatur dextera mea *muſices ſcilicet, ſive pulſationis ſuæ, ut habet Pagninus ; vel juxta alios* obliviſcatur ſui dextera mea, *id eſt fiat abalienata, atque emortua, potiùs quàm ut canam ; ſive, ut reddit Joa. Simon*, luxetur dextera mea, *q. d.* ſedis ſuæ obliviſcatur : *LXX. & Vulgat. vertunt*, oblivioni detur dextera mea ; *videntur legiſſe.* תִּשָּׁכַח *in paſſivo* : הֲתִשְׁכַּח num obliviſcetur? Iſa. 49. verſ. 15., וַתִּשְׁכַּח & oblita fuit, Job. 39. v. 15. *Plural.* פֶּן־תִּשְׁכְּחוּ ne obliviſcamini, Deuter. 4. v. 23. *& in pauſa* לֹא תִּשְׁכָּחוּ non obliviſcamini, [illegible]. Reg. 17. verſ 38., פֶּן־יִשְׁכְּחוּ nè obliviſcantur, Pſalm. 59. v. 12., וַיִּשְׁכְּחוּ & obliti ſunt, Pſal. 78. v. 11. *Fœm.* תִּשְׁכַּחְנָה obliviſcantur, Iſa. 49. verſ. 15. *Niph.* נִשְׁכַּח זִכְרָם oblivioni tradita eſt memoria eorum,

Eccleſ.

Eccleſ. 9. v. 5. *& in pauſa* נִשְׁכָּח oblivioni traditum eſt, Eccleſ. 2. v. 16., וְנִשְׁכַּח & oblivioni tradetur, *ſive* ut oblivioni tradatur, Gen. 41. v. 30, נִשְׁכַּחְתִּי oblivioni traditus ſum, Pſalm. 31. v. 13. *Plural.* נִשְׁכְּחוּ oblivioni traditæ ſunt (anguſtiæ), Iſa. 65. v. 16. *Particip. f.* נִשְׁכָּחָה oblivioni tradita, Iſa. 23. v. 16. *item alia forma* וְנִשְׁכַּחַת צֹר, Iſa. 23. v. 15., & oblivioni tradita Tzor, *id eſt* Tyrus; *Sed Vulg. aliiſque eſt Præter. cum* Vau *converſ. redditurque* & oblivioni tradetur Tyrus, *ſive* in oblivione eris, ò Tyre: *Plural. maſ.* הַנִּשְׁכָּחִים oblivioni traditi, Job. 28. v. 4. *Futur.* יִשָּׁכַח oblivioni tradetur, *ſive juxta Vulgat.* oblivio erit, Pſalm. 9. v. 19., תִּשָּׁכַח, Deuter. 31. v. 21. *item* תִּשָּׁכֵחַ, Jerem. 20. v. 11., oblivioni tradetur. *Pih. Præter.* שִׁכַּח יְהוָה, Thren. 2. v. 6., obliviſcitur Dominus, *vel* obliviſci, oblivioni tradi fecit, paſſus eſt oblivioni dari: *Hiph. Infinit.* לְהַשְׁכִּיחַ אֶת־עַמִּי שְׁמִי ad obliviſci faciendum populum meum nominis mei, Jerem. 23. v. 27. *Hithp. Futur. plural.* וְיִשְׁתַּכְּחוּ, *pro* וְיִתְשַׁכְּחוּ, Eccleſ. 8. v. 10. & oblivioni tradentur, *ſive* traduntur, *juxta Buxtorfium, alioſque; more Chaldæorum paſſivè uſurpatur forma reciproca: Sunt tamen, qui cum Ica. Simone reddunt,* oblivioni ſe tradunt: *LXX. verterunt,* καὶ ἐπηνέθησαν, *id eſt* & laudati ſunt: *Vulg. autem habet,* & laudabantur; *legerunt certè per* ב *pro* כ, *ita ſcilicet* וַיִּשְׁתַּבְּחוּ *à* שָׁבַח laudavit.

שָׁכֵחַ *maſc.* Obliviſcens, oblitus: *Plur.* הַשְּׁכֵחִים אֶת־הַר קָדְשִׁי obliviſcentes montis ſanctitatis meæ, Iſa. 65. v. 11. *Conſtr.* שֹׁכְחֵי אֱלֹהִים oblitæ Dei, Pſalm. v. 18.

שְׁכַח *Chald.* Invenit: *Ithpeh. Præter.* הִשְׁתְּכַח inventum eſt, Eſdr. 6. v. 2. *Fœm.* זָכוּ הִשְׁתְּכַחַת לִי puritas invenitur, *ſive* inventa eſt apud me, Dan. 6. v. 23., וְהִשְׁתְּכַחַתְּ חַסִּיר & inventus es deficiens, Dan. 5. v. 27. *Aphel Præter.* דִּי־הַשְׁכַּחַת, *irregulariter pro* הַשְׁכַּחַת, inveni, Dan. 2. v. 25. *Plural.* וְהַשְׁכַּחוּ & invenerunt, Eſdr. 4. v. 19., לָהֵן הַשְׁכַּחְנָא niſi inveniamus, Dan. 6. 6. *Infin.* לְהַשְׁכָּחָה invenire, Dan. 6. verſ. 5. *Futur.* וּתְהַשְׁכַּח & invenies, Eſdr. 4. v. 15. *Plural.* נְהַשְׁכַּח לְדָנִיֵּאל inveniemus contra Danielem, Dan. 6. v. 6.

שָׁכַךְ Poſitus fuit, *ſive* poſuit ſe, *id eſt* ſedatus eſt, quietus redditus eſt, deſedit, quievit: *Item* poſuit, tetendit laqueos, *vel* retia: *Hactenus Buxtorfius, aliique: Alio in ſenſu, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, ita ſcil.* שָׂכַךְ, *vide infra*: *Præter. fœm.* וַחֲמַת הַמֶּלֶךְ שָׁכָכָה & ira regis ſedata eſt, Eſth. 7. v 10. *Infinit.* כְּשֹׁךְ quum ſedata eſſet, Eſth. 2. v. 1., יָשׁוּר כְּשַׁךְ יְקוּשִׁים, Jerem. 5. v. 26. contemplabitur ſecundum ponere aucupes, *ſive* ut tendentes aucupes, *ita Buxtorfius: Sed alii vertunt*, ſpeculatur, ut deſident, *ſive* quieſcunt aucupes, *in campo ſcil. inſidiantes avibus*; *Vulgat. habet*, inſidiantes *impii* quaſi aucupes: *Futur. plural.* וַיָּשֹׁכּוּ הַמָּיִם & deſederunt, *ſive* quieverunt, ſedatæ, *&* *juxta Vulg.* imminutæ ſunt aquæ, Gen. 8. v. 1. *Hiph. Præter.* וַהֲשִׁכֹּתִי מֵעָלַי תְּלֻנּוֹת, Num. 17. v. 20., & ſeponam, *ſive* faciam, ut quieſcant, ut reſideant, *atque deſiſtant* à me murmurationes; *Vulg. habet*, & cohibebo à me querimonias.

שֶׁכָּכָה *Dictio compoſita ex relativo* אֲשֶׁר, *&* כָּכָה, *quam vide ſupra pag.* 545.

שָׂכַךְ Texit, obtexit, operuit, *&c. Sed, quæ ad hanc radicem pertinent, ut quidam arbitrantur, vide ſupra in* סָכַךְ *pag.* 859. *&* 860. *Sed futur. cum affix.* תְּשֹׂכְכֵנִי *vide ſupra in* שׂוּךְ *pag.* 1574.

שָׁכַל Orbatus fuit, privatus eſt ſobole, *&* foetu; *hinc* abortit, abortavit: *metaphoricè etiam aptatur* terræ, *atque* arboribus: *Alio in ſenſu, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, ita ſcilicet* שָׂכַל *vide infra*: *Præter.* כַּאֲשֶׁר שָׁכֹלְתִּי שָׁכָלְתִּי quum orbatus fuero, orbatus fuero, *id eſt ut exponit R. Salom.* quemadmodum orbatus ſum *Joſeph, & Simehon*, orbatus ſum *etiam Benjamin, ſive, ut notat Aben Ezra*, quum mortuus ſit Joſeph, arbitror, me omnibus orbatum, *Vulgat. vero reddit*, ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero, Gen. 43. v. 14. *ubi duplex forma Præteriti, ex* Cholem, *&* Pathach, *pro quo in poſteriore eſt* Kametz *propter pauſam*: *Particip. Pahul* שָׁכוּל orbatus: *Aliud, ſed cum* Pathach, *vide inter nomina*: *Fœm.* שְׁכוּלָה orbata, *ſive juxta Vulgat.* ſterilis, Iſa. 49. v. 21. *Aliud vide inter nomina in* שַׁכּוּל: *Futur.* לָמָה אֶשְׁכַּל גַּם־שְׁנֵיכֶם,

Gen. 27. v. 45. , quare orbabor etiam utroque veſtrum? *Quidam cum LXX. vertunt* , nè fortè orba filiis fiam ex ambobus vobis : *Sed* אֶשְׁכּוֹל , *item* אֶשְׁכֹּל *eſt nomen* , *quod vide infra ſuo proprio loco cum præfix. & affixis* : כֵּן־תִּשְׁכַּל מִנָּשִׁים אִמֶּךָ , 1. Sam. 15. v. 33. , ſic orbabitur , *ſive* orbetur præ mulieribus mater tua , *id eſt ut habet Vulgat.* ſic abſque liberis erit inter mulieres mater tua . *Pih.* שִׁכֵּל orbavit : *& intranſitive* abortit , abortavit : *Præter. fœm.* שִׁכְּלָה נָשִׁים חַרְבֶּךָ , 1. Sam. 15. v. 33. , orbavit , *id eſt* , fecit abſque liberis mulieres gladius tuus : וְשִׁכְּלָה אֶתְכֶם & orbabit vos , *ſive juxta Vulgat.* conſumant vos , Levit. 26. v. 22. *item cum affix.* וְשִׁכְּלַתָּה , Ezech. 14. v. 15. , & orbabit , *ſive* , *juxta alios* , *&* orbaverit , *vel* vaſtaverit eam ; *Vulgat. mutata perſona* , *vertit* , ut vaſtem eam : שִׁכַּלְתִּי orbavi , *& juxta Vulgat.* interſeci , Jerem. 15. v. 7. *item cum affix.* וְשִׁכַּלְתִּים & orbabo , *id eſt* abſque liberis faciam eos , Hoſe. 9. v. 12. *Plural. in pauſa* וְעִזֶּיךָ לֹא שִׁכֵּלוּ , Gen. 31. v. 38. , & capræ tuæ non abortiverunt , *q. d.* non orbatæ ſunt fœtibus , *ſive ut habet Vulgat.* ſteriles non fuerunt : *Sed cum affix.* וְשִׁכְּלֻךְ & orbabunt te , Ezech. 5. v. 17. *ubi Vulgat. vertit* uſque ad internecionem : אֹתִי שִׁכַּלְתֶּם me orbaſtis , *id eſt* abſque liberis feciſtis , Gen. 42. verſ. 36. *Particip. f.* מְשַׁכֵּלָה abortiens , *& juxta Vulgat.* inſœcunda , Exod. 23. v. 26. , *&* וּמְשַׁכֶּלֶת גּוֹיֵךְ הָיִית , Ezech. 36. verſ. 13. , & orbans populos tuos fuiſti ; *Vulgat. vertit* , & ſuffocans gentem tuam : *item in pauſa* מְשַׁכָּלֶת orbans , *vel* abortum faciens , *& juxta Vulg.* ſterilis , 2. Reg. 2. v. 19. *Infin. cum præfix. & affix.* לְשַׁכְּלָם orbare eos , *id eſt Vulgat. Interprete* , ut abſque eis ſis , Ezech. 36. v. 12. *Futur. f.* תְּשַׁכְּלִי *juxta Maſſor. ſed ſcriptum legitur* , תְּכַשְּׁלִי , Ezech. 36. verſ. 14. , orbabis , *& juxta Vulgat.* necabis : תְּשַׁכֶּל־חֶרֶב orbabit , vaſtabit gladius , Deut. 32. v. 25. , וְלֹא תְשַׁכֵּל & non abortiet , abortit , *id eſt ut habet Vulgat.* & non eſt privata fœtu ſuo , Job. 21. v. 10. *& ita* , *ſed metaphoricè* , Malach. 3. v. 11. *Hiph. Particip.* כְּגִבּוֹר מַשְׁכִּיל , כְּצָיו , Jerem. 50. v. 9. ſagittæ ejus ſicut potentis orbantis , *& juxta Vulgat.* quaſi viri fortis interfectoris ; fortis *enim* orbat , *dum* interficit :

Sed

Sed תֵּן־לָהֶם רֶחֶם מַשְׁכִּיל, Hoſe. 9. v. 14. da eis vulvam abortientem, *vel* uterum orbantem, *id eſt ut liberi moriantur in utero* : *LXX. & Vulgat. habent*, da eis vulvam ſine liberis.

שַׁכּוּל *maſc.* Orbatus, 2. Sam. 17. v. 8. *Fœm.* וְשַׁכֻּלָה & orba, *id eſt ut exponit Vulgat.* ſterilis, Cantic. 4. v. 2. *Sed cum aſſix.* שֶׁכֻּלָּם, Cantic. 4. v. 2., 6. v. 6. *eſt dictio compoſita ex* אֲשֶׁר qui, quæ, quod, *& ex* כֹּל omnis; *atque latine ſonat*, quæ omnes illæ : *Plur.* נְשֵׁיהֶם שַׁכֻּלוֹת uxores ipſorum orbæ, *id eſt* abſque liberis, Jerem. 18. v. 21.

שִׁכּוּל *maſc.* Orbitas, orbatio, *& juxta Vulgat. alioſque* ſterilitas : *Plural. cum aſſix.* בְּנֵי שִׁכֻּלָיִךְ, Iſa. 49. v. 20. filii orbitatum, *ſive* orbationum tuarum; *à Vulgat. redditur*, filii ſterilitatis tuæ.

שְׁכוֹל *maſc.* Orbitas, *& juxta Vulgat.* ſterilitas, Pſalm. 35. v. 12., Iſa. 47. vv. 8. 9.

אֶשְׁכּוֹל, *&* אֶשְׁכֹּל *maſc.* Botrus, racemus, bacca, Num. 13. vv. 23. 24. *&c. Aliud vide ſupra in littera* א *pag.* 70. *Cum præfix.* הָאֶשְׁכּוֹל botrus, Num. 13. v. 24., בְּאֶשְׁכּוֹל in botro, Iſa. 65. verſ. 8. *Plural. cum* Pathach *ab initio*, *tamquam à ſing.* אַשְׁכֹּל, אַשְׁכְּלֹת botri, Deuter. 32. verſ. 32., כְּאַשְׁכְּלוֹת הַגֶּפֶן ſicut botri vineæ, Cant. 7. v. 9., לְאַשְׁכֹּלוֹת botri, Cantic. 7. v. 8. *Cum aſſix.* הִבְשִׁילוּ אַשְׁכְּלֹתֶיהָ, Gen. 40. v. 10., matureſcant botri, *ſive* racemi ejus; *Vulgat. vertit*, uvas matureſcere.

שָׂכַל Secundari, proſperari, *juxta Buxtorfium* : *At aliis videtur, proprie ſignificare*, intellexit, proſpexit, aſpexit, prudenter egit, ſe geſſit, *ita* 1. Sam. 18. verſ 30. *Pih.* שִׂכֵּל intelligere fecit, intelligenter egit : שִׂכֵּל אֶת־יָדָיו intelligere fecit manus ſuas, *id eſt*, ſciens, ſcite, conſultò, & de induſtria manus ſuas direxit, Gen. 48. v. 14., *ubi Vulgat. habet*, commutans manus. *Hiph.* הִשְׂכִּיל intellexit, intelligentiam habuit, adhibuit, *vel* conſecutus eſt, intelligentia imbutus, intelligens factus fuit; animadvertit, attendit, animum advertit : *Et activè*, intelligentia imbuit, erudiit, inſtruxit, informavit : *Item*, ſecundatus, proſperatus fuit : *Et activè*, ſecundavit : *Hactenus Buxtorfius* : *Præter.* הִשְׂכִּיל inſtruxit me, *ſive* intelli-

gere fecit me, 1. Paralip. 28. v. 19., וְהִשְׂכִּיל & intelligentiam babebit, ſive intelligens, ſapiens erit, Jerem. 23. v. 5., מִכָּל־מְלַמְּדַי הִשְׂכַּלְתִּי præ omnibus docentibus me intellexi, Pſalm. 119. v. 99. *Plural.* הִשְׂכִּילוּ intellexerunt, Pſalm. 64. v. 10., Job. 34. v. 27. *Partic.* מַשְׂכִּיל prudenter agens, 1. Sam. 18. verſ. 14., *item* intelligens, Pſalm. 14. v. 2. *Sed τὸ* מַשְׂכִּיל *eſt etiam multorum* Pſalmorum *titulus*, *ſubintellecto* מִזְמוֹר, *q. d.* Pſalmus erudiens, *&* didaſcalicus, *ut* Pſalm. 32. v. 1., 44. v. 1. *&c. Plural.* וּמַשְׂכִּלִים & eruditi, *ſive* intelligentes, Dan. 1. verſ. 4., וּמִן־הַמַּשְׂכִּילִים & de intelligentibus, *ſive* eruditis, Dan. 11. v. 35., *Conſtr.* וּמַשְׂכִּילֵי עָם & intelligentes facientes, informantes, *id eſt* doctores populi, *ſive* & docti in populo, Dan. 11. v. 33. *Fœm.* אִשָּׁה מַשְׂכָּלֶת uxor intelligens, *ſive* prudens, Proverb. 19. v. 14., *Infinit.* הַשְׂכֵּל intelligere, Jerem. 9. v. 23. *&* *nominaliter* intelligentia, prudentia, doctrina, Prov. 1. v. 3., 21. v. 16., וְהַשְׂכִּיל, Jerem. 9. v. 15. *item* וְהַשְׂכֵּל, Dan. 1. v. 17. intelligentia, doctrina: בְּהַשְׂכִּיל cum intelligentia, Job. 34. v. 35., וּבְהַשְׂכִּיל לְחָכָם, Proverb. 21. v. 11., & in attendendo ſapienti; *Vulgat. vertit*, & ſi ſectetur ſapientem: וְנֶחְמָד הָעֵץ לְהַשְׂכִּיל, Gen. 3. v. 6., & deſiderabilis arbor ad dandum intellectum, *ſive juxta alios* & expetibilis arbor ad prudentiam conferendam: *Sed Syr.*, *Græci*, *aliique ad externum referunt aſpectum*; *& Vulg. vertit*, aſpectuque delectabile (*lignum*): וּלְהַשְׂכִּיל אֶל־דִּבְרֵי הַתּוֹרָה & ut attenderent, *ſive* ut intelligerent verba legis, Nehem. 8. v. 13. מֵהַשְׂכִּיל לִבֹּתָם ne intelligant corda eorum, *ſive juxta Vulgat.* corde ſuo, Iſa. 44. v. 18. *Cum affix.* לְהַשְׂכִּילְךָ בִינָה, Dan. 9. v. 22., ad informandum te intelligentia, *ſive* ut faciam te diſtincte intelligere; *Vulgat. habet*, ut docerem te, & intelligeres: לְהַשְׂכִּילָם ad imbuendos eos intelligentia, *ſive* ad erudiendos eos, Nehem. 9. v. 20. *Imperat. plur.* הַשְׂכִּילוּ intelligite, Pſalm. 2. v. 10. *Futur. cum* ה *paragog.* אַשְׂכִּילָה intelligam, attendam, Pſalm. 101. verſ. 2. *& cum affix.* אַשְׂכִּילְךָ erudiam te, Pſalm. 32. v. 8., תַּשְׂכִּיל proſperaberis, *ſive* prudenter ages, *vel* agas, *& juxta Vulgat.* intelligas, intelliges, Joſ. 1. vv. 7. 8., 1. Reg. 2. verſ. 3.,

וְהַשְׂכֵּל

וְהַשְׂכֵּל & animadvertes, animadvertas, Dan. 9. v. 25., יַשְׂכִּיל prudenter agebat, 1. Sam. 18. v. 5., prudenter aget, intelliget, Iſa. 52. v. 13. *item* erudiet, prudens, intelligens reddet, informabit (os ejus), Prov. 16. v. 23., *item* intelligens, prudens erit, *ſive* prudenter intelligit, Prov. 17. v. 8. *Plur.* תַּשְׂכִּילוּ intelligatis, intelligentes ſitis, & *juxta quoſdam* prudenter agatis, Deut. 29. v. 8., *item* intelligetis, & *juxta Vulg.* ſapite, Pſalm. 94. v. 8., יַשְׂכִּילוּ intelligerent, Deuter. 32. v. 29., (&) intelligant, Iſa. 41. verſ. 20.

שׂכל *Chald. Inde Ithpaal partic.* מִשְׂתַּכַּל (*pro* מִתְשַׂכַּל) animadvertens, conſiderans, apud ſe attendens, Dan. 7. verſ. 8.

שֶׂכֶל, & שֵׂכֶל *maſc.* Intellectus, intelligentia, prudentia: *Item juxta Buxtorſium* ſecundatio, ſucceſſus: טוֹבַת־שֶׂכֶל præſtans prudentia, *id eſt ut habet Vulgat.* prudentiſſima, 1. Sam. 25. verſ. 3., שֵׂכֶל טוֹב intellectus bonus, Pſalm. 111. v. 10. *ubi Buxtorſius habet*, ſucceſſus optimus, ſecundatio bona: *Cum præfix.* יוֹעֵץ בְּשֶׂכֶל conſiliarius cum intellectu, *id eſt vir* prudentiſſimus, eruditus, 1. Paral. 26. v. 14., וְשֵׂכֶל טוֹב & intellectus bonus, *ſive* intelligentia, & *juxta Vulgat.* diſciplina bona, Prov. 3. v. 4., לְשֵׂכֶל intelligentiam, doctrinam, Proverb. 23. v. 9. & *in pauſa* מִשֶּׂכֶל ab intellectu, à diſciplina, Job. 17. verſ. 4. *Cum affix.* לְפִי שִׂכְלוֹ pro ratione intellectus ſui, Proverb. 12. v. 8., וְעַל־שִׂכְלוֹ & pro intellectu ſuo, *ſive* pro intelligentia ſua, *vel* juxta ingenium ſuum, ſecundum voluntatem ſuam, Dan. 8. v. 25.

הַשְׂכֵּל *maſc.* Intelligentia, &c. *vide in ipſo verbo* שׂכל *in Infinit. Conjugat. Hiph.*

הַשְׂכִּיל *maſc.* Intelligentia, &c. *vide ut ſupra cum præfix.*, & *affix. in verbo ſcil.* שׂכל.

שִׂכְלוּת *fœm.* Prudentia, *juxta quoſdam*: *Vide* סכל *pag.* 862.

שָׂכְלְתָנוּ *fœm. Chald.* Intelligentia, Dan. 5. v. 11. *per Apocopam litteræ* ת *Chaldæis frequentem*:

שַׁכְלֵל *Chald. in Pahel*, perfecit, abſolvit: *Eſt ab Hebræo* כָּלַל *per Proſtheſin literæ* ש, *Chaldæis frequentem. Præter. cum affix* וְשַׁכְלְלֵהּ & perfecit, *ſive juxta Vulgat.* & extruxerat eam, Eſdr. 5. v. 11. *Plural.* וְשׁוּרַיָּא שַׁכְלִלוּ *ita legendum juxta Maſſorethas, at ſcriptum occurrit in* Aphel, *videlicet* וְשׁוּרַיָּ אַשְׁכְלִלוּ, Eſdr. 4. v. 12. & muros perficiunt, *ſive* perfecerunt; *Vulgat. habet* extruentes: *Infinit.* לְשַׁכְלָלָה, Eſdr. 5. v. 3. 9. ad perficiendum. *Ithpahal Futur. plural.* יִשְׁתַּכְלְלוּן (*pro* יִתְשַׁכְלְלוּן) perficientur, perficiantur, Eſdr. 4. v. 13.

שָׁכַם *Radix in Kal inuſitata. Hiph.* הִשְׁכִּים matutinare, diluculare, *id eſt*, mane, matutino tempore, maturè, diluculo paratum, *aut* expeditum eſſe, parare, *vel* expedire ſe. *Quandoque additur ipſi vocabulum* בֹּקֶר manè; *quandoque etiam* קוּם ſurgere: *Unde ſignificat propriè* ſurgere, *vel etiam* manè ſurgere: *Hactenus Buxtorfius: Sed LXX. τό* הִשְׁכִּים *eſt ἀνίσημι* ſurgo; ἐγείρω excito; ὀρθρίζω matutino, manè ſurgo, *quem in ſenſum acceperunt etiam Aquila, & Symmachus. Præter.* וְהִשְׁכִּים & manè ſurgebat, 2. Sam. 15. verſ. 2., וְהִשְׁכִּים בַּבֹּקֶר & ſurgens manè, Job. 1. verſ. 5. *Plural.* הִשְׁכִּימוּ manè ſurrexerunt, Sophon. 3. v. 7., וְהִשְׁכַּמְתֶּם & manè ſurgetis, Gen. 19. v. 2. *Particip.* וְכַטַּל מַשְׁכִּים, Hoſe. 6. v. 4., 13. v. 3., ſicut ros matutinans, *id eſt* manè cadens, *ſive* matutinus: *Sed illud* Jerem. 5. v. 8. מַשְׁכִּים *variè redditur: Quidam enim volunt eſſe plural. ſed per ſyncopen, pro* מַשְׁכִּימִים; *atque interpretantur* manè ſurgentes: *Alii arbitrantur, ſingulare quidem eſſe, ſed literam* כ *ſubintelligendam eſſe; atque vertunt*, ſicut manè ſurgens; *vel, ut habet Bochartus*, cum manè ſurgit: *Sed ut poſt Hieronymum ſcribit idem Bochartus, LXX. Aquila, Symmachus, Theodotion pro* משכים *habent ἕλκοντες* trahentes; *quia pro* בְּשְׁכִּים *legerunt* מְשְׁכִים trahentes, *id eſt* refractarii (*equi*), *qui ſcilicet obnituntur fræno. Phraſis eſt Arabum, addit ille, quibus* giarara *eſt* trahere, *&* pharas giarur equus refractarius: *Vulgat. vertit*, (equi amatores), & emiſſarii, *qui quidem apud S. Hieronymum iidem ſunt, qui* admiſſarii *apud Plinium, Varronem, &c. ut eſt Guarino in Grammatica Hebr. animadverſum:*

inadverſum : *Tandem Joa. Simon mavult*, *dictionem hanc de-derivandam à* שכה oberravit, vagatus eſt : *Unde particip. plural.* מַשְׁכִּים vagantes (equi), *quod*, *inquit ille*, *benè quadrat tum in* equos indomitos, *tum in* homines libidine æſtuantes : *Plural. conſtr.* מַשְׁכִּימֵי קוּם diluculantes ſurgere, *id eſt*, ſummo diluculo ſurgentes, Pſalm. 127. verſ. 2. *Infinit.* הַשְׁכֵּם, 1. Sam. 17. v. 16., *& cum* Jod, הַשְׁכִּים, Proverb. 17. v. 14. *& ſemel cum* א *loco* ה *ex forma Chald.* אַשְׁכֵּם, Jerem. 25. verſ. 3., manè ſurgere, *ſive* ſurgendo : *Imperat.* הַשְׁכֵּם, Exod. 8. verſ. 16., 1. Sam. 29. verſ. 10., maturè, manè ſurge : *Futur.* אַשְׁכֵּם *vide ſupra in Infinit.* תַּשְׁכִּים manè ſurges, ſurgas, Jud. 9. v. 33. *Sed* יַשְׁכֵּם *eſt dictio compoſita*, *quam vide ſupra in* יֵשׁ *pag.* 505., וַיַּשְׁכֵּם & manè ſurrexit, Gen. 19. v. 27. *Plural. cum* ה *paragog.* נַשְׁכִּימָה manè ſurgemus, *ſive* ſurgamus, Cant. 7. v. 13., וַיַּשְׁכִּימוּ & manè ſurrexerunt, Gen. 26. v. 31.

שְׁכֶם *maſc. Eſt* : I. Humerus, *vel potius*, *juxta Joa. Simonem*, *utriuſque* humeri poſterior compages : *item* dorſum, *cujus etymologia à quonam ſit derivanda*, *maxima eſt inter Interpretes ſententiarum diſcrepantia* : עַל־שְׁכֶם ſuper humerum, Gen. 9. v. 23., לְעָבְדוֹ שְׁכֶם אֶחָד ad ſerviendum, *ſive* ut ſerviant ei humero uno, *id eſt* portent ejus jugum unanimi conſenſu, Soph. 3, v. 9. *Et cum duplici* Sægol, תְּשִׁיתֵמוֹ שֶׁכֶם pones eos humerum, *ſive* dorſum, *id eſt* terga dare coges, *ſive* efficies, ut *fugientes* dorſum obvertant, Pſalm. 21. v. 13., *ubi à Buxtorfio τὸ* שְׁכֶם *redditur* tumulus, agger : *Cum affix.* עַל־שִׁכְמִי ſuper humerum meum, Job. 31. v. 36., מֵעַל שִׁכְמֶךָ de humero tuo, Iſa. 10. v. 27., שִׁכְמוֹ humerus ejus, *vel* ſuus, Gen. 49. v. 15., Joſ. 4. v. 5., מִשִּׁכְמוֹ ab humero ſuo, 1. Sam. 9. v. 2., עַל־שִׁכְמָהּ ſuper humerum ejus, *ſive* humero, ſcapulæ ejus, Gen. 21. v. 14., *item* ſuper humerum ſuum, *vel* in humero ſuo, ſcapula ſua, Gen. 24. verſ. 15., כְּתֵפִי מִשִּׁכְמָה תִפּוֹל, Job. 31. v. 22., humerus meus à junctura, *ſive* à ſcapula ſua cadat, *vel contra* ſcapula mea ab humero ſuo decidat, *ita vertunt*, *qui arbitrantur*, *in litera* ה *deſiderari Mappik* ; *ſunt tamen*, *qui deducunt tamquam à* שִׁכְמָה

 Fæm.

fœm. atque vertunt, ſcapula mea, *ſive* humerus meus ab humero cadat: עַל־שִׁכְמָם, Exod. 12. v. 34., ſuper humerum ſuum: II. Pars, portio, *ut* נָתַתִּי לְךָ שְׁכֶם אַחַד, Gen. 48. v. 22., dedi, *ſive* do tibi partem unam: III. *Eſt* שְׁכֶם, *& cum duplici* Sægol שֶׁכֶם *nom. propr. virorum*, Gen. 33. v. 19., 34. v. 2., Num. 26. v. 31., 1. Paral. 7. v. 19. *item nom. propr. urbis*, *quæ à Vulgat.* Sichem *redditur*, Gen. 12. v. 6., Joſ. 20. v. 7., 1. Reg. 12. v. 25. *Hinc cum* ה *locali*, שְׁכֶמָה, Hoſe. 6. v. 9., Sichemam verſus, *vel* more Sichemitico, *exemplo Simeonis*, *& Ruben*, *ut notat Buxtorfius*; *Vulgat. vertit* de Sichem.

שִׁכְמִי Scichmi, *& juxta Vulgat.* Sechemita, *nom. gentilitium*, Jud. 9. v. 56.

שָׁכַן Habitavit, inhabitavit, degit, manſit, reſedit, commoratus eſt. *Conſtruitur abſolutè*, *cum Accuſat. & Præpoſit.* עִם, עַל, ב: *Alio in ſenſu*, *ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro*, *vide infra ſuo loco*: *Præter:* כִּי שָׁכַן עָלָיו הֶעָנָן quod maneret ſuper eo nubes, Exod. 40. v. 35., *ubi Vulg. reddit*, nube operiente omnia: *Et in pauſa* שָׁכֵן habitat, *vel* requieſcit, Deuter. 33. v. 12. *Fœm.* שָׁכְנָה habitaſſet, Pſalm. 94. v. 17., שָׁכַנְתָּ habitaſti, Pſal. 74. v. 2. *fœm.* שֹׁכַנְתִּי *vide infra in Particip.*, וְשָׁכַנְתְּ & habitabis, Mich. 4. v. 10., שָׁכַנְתִּי habito, Proverb. 8. v. 12., וְשָׁכַנְתִּי & habitabo, Exod. 25. v. 8. *Plural.* שָׁכְנוּ habitant, Pſalm. 68. v. 7., וְשָׁכְנוּ & habitabunt, Iſa. 13. v. 21. *Particip.* שֹׁכֵן habitans, Gen. 14. v. 13., *& cum* Jod *paragog.* וּרְצוֹן שֹׁכְנִי סְנֶה, Deuter. 33. v. 16. voluntate, *ſive* favore, benevolentia inhabitantis rubum, *id eſt Dei*, qui mihi primùm apparuit in rubo: שֹׁכְנִי בְּחַגְוֵי habitans, *ſive* qui habitas in fiſſuris, Jerem. 49. v. 16., שֹׁכְנִי לְבָדָד habitans ſolus, *ſive* ſolitariè, Mich. 7. v. 14. *Et cum præfix.* הַשֹּׁכֵן habitans, qui habitat, Levit. 16. v. 16., Iſa. 8. v. 18. *Plural.* הַשֹּׁכְנִים, Jerem. 25. v. 24. *& conſtr.* שֹׁכְנֵי, Iſa. 26. v. 19., habitantes, inhabitantes: *Cum affix.* וְשֹׁכְנֵיהֶם & inhabitantes eas, *ſive* & incolæ earum, *vel* & qui habitant cum eis, Job. 26. v. 5. *Fœm. cum* Jod *paragog.* שֹׁכַנְתִּי, *pro* שֹׁכֶנֶת, Jerem. 51. v. 13., quæ habitas: *Hæc vox*, *R. Davide interprete*, *eſt compoſita*

poſita ex שֹׁכֶנֶת *particip. fœm. & שָׁכַנְתְּ præter. fœm. & ratio compoſitionis eſt, addit ille, quaſi diceretur, ab initio* habitaſti, *& etiam adhuc, veniente ſuper te malo*, habitas. *Melius tamen legeretur in participio*, שֹׁכֶנֶת: *Partic. Pahul plural. conſtr.* דֶּרֶךְ הַשְּׁכוּנֵי via habitantium, *ſive* morantium, degentium, Jud. 8. v. 11. *Infinit. cum præfix.* וַיְהִי בִּשְׁכֹּן & fuit in habitando, *ſive* cum habitaret, Gen. 35. v. 22., לִשְׁכֹּן ad habitandum, Num. 9. v. 22. *& cum affix.* לְשָׁכְנִי ut manerem ego, Exod. 29. v. 46., לְשָׁכְנוֹ ad habitare eum, *vel* ut inſideat eum, *& juxta Vulgat.* habitet in eo, Deuter. 12. v. 5. *Imperat.* שְׁכֹן, Gen. 26. verſ. 2., Pſalm 37. v. 27. *item* ־שְׁכָן, Pſalm. 37. v. 3., habita, inhabita, quieſce: *Plural.* וְשִׁכְנוּ & habitate, Jerem. 48. v. 28. *Futur.* אֶשְׁכּוֹן, Iſa. 57. v. 15., Job. 29. v. 25. & ־אֶשְׁכָּן, Ezech. 43. v. 7., *& cum* ה *paragog. in pauſa*, אֶשְׁכֹּנָה, Pſalm. 55. v. 7., *&* אֶשְׁכְּנָה, Pſalm. 139. v. 9., habitabo, quieſcam, habito, habitabam, habitarem, ſederem: יִשְׁכֹּן habitabit, Gen. 16. v. 12., Num. 23. v. 9., requieſcet, Pſalm. 16. v. 9., insidebat, reſidebat, habitabat, Num. 9. v. 17., *&* יִשְׁכּוֹן reſidebat, morabatur, Jud. 5. v. 17., *item* ־יִשְׁכָּן habitat, inhabitat, Job. 38. v. 19., וַיִּשְׁכֹּן & habitavit, Exod. 24. v. 16., *Fœm.* תִּשְׁכּוֹן, Job. 18. verſ. 15. habitet, *&* תִּשְׁכֹּן, Job. 37. v. 8., commorabitur; *item* ־תִּשְׁכָּן reſideat, *& juxta Vulgat.* occupet, Job. 3. v. 5. *Plural.* יִשְׁכְּנוּ, Pſal. 69. v. 37., *&* יִשְׁכּוֹנוּ, Pſalm. 102. v. 29., habitabunt: וַיִּשְׁכְּנוּ & habitaverunt, Gen. 25. verſ. 18. *Plural. fœm.* תִּשְׁכֹּנָּה, *pro* תִּשְׁכֹּנְנָה habitabunt, Ezech. 17. v. 23. *Pih. præter.* שִׁכֵּן, Pſalm. 78. v. 60., inhabitandum dederat, collocaverat, *Ita Buxtorfius*; *Alii reddunt*, habitare, reſidere fecit; *At Vulgat. Pagninus, & multi cum ipſis vertunt*, (in quo, *ſive* ubi) habitavit: שִׁכַּנְתִּי feci ut habitaret, *& juxta Vulgat.* habitavit, Jerem. 7. verſ. 12., וַאֲשַׁכְּנָה אֶתְכֶם, Jerem. 7. v. 7., & habitare faciam vos, *ſive* collocabo vos; *Vulgat. habet*, habitabo vobiſcum; *Infinit.* לְשַׁכֵּן ad habitare faciendum, *ſive* ut habitare facerem, Num. 14. verſ. 30. *Futur. cum* ה *paragog.* וַאֲשַׁכְּנָה אֶתְכֶם & habitare faciam vos, *ſive juxta Vulgat.* & habitabo

tabo vobiſcum, Jerem. 7. v. 3. *Hiph. præter.* וְהִשְׁכַּנְתִּי עָלַיִךְ & faciam ut habitent ſuper te, Ezech. 32. v. 4. *Futur.* וְאַל־תַּשְׁכֵּן & nè habitare, *ſive* manere facias, Job. 11. verſ. 14., יַשְׁכֵּן collocet, *&* *juxta Vulgat.* deducat, Pſalm. 7. v. 6., וַיַּשְׁכֵּן & collocavit, Gen. 3. v. 24., & habitare fecit, Pſalm. 78. v. 55. *Plural.* וַיַּשְׁכִּינוּ & collocarunt, *ſive* reſidere fecerunt, Joſ. 18. v. 1.

שְׁכַן *Chald. ſignificat idem ac Hebraicum* שָׁכַן: *Futur. plural. fœm.* וּבְעַנְפּוֹהִי יִשְׁכְּנָן, Dan. 4. verſ. 18., & in ramis ejus habitabunt, *ſive*, *ut habet Vulgatus* commorantes. *Pahel præter.* דִּי־שַׁכִּן שְׁמֵהּ תַּמָּה, Eſdr. 6. verſ. 12., qui fecit habitare nomen ſuum illic, *vel* cujus nomen habitat illic.

שָׁכֵן *maſc. Eſt*: I. Habitans, inhabitans, habitator, incola, *ita*, *juxta quoſdam*, Iſa. 33. v. 24., Jerem. 6. v. 21. *quibus tamen in locis à Vulgat. redditur* vicinus: *Conſtr.* שְׁכַן שֹׁמְרוֹן habitator Scomeron, *ſive juxta Vulgat.* Samariæ: II. Vicinus, *dictus* שָׁכֵן, *quòd propè* habitet: טוֹב שָׁכֵן קָרוֹב מֵאָח רָחוֹק melior eſt vicinus propinquus, quam frater longinquus, Proverb. 27. v. 10. *Cum affix.* וּשְׁכֵנוֹ (& aſſumet) & vicinum ſuum, Exod. 12. v. 4. *Plural. cum affix.* עַל־כָּל־שְׁכֵנַי adverſum omnes vicinos meos, Jerem. 12. v. 14., וְלִשְׁכֵנַי & vicinis meis, Pſalm. 31. v. 12. לִשְׁכֵנֵינוּ vicinis noſtris, Pſalm. 44. v. 14., שְׁכֵנַיִךְ, vicini tui, Ezech. 16. v. 26., *&* *cum affixo Chald.* מֵאֵת כָּל־שְׁכֵנָיְכִי ab omnibus vicinis tuis, 2. Reg. 4. v. 3., *ubi Maſſora monet legendum* שְׁכֵנָיִךְ: שְׁכֵנָיו, Deut. 1. v. 7., *&* שְׁכֵנֶיהָ, Jerem. 50. v. 40., vicini, vicina ejus: *Fœm. cum præfix.* *&* *affix.* מִשְּׁכֶנְתָּהּ à vicina ſua, Exod. 3. v. 22. *Plural.* הַשְּׁכֵנוֹת vicinæ, Ruth 4. v. 17.

מִשְׁכָּן *maſc.* Habitatio, habitaculum, tabernaculum, Iſa. 22. v. 16. *Cum præfix.* הַמִּשְׁכָּן tabernaculum, Exod. 25. v. 9. *&c.* וּבְמִשְׁכָּן & in habitaculo, *ſive* tentorio, 2. Sam. 7. v. 6., לַמִּשְׁכָּן tabernaculo, Exod. 26. v. 15., וּמִמִּשְׁכָּן & de habitaculo, *ſive* tentorio, 1. Paralip. 17. v. 5. *Conſtr.* מִשְׁכַּן tabernaculum, Exod. 38. verſ. 21. סָבִיב לְמִשְׁכַּן הָעֵדֻת circa tabernaculum teſtimonii, Numer. 1. v. 53., מִמִּשְׁכַּן à tabernaculo, 2. Paral. 29. v. 6. *Cum affix.* וְנָתַתִּי מִשְׁכָּנִי

מִשְׁכָּנִי & ponam tabernaculum meum, Levit. 26. v. 11. לִפְנֵי מִשְׁכָּנוֹ ante tabernaculum ejus, Joſ. 21. v. 29. *Plur. conſtr.* קְדֹשׁ מִשְׁכְּנֵי עֶלְיוֹן, Pſalm. 46. v. 5., ſanctum habitaculorum, *ſive* tabernaculorum Excelſi, *ſive* Altiſſimi: *Sed LXX. pro* קְדֹשׁ, *&* מִשְׁכְּנֵי *legerunt* קִדֵּשׁ מִשְׁכָּנוֹ; *Nam verterunt*, ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus: *Cum affix.* מִשְׁכְּנֵיהֶם tabernacula, *ſive* tentoria ſua, Ezech. 25. v. 4. *Fœm. plural.* מִשְׁכָּנוֹת tabernacula, Pſalm. 132. v. 5. *Conſtr.* מִשְׁכְּנוֹת הָרֹעִים tabernacula paſtorum, Cantic. 1. v. 8. וּבְמִשְׁכְּנוֹת & tabernaculis, Iſa. 32. v. 18. *Cum affix.* מִשְׁכְּנוֹתֵינוּ tabernacula noſtra, Jerem. 9. verſ. 18., מִשְׁכְּנֹתֶיךָ, Numer. 24. v. 5., *&* מִשְׁכְּנוֹתַיִךְ, Iſa. 54. v. 2., tabernacula, habitacula, *ſive* tentoria tua: מִשְׁכְּנוֹתָיו, Jerem. 30. v. 18., *&* מִשְׁכְּנֹתֶיהָ, Jerem. 51. v. 30., habitacula, tabernacula ejus: מִשְׁכְּנֹתָם tabernacula eorum, Pſalm. 49. v. 12.

מִשְׁכַּן *maſc. Chald.* habitaculum: *Cum affix.* מִשְׁכְּנֵהּ habitaculum, *ſive* tabernaculum ejus, Eſdr. 7. v. 15.

שְׁכַנְיָה Scechanjáh, *& juxta Vulgat.* Sechenias, *nom. prop. viri*, 1. Paral. 3. vv. 21. 22.

שְׁכַנְיָהוּ Scechanjahu, *& juxta Vulgat.* Sechenias, *nom. prop. viri*, 2. Paral. 31. v. 15. *& cum præfix.* לִשְׁכַנְיָהוּ Scecheniæ, 1. Paral. 24. v. 11.

שכן *Radix inuſitata: Inde tamen, ut quibuſdam videtur, eſt nomen, quod ſequitur, videlicet*

שַׂכִּין *maſc.* Culter, cultellus, gladius, Proverb. 23. v. 2. *Buxtorfius arbitratur, dictionem hanc Chaldaicam eſſe, quæ ſæpius per* ס *effertur: unde apud Rabbinos vulgatum,* סַכִּין בְּיַד שׁוֹטֶה סַכָּנָה culter in manu ſtulti periculum eſt.

שכר Inebriatus eſt: *Alio in ſenſu, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, vide infra: Præter. plural.* שָׁכְרוּ וְלֹא יַיִן inebriantur, at non vino, Iſa. 29. v 9. *Partic. Pahul fœm. conſtr.* וּשְׁכֻרַת & inebriata, *ſive* ebria, Iſa. 51. v. 21. *Imperat. plural.* שְׁתוּ וְשִׁכְרוּ bibite, & inebriamini, Cant. 5. v. 1. *Futur., quoad formam,* אֶשְׁכַּר, *& cum affix. vide infra inter nomina ſuo loco: Fœm.* תִּשְׁכְּרִי inebriaberis, Thren. 4. v. 21., וַיִּשְׁכָּר & inebriatus eſt, Gen. 9. v. 21. *Plural.* וַיִּשְׁכְּרוּ & inebriati ſunt, Gen. 43. v. 34.

& cum

& cum Nun *paragog.* יַשְׁכְּרוּן inebriabuntur, Iſa. 49. ꝟ. 26. *Pih. Particip.* מְשַׁכֶּרֶת כָּל־הָאָרֶץ inebrians omnem terram, Jerem. 51. v. 7. *Infinit.* שַׁכֵּר inebriando, Habac. 2. v. 15. *Futur. cum affix.* וַאֲשַׁכְּרֵם & inebriavi eos, Iſa. 63. v. 6., וַיְשַׁכְּרֵהוּ & inebriavit eum, 2. Sam. 11. verſ. 13. *Hiph. Præter.* וְהִשְׁכַּרְתִּי שָׂרֶיהָ & inebriabo principes ejus, Jerem. 51. verſ. 57., *& cum affix.* וְהִשְׁכַּרְתִּים & inebriabo eos, Jerem. 51. v. 39. *Imperat. cum affix.* הַשְׁכִּירֻהוּ inebriate eum, Jerem. 48. v. 26. *Futur.* אַשְׁכִּיר inebriabo, Deuter. 32. v. 42. *Hithp. Futur. fœm. cum* Nun *paragog. in pauſa* עַד־מָתַי תִּשְׁתַּכָּרִין, 1. Sam. 1. v. 14., uſquequo ebriam ages? *ita Buxtorfius*: *Alii vero reddunt*, uſquequo inebriabis te, *vel* ebria eris?

שֵׁכָר *maſc.* Inebriativum, inebrians potus, *qui Græcis hinc vocatus σικέρα, Latinis* sicera. *A vino communi diſtinguitur* Levitic. 10. v. 9., Numer. 6. v. 3, *& alibi*. Vinum *tamen etiam comprehendere, liquet ex* Num. 28. v. 7. *ubi ad Libamen adhibitum, cui alias* vinum *attributum. Inde Onkelos Chaldaic. hic, & alibi plerunque reddit* חֲמַר עַתִּיק vinum forte vetus, *cui* vinum novum *opponitur*: *ut ubi Hebr. eſt*, מִיַּיִן וְשֵׁכָר יַזִּיר a vino, & ſicera abſtineto, *Chald. habet* מֵחֲמַר חֲדַת וְעַתִּיק a vino novo, & veteri, *ſic* Deut. 14. v. 26., *&* 29. v. 5. Vetus *autem fortitudine, & generoſitate commendari ſolet. Aben Eſra in* 14. Deuter. *ſcribit, eſſe* potum fortem, factitium ex melle, *&* dactylis, *aut* tritico, *&* hordeo. In Midraſc 1. Sam. 1. v. 15. *ad illud* יַיִן וְשֵׁכָר לֹא שָׁתִיתִי *notatur*: יין זה חדש ושכר זה ישן מזה לא שתיתי, *id eſt*, jajin eſt vinum novum: Sechar eſt vinum vetus, neque de hoc, neque de illo bibi. *Sic ibidem Chald.* At, *inquit Kimchi ibid.* rectius eſt, ut שכר ſit potus factus ex fructibus. *Huc reſpexit S. Hieronymus ſcribens ad Nepotianum*: Sicera, *inquit*, Hebræo ſermone omnis potio nominatur, quæ inebriare poteſt, ſive illa, quæ frumento conficitur, ſive pomorum ſucco: aut cum favi decoquuntur in dulcem, & barbaram potionem: aut palmarum fructus exprimuntur in liquorem: coctiſque frugibus aqua pinguior coloratur: *Hactenus Buxtorfius*: *Sed à Vulg. quandoque redditur*

ditur ſicera, *quandoque* vinum, *quandoque in genere* omne, quod inebriat, *& etiam* ebrietas: *Cum præfix.* מִן־הַשֵּׁכָר per ſiceram, *ſive juxta Vulg.* in ebrietate, Iſa. 28. v. 7., בַּשֵּׁכָר in ſicera, *& juxta Vulgat.* præ ebrietate, Iſa. 28. v. 7., וְלַשֵּׁכָר & in ſiceram, *ſive juxta Vulgat.* in ebrietatem, Mich. 2. v. 11.

שִׁכּוֹר, *&* שִׁכֹּר *maſc.* Ebrius, temulentus, 1. Sam. 26. v. 36., 1. Reg. 16. v. 9. *Cum præfix.* כַּשִּׁכּוֹר ſicut ebrius, Pſal. 107. v. 27. *Plur.* שִׁכּוֹרִים ebrii, Joel. 1. v. 5. *Conſtr.* שִׁכּוֹרֵי, *&* שִׁכֹּרֵי ebrii, Iſa. 28. vv. 1. 3.

שִׁכֹּרָה *fœm.* Ebria, temulenta: *Cum præfix.* לְשִׁכֹּרָה pro ebria, 1. Sam. 1. v. 13.

שָׁכְרָה *fœm.* Ebrietas: *Cum præfix.* וְאֵין־לְשָׁכְרָה, Aggæ. 1. v. 6., & ad ebrietatem: *Aliis eſt Infinit. cum* ה *paragog. atque vertunt*, & non ad inebriandum; *Vulgat. habet*, & non eſtis inebriati.

שִׁכָּרוֹן *maſc.* Ebrietas, Ezech. 23. v. 33. *Cum præfix.* לְשִׁכָּרוֹן ad ebrietatem, Ezech. 39. v. 19.

שִׁכְּרוֹנָה Scicherónah, *& juxta Vulgat.* Sechrona, *nom. civitatis in Tribu Dan*, Jud. 15. v. 11.

אֶשְׁכָּר *maſc.* Donarium, munus, Pſalm. 72. v. 10. *Cum affix.* אֶשְׁכָּרֵךְ donarium tuum, Ezech. 27. v. 15. *ubi Vulg. habet* in pretio tuo; *Chald.* דורון donum *exponit*. *In hujuſce dictionis radice aſſignanda varii ſunt Interpretes. Quidam derivant ab* שָׁכַר, *de quo ſupra, ita ſcilicet ut* א *ab initio ſit heemant. Unde* donum *dictum* אֶשְׁכָּר *ab* inebriando, *quia ſcilicet* dono exhilarantur *homines, quod tamen multis non probatur: Hinc aliis videtur vox peregrina, vel Hebræa, ſed quatuor literarum; à qua ſententia non abhorret Kimchius: At Joa. Simon, & cum ipſo non pauci putant*, donum, *ſive* munus *dictum* אֶשְׁכָּר *ex ſignificatione radicis Arab.* שָׁכַר gratias egit, remuneratus eſt.

שׂכר Mercede conduxit, mercedem dedit: *Præt.* שָׂכַר־עָלֵינוּ mercede conduxit adverſus nos, 2. Reg. 7. v. 6. *Cum affix.* שְׂכָרוֹ mercede conduxit eum, Nehem. 6. v. 12., שָׂכֹר שְׂכַרְתִּיךָ, Gen. 30. v. 16. mercede conducendo mercede conduxi te: *Particip.* וְשֹׂכֵר כְּסִיל וְשֹׂכֵר עֹבְרִים, Proverb. 26. v. 10., & mercedem dans ſtulto, & merce-

dem dans transgreſſoribus, *ſive juxta alios* mercede conducens ſtultum, & mercede conducens tranſeuntes: *Sed Theodotion ſic vertit*, καὶ φιμῶν ἄφρονα φιμοῖ χόλους, *id eſt* & frænans imprudentem frænat iras: *Symmachus vero habet*, καὶ ὁ φράσσων ἄφρονα ἐμφράσσει ὀργὰς αὐτοῦ, *i. e.* & qui cohibet imprudentem, obſtruit iras ejus: *Vulgat. vertit*, & qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat: *Legiſſe propterea videntur* סֹכֵר obſtruens, *aut* claudens, *pro* שֹׂכֵר mercedem dans, *ſive* mercede conducens: *Plur.* שֹׂכְרִים, 2. Paral. 24. v. 12., *& per* ס *loco* שׂ, סֹכְרִים, Eſdr. 4. v. 5. mercede conducentes: *Partic. Pahul* שָׂכוּר mercede conductus, Nehem. 6. v. 13. *Infin. cum præfix.* לִשְׂכֹּר לָהֶם ad mercede conducendum, *ſive* ut mercede conducerent ſibi, 1. Paral. 19. v. 6. *Futur.* וַיִּשְׂכֹּר, Jud. 9. v. 4., 2. Paral. 25. v. 6. & mercede conduxit: *Cum affix.* וַיִּשְׂכְּרֵנִי & mercede conduxit me, Jud. 18. v. 4. *Plur.* יִשְׂכְּרוּ mercede conducunt, Iſa. 46. v. 6., וַיִּשְׂכְּרוּ, 1. Paral. 19. v. 7. & mercede conduxerunt. *Niph. præter. plur. in pauſa* בַּלֶּחֶם נִשְׂכָּרוּ, 1. Sam. 2. v. 5., pro pane mercede conducuntur, *ſive* conducti ſunt, *& juxta Vulg.* ſe locaverunt. *Hithp. Partic.* וְהַמִּשְׂתַּכֵּר מִשְׂתַּכֵּר אֶל־צְרוֹר נָקוּב, Aggæ. 1. v. 6. & qui mercedem operæ reportat, *ut habet Buxtorfius*, *ſive juxta* alios, & qui pro mercede ſe locat, locat ſe mercede (*ponenda*) in ſacculo pertuſo, *ſeu* perforato: *Vulgat. vertit*, & qui mercedes congregavit, miſit eas in ſacculum pertuſum.

שָׂכָר *maſc* Merces, *operæ elocatione* promerita, Num. 18. v. 31., Pſalm. 127. v. 3. *Conſtr.* שְׂכַר הָאָדָם merces hominis, Zach. 8. v. 10. *Cum affix.* שְׂכָרִי merces mea, Gen. 30. v. 18., שְׂכָרְךָ, Gen. 30. v. 28., *& in pauſa* שְׂכָרֶךָ, Gen. 31. v. 8. *item* שְׂכָרְךָ, Exod. 2. verſ. 9. merces tua: שְׂכָרוֹ, Deut. 24. v. 15., *&* שְׂכָרָהּ, Jon. 1. v. 3. merces ejus: בִּשְׂכָרוֹ pro mercede ſua, Exod. 22. v. 14.

שָׂכָר Sachár, *nom. propr. virorum*, 1. Paralip. 11. v. 35., 26. v. 4.

שֶׂכֶר *maſc.* Merces, Proverb. 11. v. 18. *Sed* Iſa. 19. v. 10. *hanc ipſam dictionem* שֶׂכֶר *multi cum Vulg. derivant à* סָכַר clauſit, concluſit, *mutato* ס *in* שׂ; *atque reddunt* clauſuram,

ſtam, lacunam, excipulum, *quo aqua* concluditur, *vel* rete, *quo piſces* concluduntur.

שָׂכִיר *maſc.* Mercenarius, mercede conductus, Exod. 22. v. v. 14., Levit. 19 v. 13. *Cum præfix.* כְּשָׂכִיר, Levit. 25. v. 40. *& conſtr.* כִּשְׂכִיר, Levit. 25. v. 53. & ſicut mercenarius: *Cum affix.* וְלִשְׂכִירְךָ & mercenario tuo, Levit. 25. verſ. 6. *Plural. cum affix.* שְׂכִרֶיהָ mercenarii ejus, Jerem. 46. verſ. 21.

שְׂכִירָה *fæm.* Mercenaria, *quæ ſcil. operatur pro* mercede certa, *&* condicta: בְּתַעַר הַשְּׂכִירָה in novacula mercede conducta, *ſive* merçenaria, Iſa. 7., v. 20.

מַשְׂכֹּרֶת *fœm.* Merces, *qua* conducitur: *Cum affix.* מַשְׂכֻּרְתִּי, Gen. 31. vv. 7. 41. merces mea: מַשְׂכֻּרְתֶּךָ, Gen. 29. v. 15., *&* מַשְׂכֻּרְתֵּךְ, Ruth 2. v. 12. merces tua.

שֶׁל *Particula compoſita ex duobus præfixis, ex* ש *videl., quod idem valet ac* אֲשֶׁר, *&* ל: *Rabbinis autem eſt nota, ſive articulus Genitivi caſus; quæ quidem particula & ſeparatim (potiſſimum apud Rabbinos) uſurpata legitur, & etiam aliis vocibus præfixa, ut* מִטָּתוֹ־שֶׁלִּשְׁלֹמֹה, Cantic. 3. v. 7. lectus, *ſive* lectulus ejus, (*ſcilicet*) Salomoni, *vel juxta alios* lectulus ejus, qui (*ſcilicet*) Salomoni: *Cum affix.* כַּרְמִי שֶׁלִּי, Cant. 1. v. 6. ; 8. v. 12., vinea mea, quæ mihi (*eſt*). *Item* שֶׁלִּי *eſt pronomen primæ perſonæ genitivi caſus. Sed cum præfix.* ב *ſignificat* propter, *ut* בְּשֶׁל אֲשֶׁר propter quod, Eccl. 8. v. 17., *ubi Vulg. reddit*, quanto plus: *Et cum affix.* בְּשֶׁלִּי propter me, Jon. 1. v. 12., בְּשֶׁלְּמִי propter quem, Jon. 1. verſ. 7., שַׁלָּמָה, Cant. 1. v. 7., *quibuſdam cum Buxtorfio videtur, idem eſſe ac* בְּשֶׁלָּמָה, *atque reddunt* propter quid? *Aliis vero τὸ* שַׁלָּמָה *eſt pro* אֲשֶׁר לָמָּה, *propterea vertunt*, nam quare? *vel* quare enim? *LXX. habent μήποτε, i. e.* nè fortè, *& Vulgat.* nè: *At hoc* מִשֶּׁלָּנוּ, 2. Reg. 6. verſ. 11. *eſt ex ſimplici* שֶׁ, *&* לָנוּ, *& præpoſitione* מִן, *unde vertendum* ex noſtris.

שֶׁלִי *Vide infra poſt* שָׁלָה *inter nomina.*

שַׁלְאֲנָן *maſc. Vide ſupra poſt* שַׁאֲנָן *pag. 1507.*

שָׁלַב

שִׁלֵּב *Radix in Kal inuſitata. Pihel* שִׁלֵּב inſculpſit, incidit, infixit paxillum, *ſeu* clavum per tranſmiſſuram, prout ſcalis inſculpuntur ligna tranſverſim inducta, per quæ ſcanditur inſtar graduum, *cum ſcil.* duæ tabulæ, *vel* aſſeres conjunguntur per paxillum intermedium: *Hactenus Robertſon: Inde efformatum Partic. Pahul in plural.* שְׁתֵּי יָדוֹת לַקֶּרֶשׁ הָאֶחָד מְשֻׁלָּבֹת אִשָּׁה אֶל־אֲחֹתָהּ, Exod. 26. v. 17, duæ manus, *i. e.* duo cardines *erunt* aſſeri, *ſive* tabulæ unicuique infixi, *ſive* inſculpti, mulier ad ſororem ſuam, *i. e.* אַחַת אֶל־אֶחָת unus ad alterum, *uti exponitur* Exod. 36. v. 22., *ut ſenſus ſit, alter alteri ex oppoſito reſpondebit, eique inhærebit: Vulg reddit*, in lateribus tabulæ, duæ incaſtraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur.

שָׁלָב *maſc. Inde plural.* בֵּין הַשְּׁלַבִּים, 1. Reg. 7. vv. 28. 29., inter prominentias gradatas, & ſenſim contractiores, *Ita cum Buxtorfio Recentiores non pauci reddunt: Talmudicis* שְׁלִיבוֹת *ſunt* gradus ſcalæ. *Sed & R. David, & R. Salamon ſcribunt, quod* שְׁלַבִּים *ſint* vectes adinſtar graduum ſcalæ: *LXX. autem verterunt* ἀναμέσον τῶν ἐξεχομένων inter juncturas. *Buxtorfius, Joa. Simon, aliique putant, ex hoc nomine* שָׁלָב *efformatum Partic.* מְשֻׁלָּבֹת, *de quo ſupra.*

שָׁלַג Albeſcit, candeſcit inſtar nivis: *Occurrit in Hiph. futur. fœm.* תַּשְׁלֵג, Pſalm. 68. v. 15. albeſcet, alba facta eſt velut nix, *ita cum Pagnino multi: At Buxtorfio, & aliis eſt ſecunda perſona, redditurque*, niveſces, *i. e.* ſicut nix albeſces: *LXX. autem, & Vulgat. habent*, nive dealbabuntur. *Sunt, qui verbum* שָׁלַג *deducunt à nomine* שֶׁלֶג, *quod ſequitur.*

שֶׁלֶג *maſc.* Nix, Job. 24. verſ. 19., Pſalm. 148. v. 8. *Cum præfix.* בְּיוֹם הַשֶּׁלֶג in die nivis, 2. Sam. 23. verſ. 20.; כַּשֶּׁלֶג, Proverb. 26. v. 1., *& in pauſa* כַּשָּׁלֶג, Exod. 2. v. 6., ſicut nix: לַשֶּׁלֶג nivi, Job. 37. v. 6., מִשֶּׁלֶג præ nive, *ſive* ſuper nivem, Pſalm. 51. v. 9., *& in pauſa* מִשָּׁלֶג à nive, Prov. 31. v. 21.

שָׁלָה Tranquillus fuit, quievit: *Item* erravit, errore deceptus eſt. *Joa. Simoni, aliiſque videntur, eſſe diverſa verba, quæ formam, & ſignificationem ſuam permutant: Sunt, qui poſteriorem hujuſce verbi ſenſum*, errandi *ſcil. ex Syro ſermone derivandum putant. Tertia vocalis interdum in* ו *commutatur. Præter.* לֹא שָׁלַוְתִּי, Job. 3. v. 26., non quieſcebam, *ſive* non tranquillus fui; *Vulg. habet*, nonne diſſimulavi? *Plur.* שָׁלוּ tranquilli ſunt, Jerem. 12. v. 1., Thren. 1. verſ. 5. *Aliud vide infra inter nomina pag.* 1651. *Infin. juxta quoſdam, cum præfix. & affix.* בְּשַׁלְוִי, Pſal. 30. v. 7. dum tranquillus, pacificus eſſem ego; *Vulg. vertit*, in abundantia mea: *hanc ipſum dictionem vide infra inter nomina: Futur. contracte* יֵשֶׁל, *pro* יִשְׁלֶה, *juxta quoſdam, vide ſupra in* נָשַׁל *pag.* 814. *Plur.* יִשְׁלָיוּ, Job. 12. verſ. 6., tranquilla ſunt; *Vulg. reddit*, abundant: יִשְׁלָיוּ אֹהֲבָיִךְ, Pſal. 122. v. 6., tranquilli ſint, *& juxta Pagninum* proſpere agant diligentes te; *Vulg. habet*, & abundantia diligentibus te. *Niph. Futur.* יִשָּׁל *vide infra in* שָׁלַל: *Plur.* אַל־תִּשָּׁלוּ ne erretis, errore decipiamini, in errorem inducamini, *& juxta Vulg.* nolite negligere, 2. Paral. 29. v. 11. *ſed cum affix.* יִשָּׁלוּךָ *vide infra in* שָׁלַל. *Hiph. Futur.* לֹא תַשְׁלֶה אֹתִי, 2. Reg. 4. v. 28., nè errare facias, nè fallas, *vel* errore decipias me.

שְׁלֵה *m. Chald.* quietus, tranquillus, Dan. 4. v. 1., שְׁלֵה *vide infra in* שָׁלוּ *Chald. pag* 1651. *Sed* בְּשֶׁל, שֶׁלִּי, בְּשֶׁלִּי *vide ſupra in* שֶׁל *pag.* 1645. בְּשֶׁלִּי *vide infra in nom.* שֶׁלִּי: *Item* שֶׁלּוֹ, *&* שַׁלְוִי, שַׁלְוָיו, *&c. vide infra inter nomina ſuis propriis in locis.*

שֵׁלָה Sceláh, *nom. propr. viri*, Gen. 38. verſ. 5., 1. Paralip. 4. verſ. 21.

שִׁלֹה Scilóh, Joſ. 18. verſ. 1. *&c. item cum* Vau *in fine loco* ה, שִׁלוֹ Sciló, Pſal. 78. v. 60. *à Vulg. redditur* Silo, *nom. propr. civitatis in Tribu Ephraim. Sed* שִׁילֹה, *quod legitur* Gen. 49. v. 10. *vide infra ſuo proprio loco: Cum præfix.* בְּשִׁלֹה, Joſ. 21. v. 2. *& cum* Jod *in medio* בְּשִׁילֹה, 1. Reg. 2. v. 27. *item cum* Vau *in fine loco* ה, בְּשִׁלוֹ, Jud. 21. v. 19. *& cum* Jod *in medio*, בְּשִׁילוֹ, Jerem. 7. v. 12. in Sciló: מִשִּׁלֹה de Scilóh, 1. Sam. 4. v. 3. *Civitatem hanc fuiſſe*

à Patriarcha Jacobo in celebri, quod morti proximus edidit, oraculo Gen.49. v.10. *ſignificatam Rabbini quidam apud Aben Eſram commenti ſunt: Verum pugnant iſti non ſolum cum communi totius Synagogæ ſententia, ut paullo mox erit demonſtrandum, ſed & cum ipſis Hebrææ linguæ principiis. Enim vero ſi civitatem nomine* Sciló̆h *deſignare voluiſſet S. Auctor, quum fœminini generis illa ſit, profectò non dixiſſet* יָבֹא, *ſed* תָּבֹא.

שִׁילֹה *m.* Sciló̆h. *Quidam abſolutum faciunt* שִׁיל ſecundina, *dicta* שִׁיל *à* שׁוּל traxit, extraxit, *quia illa ex utero* extrahitur: *Hinc metonymicè* fœtus, filius, proles, *ex utero* extracta. *Et cum affix.* ה *loco* Vau, *ut ſæpe*, עַד כִּי־יָבֹא שִׁילֹה, Gen. 49. v. 10., donec veniat filius ejus; filius, *i. e. Meſſias*; ejus, *id eſt Judæ, ex ſtirpe nempe Judæ natus. Aben Eſra, poſt varias vocis* Sciló *explicationes, concludit, dicens: Aut denique* שִׁילֹה *idem eſt, quod* בְּנוֹ filius ejus, *&* ה *eſt loco* ו, *ut in* אָהֳלֹה tabernaculum ejus, *& multis aliis, idque ex ſignificatione verbi in hoc loco*, לֹא תַשְׁלֶה אֹתִי ne parere facito me, 2. Reg. 4. verſ. 28. *id eſt*, לֹא תוֹלִיד ne facias ut pariam liberos, ne des mihi liberos. *Sic Jonathan paraphraſtes Chaldæus*: donec veniat rex Meſsias, parvus filius ejus. *R. Bechai in Com. ſuo in hunc locum ſcribit*: שִׁילֹה בְּנוֹ שֶׁיִּוָּלֵד מִשִּׁלְיַת אִשָּׁה כְּדֶרֶךְ כָּל־הַנּוֹלָדִים Sciló, *id eſt*, filius ejus, qui naſcetur ex ſecundis mulieris, juxta viam omnium, qui naſcuntur: *eſtque vox deſumpta ex ſignificatione vocis* בְּשִׁלְיָתָהּ, Deut. 28. v. 57. *Quod autem potius dicit* שִׁילֹה, *quam* בְּנוֹ, *eo innuit* Jacob, *ſe de* Meſsia *peculiariter loqui, &c. Vel* ה *non eſt Affixum pronomen, & vocatur* Meſsias κατὰ ἐξοχὴν Sciló *quaſi* tranquillus, *&* æternæ tranquillitatis auctor; *aut quod ſingulari modo ex* ſecundis *tantum, ſine viri operatione naſci debebat. Quòd autem veteres Hebræi per* Sciló Meſsiam *intellexerint, docet triplex* Targum, *ſive* Paraphraſis Chaldaica, Onkeli, Jonathanis, & Hieroſolymitana, *in quibus legitur, pro* Sciló, Rex Meſsias. *Tum etiam Talmudici, ex quibus locus adductus eſt ſub radice* נִין *in nom.* מָנוֹן *pag.* 754. *Accedit & antiquiſſimus liber* Bereſcit rabba, *in quo ſcribitur*, שילה זה מלך המשיח Sciló

eſt rex

eſt rex Meſsias : *Hactenus, paucis exceptis, Buxtorfius. Sed & poſteriores Rabbini, per τὸ* שִׁילֹה *fuiſse* Meſsiam *deſignatum, una voce fere omnes probarunt. Præcipui autem, magni apud Hebræos nominis, auctoritatisque, fuere Raſci, id eſt R. Salomon, Radak, i.e. R. David Kimchi, Abrabanel ſuis in* cap. 49. Gen. commentariis, *&, aliis prætermiſſis, Rab. Iſaacus in libro, cui Hebraicus titulus,* חזוק אמונה, *i. e.* munimen fidei, *adverſus ſcil. Chriſtianos,* cap. XIV. *rejectis quorundam e ſuis hoc de oraculo nugis, duas illas particulas* עַד כִּי *non diviſim, ſed conjunctim eſſe accipiendas, atque reddendum* donec (veniat), *inprimis ſtatuit; dein vocem* שִׁילֹה *exponens addit, quod ipſe eſt* Rex Meſsias : *En ejuſdem verba,* הרצון בו על מלך המשיח. *At Meſsiam hunc Jeſum Chriſtum fuiſſe, omnes Judæi impudenter negant. Eorumdem commenta, quibus Chriſtianæ veritati tenebras offundere pertentant, non dicam refellere, ſed ne recenſere quidem inſtituti ratio patitur. Multi e noſtris hoc ipſum Jacobi vaticinium uni Domino noſtro Jeſu egregie, invicteque vindicarunt. Non prætermittenda antiquiſſima LXX. ſententia : Ita ſiquidem verterunt,* ἕως ἂν ἔλθῃ ᾧ ἀπόκειται, *ſive* τὰ ἀποκείμενα αὐτῷ, *i. e.* donec veniat ille, cui ſervatum eſt (*regnum*), *vel juxta alia exemplaria,* donec veniant, quæ repoſita ſunt ei : *priorem tamen LXX. lectionem omnium optimam fatetur S. Juſtinus in Dialogo cum Tryphone. Vulgatus Interpres, ut quibuſdam videtur, pro* שִׁילֹה *legit* שִׁילוּחַ, *vel* שָׁלוּחַ *a* שָׁלַח miſit : *Nam vertit, non quidem per participium, ſcil.* miſsus, *ſed per futurum, ita ſcil.* donec veniat, qui mittendus eſt; *quam quidem verſionem probavit maximè S. Hieronymus. Nec immeritò : Nam quidquid ſit de primæva Hebraici textus lectione, certum eſt, vel ipſos tam veteres, quam recentiores Judæorum Magiſtros in aſsignanda illius vocis* שִׁילֹה *origine, ſive radice, & materiali veluti ſignificatione varios fuiſſe, licet in re per illam ſignificata conſenſerint ſemper : Vulg. itaque, dubiis prætermiſſis, rem ipſam, i. e.* Meſsiam *charactere eidem ſingulari expreſſit : Nam* Meſsias *ſæpiſsime in Scriptura nomine* Miſsi *à Patre fuit deſignatus. Cum præfix.* בְּשִׁילֹה, *&* בְּשִׁילוֹ *vide ſupra in nom.* שִׁלֹה *pag.* 1647.

שַׁלְוָה *f.* Tranquillitas, *juxta Buxtorſium, alioſque*, Pſal. 122. v. 7. *quo in loco à LXX. & Vulgat. redditur* abundantia: שַׁלְוָה *vide infra in nom.* שָׁלֵו: *Cum præfix.* בְּשַׁלְוָה in tranquillitate, in pace, *& juxta multos* in abundantia, Dan. 8. v. 25., 11. vv. 21. 24. *Vide infra ſuo loco* שָׁלֵו: *Conſtr.* וְשַׁלְוַת & tranquillitas, proſperitas, Prov. 1. v. 32. וְשַׁלְוַת הַשְׁקֵט & tranquillitas quietis, *i. e.* quieta, Ezech. 16. v. 49. *ubi Vulg. habet*, & abundantia, & otium: *Cum affix.* בְּשַׁלְוִי in tranquillitate, *& juxta Vulg.* in abundantia mea, Pſal. 30. v. 7. *ubi, uti quibuſdam videtur*, בְשַׁלְוִי *eſt contractum pro* בְּשַׁלְוָתִי; *ſunt tamen, qui hujuſce dictionis abſolutum volunt eſſe* שָׁלֵו: *Plur. cum præfix. & affix.* בְּשַׁלְוֹתַיִךְ, Jerem. 22. v. 21. in tranquillitatibus, *ſive* proſperitatibus tuis; *Vulg. vertit* in abundantia tua.

שְׁלֵוָה *f. Chald.* tranquillitas: *Aliud vide infra in* שָׁלֵו: *Cum præfix. & affix.* לִשְׁלֵוְתָךְ, Dan. 4. v. 24. tranquillitati tuæ; *Vulg. autem ſequutus LXX. verſionem habet* delictis tuis; *Dicendum propterea, aliter illos legiſſe, quam legant recentiores Critici.*

שִׁלְיָה *f.* Secundæ, *vel* ſecundina, *membrana ſcil. illa, qua partus obvolutus utero prodit. Dicta autem eſt* שִׁלְיָה *à* tranquillitate fœtus, *quòd ſcil. in illa* ἔμβρυον ſecurè agat, *quemadmodum ſcribit Buxtorſius: Sed Ioa. Simon, aliique dictionem hanc derivant à* שׁול traxit, extraxit; *unde* שִׁלְיָה ſecundæ, ſecundina, *quia ex utero* extrahitur. *Occurrit cum præfix. & affix.* וּבְשִׁלְיָתָהּ הַיּוֹצֵת מִבֵּין רַגְלֶיהָ, Deut. 28. v. 57. etiam in ſecundas ipſius, *ſive* ſuas, quæ egrediuntur ab-inter pedes ejus, *i. e.* è *loco, qui eſt inter* pedes ejus, *ita cum Buxtorſio multi: Vulg. vertit* & illuvie ſecundarum, quæ egrediuntur de medio feminum ejus.

שָׁלֵו *m.* Tranquillus, pacificus, quietus, Job. 16. v. 12., 20. v. 20., Ezech. 23. v. 42., *Et cum* Scevá *ab initio, & puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro vide paullo mox proprio ſuo loco: Item infra vide eamdem dictionem cum* Jod *ante* Vau *in fine, videl.* שָׁלֵיו: *Plural. conſtr.* וְשַׁלְוֵי עוֹלָם & tranquilli, *ſive* pacati ſeculi, Pſal. 73. v. 12. *ubi LXX. & Vulg. reddunt* abundantes in ſeculo. *Fœm.* וּשְׁלֵוָה & tran-

tranquilla, ſive juxta *Vulg.* fertilis, opulenta, 1. Paral. 4. v. 40., Zachar. 7. v. 7.

שָׁלוּ *f. Chald.* error, *&* *juxta Vulg. alioſque* culpa, ignorantia, negligentia, querimonia, Dan. 6. v. 5., Eſdr. 4. v. 22., 6. v. 9. *Item cum* ה *in fine*, שָׁלָה error, *&* *juxta Vulg.* blaſphemia, Dan. 3. v. 29. *ubi Maſſorethæ monent legendum* שָׁלוּ.

שָׁלֵיו *m.* Tranquillus, quietus, Job. 21. verſ. 23. *Et cum* Sceva *ab initio*, שְׁלֵיו tranquillus, quietus, Jerem. 49. verſ. 31.

שְׁלִי *m.* Tranquillitas, *juxta Buxtorfium : at Vulgato, aliisque eſt* deceptio, fraus, dolus : *Occurrit cum præfix. in pauſa*, בַּשֶּׁלִי in fraude, *ſive* dolo, 2. Sam. 3. v. 27.

שַׁל *m.* Error, imprudentia, *&* *juxta Vulg.* temeritas : *Occurrit cum præfix.* עַל־הַשַּׁל propter errorem, imprudentiam, *&* *juxta Vulg.* ſuper temeritate, 2. Sam. 6. verſ. 7.

שְׂלָו *f.* Coturnix, Pſal. 105. v. 40. *Eſt autem avis iſta dicta* : שָׁלֵו, *quòd in abundantia frumenti* otioſa, *&* ſecura deſideat, *pinguedine ingrandeſcens. Sunt, qui volunt, à* שָׁלֵו *derivari, etiamſi hoc ſcribatur cum puncto dextero, ita apud Robertſon. Cum præfix.* הַשְּׂלָו Exod. 16. v. 13., Num. 11. v. 32. coturnix. *Plur.* שַׂלְוִים coturnices, Num. 11. verſ. 31.

שַׁלְהֶבֶת *fœm. Inde etiam compoſitum* שַׁלְהֶבֶתְיָה *vide ſupra poſt* לֶהָבָה *pag.* 595.

שָׁלַח Miſit, emiſit, immiſit, præmiſit, remiſit, tranſmiſit, extendit, *maxime cum nomine* יָד. *Conſtruitur cum Accuſ. & Præpoſ.* עַל, אֶל, ל, ב. *Prætr.* שָׁלַח מֹשֶׁה עַבְדּוֹ miſit Moſeh ſervum ſuum, Pſal. 105. v. 26., וַיִּשְׁלַח אֶת־יָדוֹ & extendebat manum ſuam, 2. Sam. 15. v. 5. *Cum affix.* שְׁלָחַנִי, Gen. 45. v. 5., Exod. 3. v. 13. *& in pausa* שְׁלָחָנִי, Num. 16. v. 29. miſit me : שְׁלָחָנוּ miſit nos, 1. Sam. 25. v. 40., שְׁלָחֲךָ, Jerem. 28. v. 15. *& f.* שְׁלָחֵךְ, 1. Sam. 25. v. 32. miſit te : שְׁלָחוֹ miſerat eum, Exod. 4. v. 28. שְׁלָחָם miſit eos, Ezech. 13. v. 6. *Fœm.* שָׁלְחָה miſit, Gen. 38. v. 25. וְשָׁלְחָה יָדָהּ & extenderit manum ſuam, Deut. 25. v. 11. שָׁלַחְתָּ miſiſti, Num. 24. v. 12.

v. 12. פִּיךָ שָׁלַחְתָּ בְרָעָה, Pſal. 50. v. 19. os tuum mittis in malum, *i. e.* maledicis, *juxta quoſdam*; *Vulg. vertit*, os tuum abundavit malitia: *Et in pauſa* שָׁלָחְתָּ miſiſti, 1. Sam. 25. verſ. 25. *item cum affix.* שְׁלַחְתָּנִי miſiſti me, Exod. 5. v. 22. שְׁלַחְתָּנוּ miſiſti nos, Num. 13. v. 27., שָׁלַחְתִּי miſi, Gen. 38. v. 23. וְשָׁלַחְתִּי & mittam, Gen. 27. v. 45. *item* extendam (manum meam), Exod. 3. v. 20. *Et cum affix.* שְׁלַחְתִּיךָ miſi te, Exod. 3. v. 12. שְׁלַחְתִּיו miſi eum, Iſa. 55. v. 11. שְׁלַחְתִּים miſi eos, Jerem. 14. v. 14. *Plur.* וּבַבִּזָּה לֹא שָׁלְחוּ אֶת־יָדָם, Eſth. 9. v. 10. & in, *ſive* ad prædam non extenderunt manus ſuas, *i. e.* prædam non ſurripuerunt; *item* miſerunt, Jerem. 14. v. 3. שְׁלַחְתֶּם miſiſtis, Jerem. 42. v. 9., שָׁלַחְנוּ miſimus, Joſ. 6. v. 17. *Sed* שָׁלָחְנוּ *vide ſupra in ſingulari*: *Partic.* שׁוֹלֵחַ, Ezech. 2. v. 3., *& abſque* Vau, שֹׁלֵחַ, Exod. 9. v. 14. *& cum præfix.* הַשֹּׁלֵחַ, 2. Reg. 22. v. 18. mittens: *Cum affix.* מָה־אָשִׁיב שֹׁלְחִי דָּבָר, 2. Sam. 24. v. 13., quem reſpondeam mittenti me, *ſive* ei, qui miſit me, ſermonem: אֲשֶׁר־אָנֹכִי שֹׁלֵחֲךָ ad quod ego mittens te, 1. Sam. 21. v. 3. *Plur.* שֹׁלְחִים, Jerem. 42. v 6. mittentes: *Cum affix.* לְשֹׁלְחֶיךָ mittentibus te, *ſive* iis, qui miſerunt te, Prov. 22. v. 21. לְשֹׁלְחָיו mittentibus eum, *ſive* his, qui miſerunt eum, Prov. 10. v. 26. *Partic. Pahul* שָׁלוּחַ miſſus, 1. Reg. 14. v. 6. *Fœm.* שְׁלוּחָה (munus) miſſum, Gen. 32. v. 19., *item* שְׁלֻחָה emiſſa, Gen. 49. v. 21. *Infin.* שָׁלֹחַ, Num. 22. v. 37. *&* שָׁלוֹחַ, 2. Paral. 36. v. 15. mittendo: *Conſtr.* שְׁלֹחַ mittere, Num. 22. v. 15. *& quaſi contracte* שְׁלַח extendere, Iſa. 58. verſ. 9. *Cum præfix.* בִּשְׁלֹחַ in mittendo, *ſive* cum mitteret, cum miſiſſet, quando miſit, Pſal. 59. v. 1. *&c.* לִשְׁלֹחַ אֶת־יָדָם, 1. Sam. 22. v. 17. extendere manus ſuas: *item* mittere, ad mittendum, ut mitteret, 2. Sam. 14. v. 29., Ezech. 17. v. 15., מִשְּׁלֹחַ יָדִי à mittendo, *ſive* ut mittam manum meam, 1. Sam. 26. v. 11. *Cum affix.* בְּשָׁלְחִי אֹתָם cum mitterem, *ſive* quando miſi ego eos, Num. 32. verſ. 8. עַד־שָׁלְחֶךָ donec mittas tu, Gen. 38. v. 17. *Imper.* שְׁלַח extende, Exod. 4. v. 4. *item* mitte, Exod. 9. v. 19. *Aliud vide ſupra in Infinit. ſed & cum* ה *paragog.* שִׁלְחָה mitte,

mitte, Gen. 43. v. 8. *& cum affix.* שָׁלְחֵנִי mitte me, Iſa. 6. v. 8. *Plur.* שִׁלְחוּ, Gen. 42. v. 16. *& in pauſa* שְׁלָחוּ, 2. Reg. 2. v. 17. mittite: *Futur.* אֶשְׁלַח, 1. Sam. 9. v. 16. *& in pauſa* אֶשְׁלָח, Iſa. 42. v. 19. mittam; *& cum* ה *paragog.* אֶשְׁלְחָה mitterem, 2. Sam. 14. v. 32., וָאֶשְׁלַח, Deut. 2. v. 26. *item cum* ה *paragog.* וָאֶשְׁלְחָה, Gen. 32. v. 6. & miſi, præmiſi: *Cum affix.* וְאֶשְׁלָחֲךָ & mittam te, Gen. 37. v. 13. וְאֶשְׁלָחֵם & mittam eos, Joſ. 18. v. 4., אַל־תִּשְׁלַח יָדְךָ ne extendas manum tuam, Gen. 22. v. 12., אֲשֶׁר־תִּשְׁלַח עִמִּי quem mittes, *ſive* miſſurus es cum me, Exod. 33. v. 12. *& in pauſa* שְׁלַח־נָא בְּיַד־תִּשְׁלָח, Exod. 4. v. 13. mitte, quæſo, per manum (*ejus, quem*) miſſurus es, *nempe Meſsiam, ut Latini Patres ferè omnes interpretantur; quo propterea in loco deſideratur pronomen* אֲשֶׁר: *Græci verterunt*, προχείρισαι δυνάμενον ἄλλον, ὃν ἀποστελεῖς, *i. e.* elige alium, qui poſſit, quem mittes, *ſive* mitte alium, qui idoneus ſit mitti: *Et cum* Nun *epenthet. atque* ה *paragog.* וְאַל־תִּשְׁלַחְנָה & ne emittas, *ſive, ut habet Vulg* & non emitteris, Abd. 1. v. 13. *Et cum* Vau *converſ.* וְתִשְׁלַח־לוֹ & miſiſti ei, 2 Paral. 2. v. 2. *Cum affix.* תִּשְׁלָחֵנִי mittas me, Nehem. 2. verſ. 5., תִּשְׁלָחֵנוּ mittes nos, Joſ. 1. v. 16., תִּשְׁלָחֵם mittes, miſeris eos, 1. Reg. 8. v. 44., יִשְׁלַח extendat, mittat, mittet, Gen. 3. v. 22. *&c.*, וַיְשַׁלַּח & extendit, Gen. 8. verſ. 9., & miſit, Gen. 20. v. 2. *item* emiſit, dimiſit, Gen. 28. v. 5. *cum affix.* וַיִּשְׁלָחֵנִי & miſit me, Gen. 45. v. 7., וַיִּשְׁלָחֲךָ & miſit te, 1. Sam. 15. v. 18., וַיִּשְׁלָחֵהוּ & miſit eum, Gen. 37. verſ. 14. *& cum* Nun *epenthet* יִשְׁלָחֶנּוּ mittet, *ſive* mittebat, miſiſſet eum, 1. Sam. 18. v. 5. וַיִּשְׁלָחֵם & miſit eos, Joſ. 8. v. 3. *Et fœm.* וַתִּשְׁלַח & miſit, Gen. 27. v. 42. *Sed* Jud. 5. v. 26. *idem occurrit cum* Nun *epenthet. &* ה *paragog. ita ſcil.* תִּשְׁלַחְנָה miſit, extendit: *Plur. cum* ה *paragog.* נִשְׁלְחָה mittemus, mittamus, Deut. 1. verſ. 22. *&c.*, וְיָד אַל־תִּשְׁלְחוּ־בוֹ & manum ne extendatis contra eum, Gen. 37. v. 22., *& in pauſa*, תִּשְׁלָחוּ mittetis, Num. 13. verſ. 2., יִשְׁלְחוּ extendant, Pſal. 125. v. 3., וַיִּשְׁלְחוּ & miſerunt, Gen. 19. verſ. 10. *Fœm.* תִּשְׁלַחְנָה miſerunt, Ezech. 23. v. 40. *Alia*

ejuſdem formæ vide ſupra in ſingulari perſona jam expoſita. *Niph. Inſin.* וְנִשְׁלוֹחַ & mittendo, Eſth. 3. v. 13. *Pihel* שִׁלַּח cum cura, *vel* vi miſit, immiſit, dimiſit, emisit, ejecit, expulit, excuſsit: *Præter.* וְלֹא שִׁלַּח אֶת־הָעָם & non dimisit populum, Exod. 8. v. 28., שִׁלַּח הַחוּצָה emiſit foras, Jud. 12. v. 9. *Cum affix.* שִׁלַּחֲךָ dimiſit te, 1. Sam. 20. v. 22., שִׁלְּחוֹ dimiſerat eum, 2. Sam. 3. v. 22., אֲשֶׁר־שִׁלְּחָהּ qui dimiſerit eam, Deut. 24. v. 4., שִׁלְּחָם dimiſit eos, Joſ. 22. v. 7. *Fœm.* שִׁלְּחָה mittit, miſit, Prov. 31. v. 19., *item* extendit, Prov. 31. v. 20., Ezech. 17. v. 7. *item* שִׁלְּחָה emiſit, Ezech. 31. v. 4., שִׁלַּחְתָּ dimiſiſti, 1. Reg. 20. v. 42. *Cum affix.* שִׁלַּחְתָּנִי dimiſiſſes me, Gen. 31. v. 42., וְשִׁלַּחְתָּנִי & dimittes me, 1. Sam. 20. v. 5., שִׁלַּחְתּוֹ dimiſiſti eum, 2. Sam. 3. v. 24., וְשִׁלַּחְתּוֹ & dimittes eum, Ezech. 34. v. 14., וְשִׁלַּחְתָּהּ לְנַפְשָׁהּ & dimittes eam animæ ſuæ, *i. e.* voto, deſiderio ſuo, *Vulg. reddit* liberam, Deut. 21. v. 14. וְשִׁלַּחְתֶּם & mittes ea, Jerem. 27. v. 3., שִׁלַּחְתִּי miſi, Iſa. 43. v. 14. *Cum affix.* וְשִׁלַּחְתִּיךָ & dimittam te, 1. Sam. 9. v. 19., אֲשֶׁר שִׁלַּחְתִּיהָ quo dimiſi eam, Iſa. 50. v. 1. *Plur.* וְאֶת־הָעִיר שִׁלְּחוּ בָאֵשׁ, Jud. 1. v. 8. & urbi immiſerunt ignem, *ſive* & urbem tradiderunt igni; שִׁלְּחוּ לַמֶּלֶךְ miſerunt regi, 2. Paral. 24. v. 23., אֲשֶׁר שִׁלְּחוּ quos dimiſerant, Jerem. 34. v. 11. *Item abſque* Dagheſc *in* ל, שִׁלְחוּ בָאֵשׁ מִקְדָּשֶׁךָ, Pſal. 74. v. 7. miſerunt in ignem ſanctuarium tuum, *ſive juxta Pagninum* miſerunt ignem in ſanctuaria tua; *Vulgat. vero, aliique vertunt*, incenderunt igni ſanctuarium tuum: *Et in pauſa* שִׁלֵּחוּ dimiſerunt, Jud. 1. v. 25., miſerunt, immiſerunt, Job. 30. verſ. 11., *item* emiſerunt, *i. e.* excuſſerunt, *&* *juxta Vulg.* ſubverterunt, Job. 30. v. 12. *Cum affix.* עַד־הַגְּבוּל שִׁלְּחוּךָ, Abd. v. 7., uſque ad terminum emiſerunt te: שִׁלְּחֻהוּ dimiſerunt, remiſerunt eum, 1. Paral. 12. v. 19., אֲשֶׁר־שִׁלַּחְתֶּם חָפְשִׁים לְנַפְשָׁם quos dimiſeratis liberos pro voto, deſiderio, *ſive* arbitrio ipſorum, Jerem. 34. v. 16., וְשִׁלַּחְתֶּם אֹתוֹ וְהָלָךְ & dimittetis eam (*arcam*), ut vadat, 1. Sam. 6. v. 8., כִּי־שִׁלַּחְנוּ quod dimiſimus *ſive*, *juxta Vulgat.* ut dimitteremus, Exod. 14. verſ. 5. *Partic.* מְשַׁלֵּחַ mittens, Gen. 43. v. 4. *item* dimittens, Exod. 8.

v. 17.

v. 17., item immittens, ſive, juxta alios,, qui ſeminat, Prov 6. v. 19. *Et cum præfix.* הַמְשַׁלֵּחַ emittens, Pſalm. 104. v. 10., *item* dimittens, Levit. 16. v. 26. *Et cum affix.* מְשַׁלֵּחֲךָ mittens te, Jerem. 28. v. 16. *Plur.* מְשַׁלְּחִים remittentes, 1. Sam. 6. v. 3., הַמְשַׁלְּחִים עָלָיו, 2. Paral. 32. verſ. 31. qui miſerant ad eum; *LXX. & Vulgat. vertunt*, qui miſſi fuerant ad eum; *legiſſe propterea videntur* הַמְשֻׁלָּחִים: *Conſtr.* מְשַׁלְּחֵי emittentes, *vel* propellentes, *& juxta Vulg.* immittentes, Iſa. 32. v. 20. *Infin.* שַׁלֵּחַ dimittendo, Deut. 22. v. 7. *& contractè* שַׁלַּח dimittere, Gen. 8. v. 10. *Cum præfix.* בְּשַׁלַּח in dimittendo, *ſive* cum dimiſiſset, Exod. 13. v. 17., לְשַׁלַּח. Exod. 9. v. 2. *& contractè* לְשַׁלַּח, Exod. 7. v. 14. dimittere, ad dimittendum: *item* ad mittendas, ut mitteret, Nehem. 8. v. 12. *Cum affix.* בְּשַׁלְּחִי in mittendo me, *i. e.* quando miſero, Ezech. 5. v. 16., לְשַׁלְּחֵנִי dimittere, expellere me, 2. Sam. 13. v. 16., לְשַׁלְּחֵנוּ ad dimittendum nos, Exod. 13. v. 15., בְּשַׁלֵּחֲךָ in dimittere te, *i. e.* quando dimiſeris tu, Deut. 15. v. 18., בְּשַׁלְּחוֹ, Ezech. 31. v. 5., *hec in loco varii ſunt Interpretes; multi dictionem hanc referunt ad* תְּהוֹם abyſsum, *quæ initio verſus occurrit; hinc vertunt*, cùm mittebat illa (*aquas multas*); *Alii vero cum Vulgat. referunt ad* עֵץ arborem; *ideoque vertunt*, cùm extendiſſet umbram ſuam: כְּשַׁלְּחוֹ cùm dimittet ipſe, Exod. 11. v. 1., לְשַׁלְּחוֹ dimittere eum, Exod. 4. v. 23., שַׁלְּחָהּ dimittere eam, Deut. 22. v. 29., שַׁלְּחָם dimittere eos, Exod. 9. v. 17., לְשַׁלְּחָם dimittere eos, Exod. 10. v. 27. *Imper.* שַׁלַּח dimitte, Exod. 4. v. 23., *item* mitte, Eccl. 11. v. 1. *& cum affix.* שַׁלְּחֵנִי dimitte me, Gen. 30. v. 25. *Plur.* שַׁלְּחוּ dimittite, 1. Sam. 5. v. 11. *Cum affix.* שַׁלְּחֻנִי, Gen. 24. v. 54., *&* שַׁלְּחוּנִי, Gen. 24. v. 56. dimittite me: *Futur.* אֲשַׁלַּח mittam, dimittam, Gen. 38. v. 17. *&c. & cum* ה *paragog.* וַאֲשַׁלְּחָה & dimittam, Exod. 8. v. 4. *Cum affix.* וָאֲשַׁלֵּחֲךָ ut dimitterem, *ſive juxta Vulg.* ut proſequerer te, Gen. 31. v. 27. *& cum* Daghesc *in* ך *ad compenſandum* Nun *epentheticum abjectum*, אֲשַׁלְּחֶךָּ dimittam te, 1. Reg. 20. v. 34., וָאֲשַׁלְּחֵהוּ, Pſal. 81. v. 13. & dimiſi eum; אֲשַׁלְּחֶנּוּ mittam eum, Iſa. 10. v. 6., וָאֲשַׁלְּחָהּ & miſi

& miſi eam, Jud. 20. v. 6., תְּשַׁלַּח mittes, immittes, dimittes, Exod. 15. v. 6. &c. *Cum affix.* תְּשַׁלְּחֵנִי dimittas me, 1. Reg. 11. v. 22., וַתְּשַׁלְּחֵהוּ & dimittis, *ſive* emittes eum, Job. 14. v. 20., תְּשַׁלְּחֶנּוּ dimittes eum, Deut. 15. v. 12., וַתְּשַׁלְּחֵם & expuliſti eos, Pſalm. 44. v. 3., *item fœm.* וַתְּשַׁלְּחִי & dimisiſti, 1. Sam. 19. v. 17., יְשַׁלַּח, & יְשַׁלַּח, Exod. 3. v. 20., Prov. 6. v. 14. &c. dimittet emittet, &c., וִישַׁלַּח ut dimittat, Exod. 6. verſ. 11., וַיְשַׁלַּח & emisit, dimisit, Gen. 8. vv. 7. 8. &c. *Cum affix.* אֲשֶׁר יְשַׁלְּחֶנּוּ יְהוָה בָּךְ quem mittet eum Deus contra te, Deut. 28. v. 48. וַיְשַׁלְּחֵנוּ & misit nos, Gen. 19. v. 13., וַיְשַׁלְּחֵהוּ & emisit eum, Gen. 3. v. 23., *item* dimisit eum, 2. Sam. 3. v. 23., וַיְשַׁלְּחֶהָ & dimisit eam, Gen. 21. v. 14., *item* & misit eam, Jud. 19. v. 29., וִישַׁלְּחֵם & emittit illas (*aquas*), Job. 12. v. 15., וַיְשַׁלְּחֵם מֵעַל יִצְחָק & dimisit, *ſive* ejecit, *& juxta Vulg.* ſeparavit eos ab Iſaac, Gen. 25. v. 6. *Fœm.* תְּשַׁלַּח misit, extendit, Pſal. 80. v. 12., וַתְּשַׁלַּח & emisit, Ezech. 17. v 6. *item cum affix.* וַתְּשַׁלְּחֵם & dimisit eos, Ioſ. 2. v. 21. *Plural. cum affix.* וַנְּשַׁלֵּחֲךָ & dimisimus te, Gen. 26. v. 29., בַּמֶּה נְשַׁלְּחֶנּוּ in quo, *ſive* quomodo remittamus eam (*arcam*), 1. Sam. 6. v. 2., תְּשַׁלְּחוּ emittetis, ejicietis, Num. 5. v. 3.; אַל־תְּשַׁלְּחוּ אֹתוֹ ne dimittatis eam (*arcam*), 1. Sam. 6. v. 3. *Cum affix.* וַתְּשַׁלְּחוּנִי מֵאִתְּכֶם & dimisiſtis, ejeciſtis, expuliſtis me à vobis, Gen. 26. v. 27., תְּשַׁלְּחוּם emittetis, ejicietis eos, Num. 5. v. 3., יְשַׁלְּחוּ, emittunt, Job. 21. v. 11. & וּפֶרַע לֹא יְשַׁלֵּחוּ, Ezech. 44. v. 20., & comam, *ſive* cæſariem non demittant, *i. e.* promiſſam habeant, *ut exponit Buxtorfius, vel ut alii notant*, demiſſam non geſtabunt: *Sunt, qui reddunt*, non dimittant *creſcere, i. e.* non ſtudiosè colant; *S. Hieronymus LXX. ſecutus, ſicut & Theodotion, aliique verterunt*, & comam non nutrient: וַיְשַׁלְּחוּ, Gen. 12. v. 20, *item* וַיְשַׁלְּחוּ, Jerem. 34. v. 10., & dimiſerunt: *Sed* וִישַׁלְּחוּ ut ejiciant, Num. 5. v. 2. *Cum affix.* וַיְשַׁלְּחוּהָ בַּעֲלוֹת הַשַּׁחַר & dimiſerunt eam, cùm aſcenderet aurora, Jud. 19. verſ. 25., וַיְשַׁלְּחוּם & dimiſerunt eos, 1. Sam. 6. v. 6. *Fœm.* תְּשַׁלַּחְנָה emittunt, Job. 39. v. 3. *Pyh. præter.* שֻׁלַּח בְּרַגְלָיו, Jud. 5. v. 15.

5. v. 15. miſsus eſt ad pedes ejus, *ſive* ad veſtigia ipsius, *ſcil Baraci, ut ſenſus ſit, qui vocatus cum ſua tribu Nepthalica acceſſit, & imperata fecit; Vulg. vertit*, veſtigia ſunt ſecuti; *videantur, quæ hoc in loco habent Interpretes*: שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו, Job. 18. v. 8. miſsus, *ſive* immiſſus eſt, impelletur in rete pedibus ſuis, *ſive* impellitur, *vel* incedit, ire permittitur cum reti in pedibus ſuis; *Vulg. habet*, immiſit in rete pedes ſuos; *legiſſe videtur* שִׁלַּח *pro* שֻׁלַּח, *&* רַגְלָיו *pro* בְּרַגְלָיו: *Item in pauſa* וְצִיר בַּגּוֹיִם שֻׁלָּח, Abd. 1. v. 1., & legatus in gentibus, *ſive* nuntius inter gentes miſsus eſt: *Vulg. legit in Kal* שָׁלַח; *nam vertit*, & legatum ad gentes miſit; *quo in ſenſu, activo ſcil. legerunt etiam LXX. Fœm.* שֻׁלְּחָה אִמְּכֶם dimiſsa eſt mater veſtra, Iſa. 50. v. 1., שֻׁלַּחְתִּי miſsus ſum, Dan. 10. v. 11. *Plur.* שֻׁלְּחוּ dimiſſi ſunt, Gen. 44. v. 3. *Partic.* וְנַעַר מְשֻׁלָּח, Prov. 29. v. 15. & puer dimiſsus, *i. e. ſibi, & ſuæ voluntati, ac libidini permiſsus*: קֵן מְשֻׁלָּח, Iſa. 16. v. 2. (*velut*) nidus dimiſsus, *ſive* ejectus, expulſus; *ubi* nidus *per metonymiam uſurpatur pro* pullis *in eo poſitis*: *Recte propterea Vulg. vertit*, & pulli de nido avolantes: *Sunt etiam, qui vertunt*, (ſicut avis fugiens) nido emiſſa, *ſive* ejecta: *Futur.* יְשֻׁלַּח־בּוֹ mittetur contra eum, Prov. 17. v. 11. *Hiph. Præter.* וְהִשְׁלַחְתִּי בָכֶם & immittam in vos, Levit. 26. v. 22., וְהִשְׁלַחְתִּי־בָהּ רָעָב & immittam in eam famem, Ezech. 14. v. 13. *Partic.* מַשְׁלִיחַ immittens, Exod. 8. verſ. 17. *Infin. cum præfix.* לְהַשְׁלִיחַ (cœpit) mittere, 2. Reg. 15. v. 37.

שְׁלַח *Chald.* miſit, *&c. ut ſupra in* שָׁלַח *Præter.* שְׁלַח לְמִכְנַשׁ miſit ad congregandum, *ſive* miſit, qui congregarent, Dan. 3. v. 2., דִּי־שְׁלַח qui miſit, Dan. 3. v. 28. *Plur.* שְׁלַחוּ עֲלוֹהִי miſerunt ad eum, Eſdr. 4. v. 11., 5. v. 7., שְׁלַחְתּוּן עֲלַיְנָא miſiſtis ad nos, Eſdr. 4. v. 18., עַל־דְּנָה שְׁלַחְנָא idcirco miſimus, Eſdr. 4. v. 14. *Pehil partic.* שְׁלִיחַ miſsus, Dan. 5. v. 24., Eſdr. 7. v. 14. *Futur.* יִשְׁלַח עֲלַיְנָא mittat ad nos, Eſdr. 5. v. 17., דִּי יִשְׁלַח יְדֵהּ qui extenderit manum ſuam, Eſdr. 6. verſ. 12.

שֶׁלַח *m. Eſt* : I. Miſſile, telum, *dictum* שֶׁלַח, *quia in hoſtem* emittitur, gladius, enſis, *è vagina* emiſſus : *uſurpatur etiam in ſenſu collectivo ; unde ſignificat* miſsilia, tela, 2. Paral. 32. v. 5., *ubi Vulg. reddit* armaturam : *& cum præfix.* וּבְעַד הַשֶּׁלַח, Joel. 2. verſ. 8. & per miſſilia, *ſive* enſes ; *Vulg. vertit*, &" per feneſtras : *In pauſa* הַשָּׁלַח gladius, Nehem. 4. v. 11., בַּשֶּׁלַח, *& in pauſa* בַּשָּׁלַח, Job. 33. v. 18., 36. v. 12. per miſſilia, per enſes, per gladium : *Cum affix.* שִׁלְחִי *vide infra ſuo proprio loco* : וְאִישׁ שִׁלְחוֹ בְּיָדוֹ, 2. Paral. 23. v. 10. & unicuique gladius ejus *erat* in manu ejus, *ſive* & quisque *habebat* gladium ſuum *in* manu ſua : אִישׁ שִׁלְחוֹ הַמָּיִם, Nehem. 4. v. 17., *variè locus iſte exponitur* : *Quidam vertunt*, cuique gladius ſuus *erat* aquis, *vel* in aquis, *i. e.* quiſque *tenebat* gladium, *etiam cum pergeret* ad aquas, *expiatorias ſcilicet* ; *Alii reddunt*, cujusque depoſitio, *vel* expoliatio-ejus ad aquas, *i. e. quiſque exuebat veſtes ſuas, tantum cum vellet ſe ſe mundare, ac ſanctificare* ; *à* שְׁלַח, *quo utitur Chaldæus pro* exuere, *&* exſpoliare : *Vulgat. habet*, unuſquiſque tantum nudabatur ad baptismum ; *videtur ſumpſiſſe* שִׁלְחוֹ *ut verbum cum affix.*, *atque legiſſe* שִׁלְּחוֹ dimittebat illud (*veſtimentum*), *unde per æquivalens reddidit*, nudabatur, *ita Guarin* : *Aliud* שִׁלְחוֹ *vide infra in* שֶׁלַח ; *vide & ſupra in verbo* שָׁלַח : II. *τό* שֶׁלַח *eſt* propago, *ab arbore* emiſſa : *Plur.* שְׁלָחִים propagines : *Cum affix.* שְׁלָחַיִךְ, Cant. 4. v. 13., propagines, *ſive juxta Vulg.* emiſſiones tuæ : III. שֶׁלַח, *& in pauſa* שָׁלַח, Gen. 10. v. 24. *eſt nom. propr. viri, qui à Vulg. appellatur* Sale : IV. *Eſt nom. piſcinæ, aut amnis ad radicem montis Sion* ; *occurrit autem cum præfix.* הַשֶּׁלַח, Nehem. 3. v. 15., *à Vulg. redditur* Siloe. *Vide quæ ſequuntur.*

שְׁלַח, *&* שְׁלַח *Vide ſupra in verbo ipſo* שָׁלַח *cum variis affixis.*

שֶׁלַח *m.* Dimiſſio : *Inde, juxta quoſdam, cum affix.* מִן־שִׁלְחוֹ אֹתָם, 1. Paral. 8. v. 8. poſt dimiſſionem ſuam, *ſive* à ſe earum, *ita Joa. Simon* ; *Sed rectius*, poſtquam ipſe dimiſiſſet eas, *nempe* Husim, & Baara uxores ſuas. *Relativum hic habetur maſculinum pro fœminino.*

שִׁלֹּחַ Sciloáhh, & *juxta Vulg.* Siloe, *nom. propr. fontis, ſive piſcinæ, de qua jam ſupra: Occurrit cum præfix.* הַשִּׁלֹּחַ, Iſa. 8. v. 6.

שִׁלְחִי Scilhhí. & *juxta Vulg.* Selahi, & Salai, *nom. propr. mulieris*, 1. Reg. 22. v. 42., 2. Paral. 20. v. 31.

שִׁלְחִים Scilhhím, & *juxta Vulg.* Selim, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 32.

שִׁלּוּחַ *m.* Munus, donum, *propriè quod* tranſmittitur: *Plur.* תִּתְּנִי שִׁלּוּחִים, Mich. 1. v. 14., da munera, *ita Buxtorfius cum aliis; At Vulg. vertit*, dabit emiſſarios: וַיִּתְּנָהּ שִׁלֻּחִים & dedit eam pro muneribus filiæ ſuæ, 1. Reg. 9. v. 16. *Item*, dimiſſiones: *Cum affix.* אַחַר שִׁלּוּחֶיהָ poſt dimiſſiones ejus, *id eſt*, poſtquam dimiſiſſet eam, Exod. 18. v. 2. *ubi Vulg. reddit*, quam remiſerat.

שְׁלוּחָה *fœm.* Propago, *ab arbore* emiſſa: *Plural. cum affix.* שְׁלֻחוֹתֶיהָ propagines ejus, Iſa. 16. v. 8.

שֻׁלְחָן *m.* Menſa, *à ciborum* miſſione, *vel* miſſis *dicta* שֻׁלְחָן, *ut notat Buxtorfius*: שֻׁלְחָן עָרוּךְ menſa inſtructa, Ezech. 23. v. 41. & *cum præfix.* הַשֻּׁלְחָן menſa, Exod. 25. v. 27., לְשֻׁלְחַן menſæ, 1. Paral. 28. v. 16. *Conſtr.* שֻׁלְחַן menſa, Num. 4. v. 7. *Cum affix.* שֻׁלְחָנִי menſa mea, Jud. 1. v. 7. שֻׁלְחָנֶךָ, Job. 36. v. 16. & שֻׁלְחָנְךָ, 2. Sam. 19. v. 29. menſa tua: מַאֲכַל שֻׁלְחָנוֹ cibus menſæ ejus, 1. Reg. 10. v. 5., שֻׁלְחָנָהּ menſa ejus: שֻׁלְחָנָם menſa ipſorum, Pſal. 69. v. 23. *Plur.* שֻׁלְחָנוֹת menſæ, Iſa. 28. v. 8. *Conſtr.* לְשֻׁלְחָנוֹת הַכֶּסֶף pro menſis argenteis, 1. Paral. 28. v. 16.

מִשְׁלַח *m.* Extenſio, miſſio, immiſio *uti multis cum Buxtorfio videtur. Aliis vero cum Joa. Simone eſt* locus, quo mittuntur *pecudes ad paſcendum; & à LXX. redditur βόσκημα, i. e.* paſcuum; *Vulg.* paſcua, Iſa. 7. v. 25. *Item* res, *in quam manus* immittitur: *Conſtr.* בְּכֹל מִשְׁלַח יֶדְכֶם, Deut. 12. v. 7. in omni extenſione, *ſive* immiſſione manus veſtræ, *Vulg. habet*, in cunctis, ad quæ miſeritis manum: לְמִשְׁלַח שׁוֹר, Iſa. 7. v. 25. pro emiſſione bovis, *i. e.* loco paſcuo, in quem bos immittatur, & *juxta Vulg.* in paſcua bovis.

מִשְׁלוֹחַ *m.* Miſſio, immiſſio, *ut poſt Aquilam à Buxtorfio, aliisque accipitur, ita* Iſa. 11. v. 14. מִשְׁלוֹחַ יָדָם immiſſio ma-

nus

nus eorum, *i. e.* in eos manus mittent, *more hoſtis*; *Vulg. ſenſum expreſſit*: וּמִשְׁלֹחַ מָנוֹת & miſſu, *ſive* miſſione portionum, Eſth. 9. v. 19.

מִשְׁלַחַת *f.* Miſſio, immiſſio, Pſal. 78. v. 49. *Sed* Eccl. 8. v. 8. וְאֵין מִשְׁלַחַת בַּמִּלְחָמָה *à Buxtorfio redditur*, & non miſſile in bello; *ab aliis vero*, & non dimiſſio in bello; *Unde optime Vulg. ſenſum ita expoſuit*, nec ſinitur quieſcere ingruente bello.

שֻׁלְחָן *m. Vide ſupra pag.* 1659.

* שָׁלְחָנָא *Chald. vide ſupra in verbo* שְׁלַח *item Chald.*

* שַׁלְּחָתוּן *Chald. vide ut ſupra in* שְׁלַח *Chald.*

שָׁלַט Dominatus eſt, dominium exercuit, dominium, poteſtatem habuit: *Conſtruitur cum præpoſit.* עַל, *&* בּ: *Præter.* שָׁלַט הָאָדָם בְּאָדָם dominatur homo in hominem, Eccl. 8. v. 8. *Plur.* שָׁלְטוּ עַל־הָעָם dominabantur in populum, *ſive* ſuper populum, Nehem. 5. v. 15. *Infin. cum præfix.* לִשְׁלוֹט בָּהֶם dominari illis, *utique ad interfectionem, exciſionemque*, Eſth. 9. v. 1. *Futur.* וְיִשְׁלַט בְּכָל־עֲמָלִי שֶׁעָמַלְתִּי & dominabitur omni labori meo, quo laboravi, Eccl. 2. v. 19. *Plur.* יִשְׁלְטוּ dominarentur, dominati ſunt *& juxta Vulg.* ſuperiores eſſe cœperunt, Eſth. 9. v. 1. *Hiph.* הִשְׁלִיט dominari fecit, dominium conceſſit, dominari ſivit, copiam, *vel* poteſtatem fecit: *Præter. cum affix.* וְהִשְׁלִיטוֹ & dominium, *i. e.* copiam, poteſtatem conceſſit ei, Eccl. 5. v. 18. *Futur.* וְאַל־תַּשְׁלֶט־בִּי, Pſal. 119. v. 133. & ne ſinas dominari in me, *ita Buxtorfius*; *Vulg. Pagninus, aliique vertunt*, & ne, *ſive* non dominetur mihi: יַשְׁלִיטֶנּוּ facit, *ſive* faciet poteſtatem ei, Eccl. 6. v. 2.

שְׁלֵט *Chald. ſignificat idem ac Hebr.* שָׁלַט: *Præter.* דִּי לָא־שְׁלֵט נוּרָא, Dan. 3. v. 27. quòd non dominatus eſſet ignis, *& juxta Vulg.* quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis: *Plur.* עַד דִּי־שְׁלִטוּ בְהוֹן, Dan. 6. v. 25. donec dominati ſunt in eos, *& juxta Vulgat.* donec arriperent eos (leones): *Futur.* תִּשְׁלַט dominaberis, *ſive* princeps eris, Dan. 5. v. 16., יִשְׁלַט dominabitur, Dan. 5. v. 7. *Fœm.* תִּשְׁלַט בְּכָל־אַרְעָא dominatur, dominabitur, imperabit univerſæ terræ, Dan. 2. v. 39. *Aphel præter cum affix.* וְהַשְׁלְטָךְ & dominatorem conſtituit te, *ſive* dominari

fecit

fecit te, Dan. 2. v. 38. וְהַשְׁלְטָךְ & dominatorem conſtituit eum, *ſive* dominari fecit eum, Dan. 2. v. 48.

שֶׁלֶט *m.* Scutum, validum *propriè*, *&* impenetrabile, umbo, clypeus: *Plur. cum præfix.* הַשְּׁלָטִים ſcuta, arma, 2. Reg. 11. v. 10. *Conſtr.* שִׁלְטֵי הַזָּהָב ſcuta, arma auri, *i. e.* aurea, 2. Sam. 8. verſ. 7. *Cum affix.* שִׁלְטֵיהֶם ſcuta ſua, *&* *juxta Vulg.* pharetras ſuas, Ezech. 27. v. 11.

שַׁלִּיט *m.* Dominator, dominium, poteſtatem habens, Eccl. 8. v. 8. *Cum præfix.* הַשַּׁלִּיט dominator, princeps, Gen. 42. v. 6., Eccl. 10. v. 5. *Plural.* שַׁלִּיטִים dominatores, principes, Eccl. 7. v. 19.

שַׁלִּיט *m. Chald.* poteſtatem habens, dominus valde potens, dominator, Dan. 2. v. 10. *Et emphat.* שַׁלִּיטָא poteſtatem habens, Dan. 2. v. 15. *Plur.* וְשַׁלִּיטִין & dominatores, Eſdr. 4. v. 20.

שַׁלֶּטֶת *f.* Dominatrix, domina: *Occurrit in pauſa* מַעֲשֵׂה אִשָּׁה־זוֹנָה שַׁלָּטֶת opus mulieris meretricis dominatricis, *&* *juxta Vulg.* procacis, Ezech. 16. v. 30.

שַׁלִּיטָא *m. Chald. emphat. vide ſupra in* שַׁלִּיט *Chald.*

שָׁלְטָן *m. Chald.* dominium, dominatus: בְּכָל־שָׁלְטָן מַלְכוּתִי in toto dominatu regni mei, Dan. 6. v, 27. *&* *cum præfix.* וְשָׁלְטָן & dominatus, poteſtas magna, Dan. 7. vv. 6. 14. *Conſtr.* שָׁלְטָן, Dan. 7. v. 14., *&* *emphat.* שָׁלְטָנָא, Dan. 7. verſ. 27. dominatus, poteſtas magna: *Cum affix.* וְשָׁלְטָנָךְ & dominatus tuus, & poteſtas tua magna, Dan. 4. v. 19., וְשָׁלְטָנֵהּ & dominatus ejus, *ſive* poteſtas ejus magna, Dan. 3. v. 33., שָׁלְטָנְהוֹן dominatus, *ſive* poteſtas eorum magna, Dan. 7. v. 12. *Plur. emphat.* שָׁלְטָנַיָּא dominatus, *metonymicè* dominatores, *&* *juxta Vulg.* reges, Dan. 7. v. 27.

שִׁלְטוֹן *m.* Dominatio, dominatus, potentia, *ſive* poteſtas magna, Eccl. 8. vv. 4. 8. *Item metonymicè τὸ* שִׁלְטוֹן *eſt* dominator: *Plur. conſtr.* וְכֹל שִׁלְטוֹנֵי מְדִינָתָא, Dan. 3. vv. 2. 3., & omnes dominatores provinciarum, *&* *juxta Vulg.* principes regionum. *R. Salomon in* 13. Zach. *ſcribit, hoc nomen de* principibus Iſraelis *nunquam dici, neque in textu Hebræo, neque in Targum.*

שָׁלְטָנָא *Chald. &* *plur.* שָׁלְטָנַיָּא *vide ſupra in* שָׁלְטָן.

שָׁלַךְ *in Kal innſitatum. Hiph.* הִשְׁלִיךְ jecit, abjecit, conjecit, dejecit, diſjecit, injecit, projecit: *Conſtruitur cum præpoſ.* עַל, אֶל, מִן, ל, ב. *Præter.* הִשְׁלִיךְ עָלָיו projecit ſuper eum, Num. 35. v. 20. *Cum affix* עַד־הִשְׁלִיכוֹ אוֹתָם, Jerem. 52. v. 3. donec projiceret ille eos: *eadem phraſis occurrit*, 2.Reg.24. v.20. *ſed ita legitur* עַד־הִשְׁלִכוֹ: הִשְׁלִיכָם projecit, abjecit eos, 2. Reg. 13. v. 23. *Fœm.* הִשְׁלִיכָה projecit, conjecit, 2. Sam. 11. verſ. 21., הִשְׁלַכְתָּ projeciſti, 1. Reg. 14. v. 9. *& cum affix.* וְהִשְׁלַכְתּוֹ & projicies illum, Jerem. 51. v. 63., וְהִשְׁלַכְתִּי & projiciam, Jerem. 7. v. 15. *& cum affix.* הִשְׁלַכְתִּיךָ projeci te, Ezech. 28. v. 17. *Plur.* הִשְׁלִיכוּ dejecerunt, projecerunt, *& juxta Vulg.* dejecta ſunt, Jerem. 9. v. 18., וְהִשְׁלִיכוּ & conjicient, *ſive* mittent, Ezech. 43. v. 24. *Fœm. cum* ה *paragog.* וְהִשְׁלַכְתֶּנָה, Amos 4. v. 3. & projicietis, *vel potius intranſitive*, & injicietis vos, *i. e.* ibitis, procedetis, *ſive ut habet Vulg.* & projiciemini: *Partic.* מַשְׁלִיךְ projicit, mittit, Pſal. 147. v. 17. *Plur. conſtr.* מַשְׁלִיכֵי projicientes, Iſa. 19. v. 8. *Infin.* וְהַשְׁלֵךְ & projiciendo, Jerem. 22. v. 19., עֵת לְהַשְׁלִיךְ, Eccl. 3. vv. 5. 6. tempus projiciendi, abjiciendi: *Imper.* הַשְׁלֵךְ projice, Pſal. 55. v. v. 23. *& cum affix.* הַשְׁלִיכֵהוּ, Exod. 4. v. 3. *& abſque* Jod *in medio*, הַשְׁלִכֵהוּ, 2. Reg. 9. v. 25., projice eum: *Fœm.* וְהַשְׁלִיכִי & projice, Jerem. 7. v. 29. *Plur.* הַשְׁלִיכוּ projicite, abjicite, Gen. 37. verſ. 22. *&c. Futur.* אַשְׁלִיךְ jaciam, abjiciam, projiciam, Joſ. 18. v. 8. *&c.*, וָאַשְׁלִיךְ, Zach. 11. v. 13. *item alia forma* וָאַשְׁלֵךְ, Deut. 9. v. 21., *& cum* ה *paragog.* וָאַשְׁלִיכָה, Nehem. 13. v. 8., & projeci: *Cum affix.* וָאַשְׁלִכֵהוּ & projeci illud, Exod. 32. v. 24., וָאַשְׁלִכֵם & projeci, abjeci eas (*tabulas*), Deut. 9. v. 17., וְתַשְׁלִיךְ, Mich. 7. v. 19. & projicies; *Aliis cum Vulg. eſt tertia perſona, redditurque*, & projiciet: *Sed* וַתַּשְׁלֵךְ, Pſalm. 50. v. 17. & projeciſti: *Cum affix.* אַל־תַּשְׁלִיכֵנִי ne projicias me, Pſal. 51. v. 13., וַתַּשְׁלִיכֵנִי & projeciſti me, Pſal. 102. v. 11. *Fœm.* וַתַּשְׁלִיכִי & projeciſti, Ezech. 23. v. 35., יַשְׁלִיךְ, Iſa. 2. v. 20. *&* יַשְׁלֵךְ, Job. 17. v. 33. projiciet, abjiciet, conjiciet: וַיַּשְׁלֵךְ & projecit, Exod. 7. v. 10. *Cum affix.* וַיַּשְׁלִיכֵהוּ, Dan. 8.

v. 7. *item* וַיַּשְׁלְכֵהוּ, Exod. 4. v. 3., & projecit eum: *Fœm.* וְתַשְׁלֵךְ אֱמֶת & projiciet veritatem, Dan. 8. v. 12. *ubi LXX. paſſivè vertunt*, καὶ ἐῤῥίφη & projecta eſt; *ita & Vulgat. accepit; Nam habet*, & proſternetur veritas: וַתַּשְׁלֵךְ & abjecit, Gen. 21. v. 15. *Cum affix.* וְתַשְׁלִיכֵהוּ & disjiciet, proſternet, *& juxta Vulg.* præcipitabit eum, Job. 18. v. 7. *Plur. cum* ה *paragog.* וְנַשְׁלִיכָה & projiciamus, Pſal. 2. v. 3. *& cum affix.* וְנַשְׁלִכֵהוּ & mittamus eum, Gen. 37. v. 20., לַכֶּלֶב תַּשְׁלִכוּן cani projicietis, Exod. 22. v. 30. *& cùm affix.* תַּשְׁלִיכֻהוּ projicietis eum, Exod. 1. v. 22., יַשְׁלִיכוּ mittent, *& juxta Vulg.* mittentes, 2. Reg. 3. v. 21. *item* projicient, Ezech. 7. v 19., וַיַּשְׁלִיכוּ, 2. Reg. 13. v. 21. *item* וַיַּשְׁלִכוּ, Gen. 37. v. 24. & projecerunt, miſerunt: *Cum affix.* וַיַּשְׁלִיכוּם, 2. Paral. 25. v. 12. *item* וַיַּשְׁלִכֻם, Joſ. 10. v. 27. & dejecerunt, projecerunt eos. *Hoph. præter.* וְהָשְׁלַךְ & abjectus, dejectus eſt, Dan. 8. v. 11. *Fœm. in pauſa* הָשְׁלָכָה projecta, dejecta, Ezech. 19. verſ. 12., הָשְׁלַכְתָּ projectus, ejectus es, Iſa. 14. v. 19.; הָשְׁלַכְתִּי projectus ſum, Pſal. 22. v. 11. *Plur.* וְהָשְׁלְכוּ & abjecti ſunt, Jerém. 22. v. 28. *Partic.* מֻשְׁלָךְ projectum (*caput*), 2. Sam. 20. v. 21. *Plur.* מֻשְׁלָכִים projecti, ejecti, Jerem. 14. v. 16. *Fœm.* מֻשְׁלֶכֶת projectum, Jerem. 36. v. 30. *Futur. f.* וַתֻּשְׁלְכִי & projecta es, Ezech. 16. v. 5. *Plur. in pauſa* יֻשְׁלָכוּ projicientur, Iſa. 34. v. 3.

שָׁלָךְ *m.* Mergus, *avis ſcil. dictà* שָׁלַךְ, *quòd ſe ad capiendos piſces in aquam* dejiciat, *ita, non Buxtorfius modo, ſed & major Interpretum pars exponit: Verum Bocharto, quem alii ſequuntur,* τὸ שָׁלָךְ *eſt avis* catarrhactes, *quæ vel è ſummis ſcopulis, vel è ſublimi aere, quovis telo celerius, in mare ſe præcipitem* dejicit, *& ad orgyæ menſuram immerſa piſces captat, quos emerſa ſtatim devorat: Occurrit cum præfix.* הַשָּׁלָךְ, Levit. 11. v. 17., Deut. 14. v. 17.

שַׁלֶּכֶת *f. Nomen portæ Hieroſolymis, à* conjecta, *&* accumulata *terra, ad parandam viam regis, ſic dicta*, 1. Paral. 26. v. 16., Iſa. 6. v. 13. *Confer*, 1. Reg. 10. vv. 5. 12., 2. Chron. 9. v. 11. *Hactenus Buxtorfius: Aliis tamen eſt* abjectio, projectio, *& præcipue* Iſa. 6. v. 13.

ubi occurrit cum præfix. ita בְּשַׁלֶּכֶת in abjectione, *vel* projectione (*foliorum*) ; *&* *juxta quoſdam* in emiſſione (*frondium*).

שָׁלַל Spoliavit, prædatus, deprædatus eſt: *Præter.* וְשָׁלַל שְׁלָלָהּ & ſpoliet ſpolium ejus, *ſive*, *juxta Vulg.* & deprædabitur manubias ejus, Ezech. 29. v. 19. שַׁלּוֹתָ ſpoliaſti, Habac. 2. v. 8. *Plur.* וְשָׁלְלוּ & prædabuntur, & ſpoliabunt, Ezech. 26. v. 12. *Partic. plur.* הַשֹּׁלְלִים deprædantes, ſpoliantes, Zach. 2. v. 12. *Cum affix.* שֹׁלְלֶיהָ ſpoliantes, *ſive juxta Vulg.* vaſtantes eam, Jerem. 50. v. 10., שֹׁלְלֵיהֶם prædatores, *ſive* vaſtatores ſui: *Infin.* לִשְׁלֹל ad ſpoliandum, ad prædandum, Iſa. 10. verſ. 6., הֲלִשְׁלֹל nunquid ad prædandum? Ezech. 38. v. 13. *Et contractè* שֹׁל, *quod mox infra vide*: *Imper.* שַׁל *vide ſupra in* נָשַׁל *pag.* 814. *Futur. plur.* שֹׁל־תָּשֹׁלּוּ לָהּ, Ruth 2. v. 16. *variè redditur*: *Nam Buxtorfius ita habet*, ſpoliando ſpoliabitis ipſi, *i. e.* relinquetis ipſi ſpolium, *ſpicas ſcil. quas colligat*: *Alii vero arbitrati*, τῷ שָׁלַל *propriè ſignificare* extraxit, detraxit, *ut* שׁוּל, *atque hinc habere ſenſum* ſpoliandi, *hoc loco vertunt*, extrahendo extrahetis, *ſive* extrahatis, detrahatis ei (de acervis, *vel* de manipulis, *i. e. de ſpicis* manipulorum) : *Alii cum R. Salomone hoc ipſum verbum à* שָׁלָה, *quod inter alia ſonat etiam* obliviſci, errare, *derivantes reddunt*, obliviſcendo obliviſcimini (de manipulis) : *Vulg. ibidem ſenſum expreſſit*: *Cum affix.* יְשָׁלּוּךָ ſpoliabunt te, Habac. 2. v. 8. *Niph. futur.* יִשַּׁל, *&* יִשַּׁל *vide ſupra in* נָשַׁל *pag.* 814. *Hithp. præter. plur. cum* א *pro* ה *ex Chaldaiſmo*, *ſive Syriſmo*, *ita ſcil.* אֶשְׁתּוֹלְלוּ *pro* הִשְׁתּוֹלְלוּ Pſal. 76. v. 6., in prædam dediderunt ſe, *ſive* prædam ſe fecerunt, ſpoliandos ſe exhibuerunt, *ita Buxtorfius*, *Joa Simon*, *&* *alii*. *At Pagninus vertit*, ſpoliati fuerunt; *R. Salomon ita exponit*, aberrantes, veſani, ſtulti habiti ſunt: *Sed & LXX.*, *atque Vulg. reddiderunt* turbati ſunt: *Partic.* מִשְׁתּוֹלֵל, Iſa. 59. v. 15. prædæ exponit ſe, prædam ſe facit, *&* *juxta Vulg.* prædæ patuit: *R. Salomon ita interpretatur*, aberrans, veſanus, ſtultus habetur: *Futur. quoad formam*, *ſed re præter. plur.* אֶשְׁתּוֹלְלוּ *vide ſupra*.

שָׁלָל *m.* Præda, ſpolium, *hoſti* detractum, Gen. 49. v. 27. *&c. Cum præfix.* הַשָּׁלָל ſpolium, præda, Num. 31. v. 11., בַּשָּׁלָל in præda, in ſpolio, Joſ. 7. v. 21, לְשָׁלָל, Jerem. 21. v. 9. *&* לַשָּׁלָל, 2. Reg. 3. v. 23., in ſpolium, in prædam, ad prædam: וּמִשָּׁלָל & de præda, de ſpolio, 1. Sam. 30. v. 19., מֵהַשָּׁלָל de præda, 1. Sam. 15. verſ. 21. *Conſtr.* שְׁלַל ſpolium, Deut. 20. v. 14. מִשְּׁלַל de præda, 1. Sam. 30. v. 26. *Cum affix.* שְׁלָלֵךְ præda tua, ſpolium tuum, Zach. 14. v. 1., שְׁלַלְכֶם ſpolium veſtrum, Iſa. 33. v. 4., שְׁלָלָהּ præda ejus, Joſ. 8. v. 2., שְׁלָלָם præda eorum, 2. Paral. 20. v. 25.

שׁוֹלָל *m.* Spoliatus, *juxta Buxtorfium*: *At, ut idem addit,* τὸ שׁוֹלָל *R. Salomoni eſt* aberrans, veſanus, inſanum agens, *quaſi* מְטוֹרָף מִדַּעְתּוֹ raptus, *&* ſpoliatus mente ſua, *ut Aben Eſra ſcribit: Nec immerito: Nam, ut animadvertit Joa. Simon,* τὸ שׁוֹלָל *ſemper cum verbo* ילך *conſtruitur; ideoque commodè, vi formæ, exponitur* error, *quo quis* hinc inde oberrat, oberratio: *metonymicè* errabundus, hinc inde oberrans, *petita ſignificatione à* שָׁלָה erravit: *Sic* מוֹלִיךְ יוֹעֲצִים שׁוֹלָל, Job. 12. v. 17., qui facit, ut conſiliariorum quiſque amens, *ſive* demens fiat, *ita apud Buxtorfium; Alii reddunt*, qui facit conſiliarios ire ſine conſilio, *vel* qui abducit conſiliarios, ut ſpolium; *quæ quidem verſio innititur auctoritati LXX. & Aquilæ: Vulg. habet*, qui adducit conſiliarios in ſtultum finem; *in quem fermè ſenſum accepit & Symmachus: Nam vertit*, adducens eos, qui prudenter deliberant, in conſilii inopiam: *Variè quoque redditur &* verſus 19. *ejuſdem* Job. *in eodem capite. Occurrit etiam* Mich. 1. v. 8., *ſed cum* Jod *in medio loco* Vau *ita* אֵילְכָה שֵׁילָל vadam ſpoliatus

שָׁלַם Completus, perfectus, conſummatus, integratus, redintegratus fuit: *Item, quum pax ſit partium inter ſe diſſidentium* redintegratio, *hinc* τὸ שָׁלַם *ſignificat etiam* pacatus fuit, pacem precatus eſt, *i. e.* ſalutavit: *Præter. plur.* וְשָׁלְמוּ & complebuntur, *ſive* conſummabuntur, Iſa. 60. v. 20. *Partic. cum affix.* אִם־גָּמַלְתִּי שׁוֹלְמִי רָע, Pſal. 7. v. 5. ſi retribui, *ſive* intuli pacificè degenti, *ſive* pacem colenti, habenti mecum, malum; *ita Buxtorfius, alii*que:

que : Sed LXX. quos cum Vulg. ſequuntur multi, ſunt interpretati, εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά, i. e. ſi reddidi retribuentibus mihi mala, i. e. ſi retribui illi ſecundum retributionem ejus, ſive ſi reddidi malum illi, qui mihi malum rependit: Nec ſenſus iſte alienus: Nam in omnium ſententia verbum שָׁלַם, in Pihel ſaltem, paſſim viciſſitudinem includit, ſignificatque rependere, retribuere: Partic. Pahul שָׁלוּם vide inter nomina: Imper. in pauſa וּשְׁלָם & pacem habe, Job. 22. v. 21. Futur. in pauſa וַיִּשְׁלָם & pacem habuit, ſive juxta quoſdam & ſuſtinuit, permanſit, incolumis, ſalvus fuit, Job. 9. v. 4., וַתִּשְׁלַם & perfectum, conſummatum eſt, 1. Reg. 7. v. 51., 2. Paral 5. v. 1., Nehem. 6. v. 15. Pih. שִׁלֵּם, & שִׁלַּם perfecit, complevit, abſolvit, conſummavit: Item ſolvit, perſolvit, reddidit, rependit, retribuit, compenſavit, redintegravit: Præter. וְשִׁלַּם אֶת־הַבָּיִת & abſolvit, ſive perfecit domum, 1. Reg. 9. v. 25., שִׁלַּם־לִי reddidit mihi, Jud. 1. v. 7., וְשִׁלַּם אֹתוֹ & rependat illud, Levit. 5. v. 24., שִׁלַּמְתִּי reddidi, Prov. 7. v. 14., item reddam, Iſa. 65. v. 6. Plur. וְשִׁלְּמוּ & ſolvent, Iſa. 19. v. 21., שִׁלַּמְתֶּם reddidiſtis, Gen. 44. verſ. 4. Partic. מְשַׁלֵּם redintegrans, compenſans, reddens, rependens, Deut. 7. v. 10., Pſal. 31. v. 24. Plur. מְשַׁלְּמִים, Joel. 4. verſ. 4. & conſtr. מְשַׁלְּמֵי, Pſal. 38. v. 21., rependentes, retribuentes: Infin. שַׁלֵּם rependendo, compenſando, reddendo, Exod. 21. v. 36., 22. vv. 2. 5., Jerem. 51. v. 56., לְשַׁלֵּם ad reddendum, Prov. 22. v. 27. Cum affix. לְשַׁלְּמִי ad reddendum me, ſive ut reddam ego, Pſal. 61. verſ. 9., לְשַׁלְּמוֹ ad reddendum, ſive ſolvendum illud, Deut. 23. v. 22., Eccl. 5. v. 3. Imper. שַׁלֵּם, Pſal. 50. v. 14., Eccl. 5. v. 3. & fœm. שַׁלְּמִי, 2. Reg. 4. v. 7. redde, ſolve: Plur. שַׁלְּמוּ reddite, Pſalm. 76. v. 12, rependite, Jerem. 50. v. 29. Futur. אֲשַׁלֵּם rependam, retribuam, perſolvam, reddam, Deut. 32. v. 41., Pſal. 22. v. 26. &c. Et cum ה paragog. אֲשַׁלְּמָה, Prov. 20. v. 22., & in pauſa אֲשַׁלֵּמָה, Jon. 2. v. 10., reddam: תְּשַׁלֵּם reddes, Job. 22. verſ. 27., יְשַׁלֵּם, Prov. 6. v. 31., & יְשַׁלֶּם־, Job. 21. v. 31., reddet, rependet: & cum rela-

tivo

tivo præfix. שֶׁיְּשַׁלֶּם־לָךְ qui rependet, retribuet tibi, Pſal. 137. v. 8. *Cum affix.* יְשַׁלֶּמְךָ reddat tibi, 1. Sam. 24. v. 20., יְשַׁלְּמֶנָּה reddet eam, Levit. 24. verſ. 18., הַמֵעִמְּךָ יְשַׁלְּמֶנָּה, Job. 34. v. 33. *locus iſte obſcurus valde*; *LXX. ſunt interpretati*, μὴ ἀπὸ σοῦ ἀποτίσει αὐτήν, *i. e.* nunquid à te reddet eam? *Vulg. vero habet*, nunquid à te, Deus, expetit eam? *Alii vertunt*, an *erit* ex te, quomodo ille aliquid retribuet? *Plur. cum* ה *paragog.* וּנְשַׁלְּמָה & reddemus, Hoſe. 14. v. 3. *Cum affix.* יְשַׁלְּמוּנִי retribuent, *& juxta Vulg.* retribuebant mihi, Pſal. 35. v. 12. *Pyh. partic. cum præfix.* כִּמְשֻׁלָּם ſicut conſummatus, perfectus, *vel* pacatus, *ſive* cui perfectè retributum eſt, Iſa. 42. v. 19. *ubi Vulg. habet*, niſi qui venundatus eſt: *Futur.* יְשֻׁלַּם perſolvetur, reddetur, Pſal. 65. v. 2., *& in pauſa* יְשֻׁלָּם reddetur, retributio dabitur, *ſive* compenſatione afficietur, Prov. 11. v. 31. *Cum præfix.* ה *interrog.* הַיְשֻׁלַּם an reddetur? Jerem. 18. verſ. 20. *Hiph.* הִשְׁלִים integrum fecit; *hinc* conſummavit, perfecit, finivit: *Item* pacificavit, *i. e.* pacem fecit, *ſive* iniit, *&* pacatum reddidit: *Præt. fœm.* כִּי־הִשְׁלִימָה אֶת־יְהוֹשֻׁעַ, Joſ. 10. v. 4., quia pacem fecit cum Joſue; *Vulg. vertit*, quare transfugerit ad Joſue: *Plur.* וְכִי הִשְׁלִימוּ & quòd pacem feciſſent (*cum Iſrael*), Joſ. 10. v. 1. *Futur. cum affix.* תַּשְׁלִימֵנִי, Iſa. 38. vv. 12. 13. conſummabis, finies me: כִּי יַשְׁלִים, Job. 23. v. 14. quia perficiet; *Vulg. vertit*, cumque expleverit: *item* complet, perficit, Iſa. 44. verſ. 26. *& abſque* Jod *in medio*, יַשְׁלִם, Iſa. 44. v. 28., perficiet, complebit; *item* pacatos faciet, *& juxta Vulg.* convertet ad pacem, Prov. 16. v. 7., וַיַּשְׁלֵם & pacem inivit, habuit, 1. Reg. 22. v. 45. *fœm.* תַּשְׁלִים pacem inibit, Deut. 20. v. 12. *Plur.* וַיַּשְׁלִימוּ, 1. Paral. 19. v. 19., *item* וַיַּשְׁלִמוּ, 2. Sam. 10. v. 19., & pacem inierunt, fecerunt. *Hoph. præter. fœm.* הָשְׁלְמָה־לָךְ pacifica tibi, Job. 5. v. 23.

שְׁלֵם *Chald. idem ſonat ac Hebraicum, de quo ſupra: Partic. Pehil* וְלָא שְׁלִים & non eſt perfecta, *ſive* conſummata, abſoluta, Eſdr. 5. verſ. 16. *Aphel præter. cum affix. & præfix.* וְהַשְׁלְמַהּ & finivit, perfecit, complevit illud,

illud, Dan. 5. v. 26. *Imper.* הַשְׁלֵם קֳדָם אֱלָהּ יְרוּשְׁלֶם exhibe, *vel* redde coram Deo Hieroſolymæ, Eſdr. 7. v. 19.

שָׁלֵם *m.* Integrum, perfectum, completum, *id eſt nulla ex parte* diminutum, *ut* Gen. 15. v. 16. *Item metaphoricè* integer animo, *ſic* לְבַבְכֶם שָׁלֵם cor veſtrum perfectum, 1. Reg. 8. v. 61., *item* ſalvus, incolumis, *cujus res omnes integræ, & ſalvæ ſunt, ſic* Gen. 33. v. 18., *ut Buxtorfius, Joa. Simon, aliique Interpretes exponunt; Verum multis cum Vulg. τὸ* שָׁלֵם *laudato in loco eſt nom. propr. civitatis* Sichimorum : *Hoc ipſum vide mox infra poſt hanc dictionem : Sed* בִּשְׁלֵם *dictio eſt compoſita ex* בְּשֶׁל, *ubi vide pag.* 136. *in ipſo verbo, & inter nomina :* בִּשֶׁלְּמִי *autem vide ſupra in particula* שֶׁל *pag.* 1645. *Plur.* שְׁלֵמִים pacifici, perfecti (*animo*), Gen. 34. v. 21., Nahum. 1. v. 12. *Fœm.* אֶבֶן שְׁלֵמָה lapis integer, *id eſt*, pondus integrum, Deut. 25. v. 15., וְתְהִי מַשְׂכֻּרְתֵּךְ שְׁלֵמָה & erit merces tua perfecta, *ſive* plena; Ruth 2. v. 12. *Plur.* אֲבָנִים שְׁלֵמוֹת lapidibus integris, *i. e.* informibus, & impolitis, *ut exponit Vulg.*, Deut. 27. v. 6.

שָׁלֵם Scalém, *nom. propr. urbis*, Gen. 14. v. 18. *Hanc autem fuiſſe poſtea dictam* Jeruſalem, *tuetur Joſephus* Antiq. lib. 1. c. 10., *tenent & omnes ferè Patres, atque Interpretes. A nonnullis tamen τὸ* שָׁלֵם *fuit conſtituta in regione* Sichemitarum : *In cujus quidem ſententiæ argumentum affertur illud* Gen. 33. v. 18. וַיָּבֹא יַעֲקֹב שָׁלֵם עִיר שְׁכֶם & venit, *ſive* tranſivit Jacob in Salem urbem Sichimorum. *At plerique è recentioribus Interpretibus, poſt Rabbinos, vocem* שָׁלֵם *hoc in loco adjectivè, pro* incolumi *ſcil.* ſalvo, ſano *accipiendam arbitrantur; atque reddendum*, venit ſalvus, & incolumis in urbem Sichem, *quæ, ut putant, apud* S. Joannem iv. v. 5. *appellatur* Sichar, *quæque & hodie innoteſcit nomine* Neapoleos, *& adjacet* Samariæ. *Cum præfix.* בְּשָׁלֵם, Pſal. 78. v. 3. in Salem, *h. e.* in Jeruſalem; *nam additur ſtatim* בְּצִיּוֹן in Sijon, *ita reddunt recentiores multi cum Pagnino : LXX. tamen, Vulg aliique vertunt* in pace, *quod & primigenii textus ſenſui optimè congruit.*

שֶׁלֶם *m.* Sacrificium, euchariſticum, *ſive* pacificum, *quod pro* pace, *&* incolumitate, ſalute, *ac* beneficiis *Deo offereba-*

שָׁפָה· Extulit ſe, eminuit, prominuit; *in Kal inuſit. Aliud, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, ita ſcil.* שָׂפָה *vide infra ſuo loco. Niph. partic.* עַל הַר־נִשְׁפֶּה, Iſa. 13. v. 2. ſuper montem elatum, *ſive* eminentem, *& juxta Vulg. alioſque* caliginoſum, *à* נֶשֶׁף, *quod latinè ſonat*, obſcuritas, tenebræ, crepuſculum. *Pyh. præter. plur.* וְשֻׁפּוּ, Job. 33. v.21. *ubi ſcriptum occurrit cum* Jod *in fine loco* Scurek, *ſcil.* וְשֻׁפִּי; *omnes tamen, non Maſſorethæ tantum, & Rabbini, ſed & Vulgatus, aliique veteres legerunt, ut ſupra*, וְשֻׁפּוּ. *Variè autem à variis redditur: R. Levi, quem nonnulli ex recentioribus ſequuntur, vertit*, & emineant, *ſive, juxta Joa. Simonem*, & prominentia reddentur, redduntur: *Alii cum Aben Eſra, Chaldaicam verbi ſignificationem ſequuti, interpretantur*, & confriguntur, *vel* contundentur, *ſive* frangentur: *LXX vero habent, καὶ ἀποδείξῃ* & oſtenderit (oſſa ſua); *Vulgat. eumdem ſenſum ſequutus vertit*, & (oſſa, quæ tecta fuerant) nudabuntur: *Quæ quidem interpretatio ad hebraicam vocis radicem propius accedit. Nam, quæ* excelſa, *&* prominentia *ſunt, omnium oculis* patere *ſolent; adeoque* nuda, *i. e.* aperta, *&* manifeſta, *latina phraſi dicuntur.*

שָׁפָה *f.* Caſeus, *à forma* excelſiore, *&* elevata *dictus* שָׁפָה, *uti quibuſdam videtur* : שְׁפִי; *&* שֶׁפִי *vide infra ſuo loco poſt hanc dictionem* : *Plur. conſtr.* וּשְׁפוֹת בָּקָר, 2. Sam. 17. v. 29. (obtulerunt) & caſeos bovis, *fœm. ſcil.*, *i. e.* caſeos vaccinos ; *& ita exponit R. D. juxta Targum* וְגֻבְנִין דַּחֲלַב־תּוֹרִין & caſeos lactis vaccarum ; *LXX. retinuerunt Hebræam vocem* ; *habent enim*, *καὶ σαφὼθ βοῶν* & ſaphoth boum ; *Vulg. vero vertit*, & pingues vitulos. *Sed* הַשְּׁפוֹת *vide ſupra in* אַשְׁפֹּת *pag.* 71.

שְׁפִי *m.* Clivus, locus eminens : *In pauſa* וַיֵּלֶךְ שֶׁפִי, Num. 23. v. 3. & abiit in clivum, *ſive* ad locum eminentem : *Aliud*, *ſed nom. propr. vide infra ſuo loco* : שְׁפִי *vide ſupra in verbo* שָׁפָה : *Plural.* שְׁפָיִים, Iſa. 41. v. 18., 49. v. 9., Jerem. 3. v. 21. *&* שְׁפָיִם, Jerem. 3. v. 2., 4. v. 11., colles, loci eminentes : *Vulg. variè reddit*, *ſcil.* (in) collibus, viis, (in) directum.

שְׁפִי Scephí, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 1. v. 40.

שְׁפוֹ Scephó, Gen. 36. v. 23., *nom. propr. viri*, *qui* 1. Paral. 1. v. 40. *dicitur* שְׁפִי.

שָׂפָה *f. Latinè generatim ſonat*, extremitas, ora : *Joa. autem Simon arbitratur*, *ſcriptum pro* סָפָה, *à radice* ספה finitus eſt. *Speciatim vero* שָׂפָה *eſt* : I. Extremitas *fluvii*, *i. e.* ripa, Gen. 41. vv. 3. 17. *& item* extremitas *maris*, *i. e.* littus, Gen. 22. v. 17., Exod. 14. v. 30. II. Extremitas *loci*, *ſive* limes, *ſic conſtr.* עַד שְׂפַת uſque ad limitem, extremitatem, *& juxta Vulg.* crepidinem. III. Extremitas, *ſive* ora *veſtis*, *i. e.* fimbria, *ſic* Exod. 28. v. 32, IV. Extremitas, *ſive* margo, labium *vaſis*, *ut* 1. Reg. 7. v. 26., 2. Paral. 4. v. 5. V. Extremitas *oris*, *i. e.* labia, *ut* Pſalm. 22. v. 8. *&c.* VI. *Metonymicè acceptum ſonat*, ſermo, eloquium, *ut* Gen. 11. vv. 1. 7. 9., Iſa. 33. v. 19., Soph. 3. v. 9. *&c. Cum præfix.* בְּשָׂפָה labio, Pſal. 22. v. 8. *vide hoc ipſum expoſitum ſupra in* פָּטַר *pag.* 1073. *Conſtr.* שְׂפַת ripa, littus, labium, *&c.* Exod. 2. v. 3. *&c. Cum præfix.* בִּשְׂפַת in ora, in extremitate, Exod. 26. v. 4., 36. v. 11., לִשְׂפַת ad ripam, Dan. 12. v. 5., מִשְּׂפַת־שָׁקֶר, Pſal. 120. v. 2. a labio mendaci, *& juxta Vulg.* a labiis iniquis : *Cum affix.* עַל־שְׂפָתוֹ, Exod. 38. v. 26. ſuper oram ejus, *ſive* in ora

ejus :

ejus: וּשְׂפָתוֹ & labium ejus, 1. Reg. 8. v. 26., מִתַּחַת לִשְׂפָתוֹ ſubter labium ejus, 1. Reg. 7. v. 24., מִשְּׂפָתוֹ a labio ejus, 1. Reg. 7. v. 23., אֶל־שְׂפָתָהּ ad labium ejus, Ezech. 43. v. 13., שְׂפָתָם ſermo, eloquium, *& juxta Vulgat.* lingua eorum, Gen. 11. v. 7. *Duale* שְׂפָתַיִם אַךְ־דְּבַר, 2. Reg. 18. v. 20. (dixiſti, *ſcil. apud te*), certè ſermo labiorum, *i. e. eloquentia, & facundia eſt mihi: Vulg. ſenſum expreſſit. In pauſ.* עֲרַל שְׂפָתָיִם, Exod. 6. verſ. 12. incircumciſus labiis: בִּשְׂפָתַיִם labiis, Levit. 5. verſ. 4. *Conſtr.* בְּלֹא שִׂפְתֵי מִרְמָה, Pſal. 17. v. 1. abſque labiis doli, *i. e.* doloſis: בְּשִׂפְתֵי, in labiis, Proverb. 10. v. 13. *Cum affix.* שְׂפָתַי, Pſal. 40. v. 10. *&* שְׂפָתָי, Pſal. 16. v. 4. labia mea: בִּשְׂפָתַי in labiis meis, Pſal. 119. v. 13., שְׂפָתֵינוּ labia noſtra, Pſal. 12. v. 5. שְׂפָתֶיךָ labia tua, Prov. 5. v. 4., בִּשְׂפָתֶיךָ in labiis tuis, 2. Reg. 19. v. 28., שְׂפָתָיו labia ejus, *vel* ſua, Job. 11. v. 5., *&c.*, בִּשְׂפָתָיו labiis ſuis, Job. 2. v. 10., שְׂפָתֶיהָ labia ejus, Prov. 7. verſ. 21., שִׂפְתֵיהֶם, Prov. 24. v. 2., *& cum affix. poetico* שְׂפָתֵימוֹ, Pſal. 59. v. 13. *&c.* labia ipſorum, ſuorum, *ſive* labiis eorum. *Fœm. plur.* וְשִׂפְתוֹת & labia, Eccl. 10. v. 12. *Cum affix.* בְּשִׂפְתוֹתֶיךָ in labiis tuis, Pſal. 45. v. 3., שִׂפְתוֹתַיִךְ, Cant. 4. vv. 3. 11. labia tua: שִׂפְתוֹתֵיכֶם labia veſtra, Iſa. 59. v. 3., שִׂפְתוֹתָיו labia ejus, Cant. 5. v. 13., בְּשִׂפְתוֹתֵיהֶם in labiis eorum, Pſal. 59. v. 8.

שָׂפַח *Radix Hebræis inuſitata. Aethiop. vero, Joa. Simone interprete, ſignificat,* extendit, diffudit. *Aliud, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, videl.* שָׂפַח *vide infra ſuo loco. A radice autem* שָׂפַח extendit, *&c., ſunt, uti quibuſdam videtur, nomina, quæ ſequuntur.*

שִׁפְחָה *f.* Ancilla, famula, Gen. 16. v. 1. *&c. dicta* שִׁפְחָה, *quòd ſit velut* extenſio, diffuſio rei domeſticæ, *&* facultatum: ſervi *enim*, *&* ancillæ *paſſim* facultatibus *accenſentur; ita Joa. Simon: Cum præfix.* הַשִּׁפְחָה ancilla, Exod. 11. v. 5., כַּשִּׁפְחָה ſicut ancilla, Iſa. 24. v. 2., לְשִׁפְחָה cum ancilla, Gen. 29. v. 29. *Sed* מִשְׁפָּחָה *vide ſuo loco poſt hanc dictionem: Conſtr.* שִׁפְחַת ancilla, Gen. 16. v. 8. *Cum affix.* אֶל־שִׁפְחָתִי ad ancillam meam. Gen. 16. v. 2. שִׁפְחָתְךָ, 1. Sam. 1. v. 16., *& in pauſa* שִׁפְחָתֶךָ, 1. Sam. 28. v. 22., *&* שִׁפְחָתֵךְ, Gen. 16. v. 6. ancilla tua: בְּשִׁפְחָתְךָ in ancillam tuam, 2. Reg. 4.

 v. 16.,

v.16., לְשִׁפְחָתְךָ ancillæ tuæ, 2. Reg. 4. v. 2., שִׁפְחָתוֹ, Gen. 29. v. 24. & שִׁפְחָתָהּ, Gen. 16. v. 3., ancilla ejus, ancilla ſua: *Plur.* שְׁפָחוֹת, שְׁפָחֹת, Gen. 12. v. 16., 39. v. 43., & הַשְּׁפָחוֹת, Gen. 33. v. 1., ancillæ: וְלִשְׁפָחוֹת & in ancillas, Deut. 28. v. 68. *Cum affix.* כְּאַחַת שִׁפְחֹתֶךָ ſicut una ancillarum tuarum, Ruth 2. v. 13., שִׁפְחוֹתֵיכֶם ancillæ veſtræ, 1. Sam. 8. v. 16., שִׁפְחֹתָיו famulæ ſuæ, Gen. 32. v. 23.

מִשְׁפָּחָה *f.* Familia, genus, tribus, *in quam parentes* ſe ſe extendunt, & diffundunt. *Interdum pro* aliqua gente, *ſive* natione *ſumitur, quòd ea, maximè poſt confuſionem linguarum, à capite alicujus* familiæ *originem duxerit, ut* Amos 3. v. 1. עַל כָּל־הַמִּשְׁפָּחָה ſuper omnem nationem, & *juxta Vulg.* cognationem: *Sed* לְכָל־הַמִּשְׁפָּחָה, 1. Sam. 20. v. 6. omni familiæ, *ſive* tribui ſuæ; *Vulg. habet* univerſis contribulibus ſuis: וּלְמִשְׁפָּחָה & familiæ, Jud. 17. v. 19., מִמִּשְׁפָּחָה de tribu, & *juxta Vulg.* de cognatione, Jerem. 3. v. 14. *Conſtr.* מִשְׁפַּחַת familia, genus, &c. Levit. 25. verſ. 47. &c. *Cum præfix.* לְמִשְׁפַּחַת familiæ, Num. 36. v. 1., מִמִּשְׁפַּחַת è familia, Num. 36. v. 8. *Cum affix.* מִשְׁפַּחְתִּי familia mea, Gen. 24. verſ. 38., מִמִּשְׁפַּחְתִּי è familia mea, Gen. 24. verſ. 40. מִשְׁפַּחְתּוֹ familia ſua, Levit. 25. v. 10., וּבְמִשְׁפַּחְתּוֹ & in familiam ejus, Levit. 29. verſ. 5., וּלְמִשְׁפַּחְתּוֹ & ad familiam ſuam, Jud. 21. v. 24., מִמִּשְׁפַּחְתּוֹ ex familia ejus, Levit. 25. v. 49., מִשְׁפַּחְתָּם familia ipſorum, 1. Paral. 4. v. 27., מִמִּשְׁפַּחְתָּם ex familia ſua, *ſive* eorum, Levit. 25. v. 45., Jud. 18. v. 2. *Plur.* מִשְׁפָּחוֹת, Job. 31. v. 34., & הַמִּשְׁפָּחוֹת Jerem. 33. v. 24., & *conſtr.* מִשְׁפְּחוֹת, Gen. 10. v. 18. familiæ, &c. *Cum præfix.* כְּמִשְׁפְּחוֹת ſicut familiæ, Ezech. 20. v. 32., לְמִשְׁפְּחֹת per familias, familiis, Num. 3. v. 30. &c. Joſ. 20. v. 20., מִמִּשְׁפְּחוֹת de familiis, Num. 36. v. 1. &c. *Cum affix.* לְמִשְׁפְּחֹתֵיכֶם per familias veſtras, Exod. 12. v. 21., לְמִשְׁפְּחֹתָיו per familias ſuas, Num. 2. v. 34., מִשְׁפְּחוֹתֶיהָ familiæ ejus, Joſ. 6. v. 23. בְּמִשְׁפְּחוֹתֵיהֶם per familias, *ſive* juxta familias, cognationes ſuas, 1. Paralip. 6. verſ. 45., לְמִשְׁפְּחוֹתֵיהֶם per familias ſuas, Gen. 8. v. 18., מִשְׁפְּחֹתָם familiæ ſuæ, Num. 1. v. 18., בְּמִשְׁפְּחוֹתָם in familiis ſuis, 1. Paralip. 4. verſ. 38., לְמִשְׁפְּחוֹתָם per familias ſuas, Gen. 10. verſ. 5.

שְׁפַח In Kal inuſitatum. Occurrit ſemel in Pih. שִׁפַּח; & ſemel inter nomina מִשְׂפָּח: Sed hæc ſpectant ad סָפַח, mutato ס in שׂ: quæ propterea vide in eadem radice pag. 876.

שָׁפַט Latine propriè ſonat, ordinavit, diſpoſuit: Hinc judicavit, judicium exercuit, tam ſententiam ferendo, quàm eam exequendo, jam juſtos abſolvendo, & vindicando, jam injuſtos condemnando, & puniendo: Hactenus Joa. Simon, aliique: Præter. שָׁפַט, Jud. 16. verſ. 31. &c. ſemel autem extra pauſam legitur שָׁפָט, 1. Sam. 7. v. 17., judicavit, judicabat: Cum affix. וּשְׁפָטָנוּ & judicet, vindicet, ſive judicabit nos, 1. Sam. 8. v. 20., שְׁפָטְךָ vindicavit te, 2. Sam. 18. v. 31., שְׁפָטוֹ vindicavit eum, 2. Sam. 18. v. 19., וְשָׁפַטְתָּ & judicabis, 1. Reg. 8. v. 32., וְשָׁפַטְתִּי ut judicem, ſententiam feram, Exod. 18. v. 16. & cum affix. וּשְׁפַטְתִּיךְ & judicabo te, Ezech. 7. v. 3., שְׁפַטְתִּים judicavi eos, Ezech. 36. v. 19., Plur. שָׁפְטוּ, 2. Reg. 23. v. 22. & in pauſa שָׁפָטוּ, Jerem. 5. v. 28. judicarunt: Cum affix. שְׁפָטוּנוּ judicaverunt nos, Dan. 9. v. 12., שְׁפָטוּךְ, Ezech. 23. v. 24., 24. v. 14., judicarunt, judicent, judicabunt te: וּשְׁפָטֻהוּ, Ezech. 44. v. 24. & judicabunt illum: Maſſorethæ monent, hoc in loco legendum יִשְׁפְּטֻהוּ: וּשְׁפָטוּם & judicaverint eos, Deut. 25. verſ. 1., וּשְׁפַטְתֶּם & judicabitis, Deut. 1. v. 16. Partic. שׁוֹפֵט, & שֹׁפֵט judicans, & ſubſtantivè judex, 1. Sam. 3. v. 13., 2. Sam. 15. v. 4., 2. Paral. 26. v. 21. &c. Fœm. שֹׁפְטָה judicabat, Jud. 4. verſ. 4. Cum præfix. הַשּׁוֹפֵט, & הַשֹּׁפֵט, Deut. 17. v. 9., Jud. 2. v. 18., judicans, judex: Sed הֲשֹׁפֵט, Gen. 18. v. 25., à quibuſdam redditur an judex? Alii tamen vertunt, qui judicat: Cum affix. מְשֹׁפְטִי, Job. 23. v. 7. à judice meo, ſive à judicante me i. e. ut quidam exponunt, à damnatione judicis mei: שֹׁפְטֵנוּ judex noſter, Iſa. 33. v. 22. Plur. שֹׁפְטִים, Deut. 16. v. 18. &c. & cum præfix. הַשֹּׁפְטִים, 2. Reg. 23. v. 22. &c. judicantes, judices: לְשֹׁפְטִים, & לַשֹּׁפְטִים, judicibus, 1. Paral. 26. v. 29., 2. Paral. 1. v. 2. Conſtr. שֹׁפְטֵי judices, judicantes, Num. 25. v. 5. &c. מְשֹׁפְטֵי à judicantibus, i. e. condemnantibus, perſequentibus, Pſal. 119. v. 31. Cum affix. וְעַל־שֹׁפְטֵינוּ & ſuper judices, ſive juxta Vulg. principes noſtros, Dan. 9. v. 12., שֹׁפְטַיִךְ, Deut. 21. v. 2., Hoſ. 13. v. 10.

10. *&* שֹׁפְטַיִךְ, Iſa. 1. v. 26., judices tui: אֶת־שֹׁפְטֵיכֶם (& præcepi) judicibus veſtris, Deut. 1. v. 16., שֹׁפְטָיו, Joſ. 8. v. 33., *&* שֹׁפְטֶיהָ, Eſdr. 10. v. 14., judices ejus: שֹׁפְטֵיהֶם judices eorum, Pſalm. 141. v. 6. *Infinit.* שָׁפוֹט judicando, Geneſ. 19. v. 9. *Conſtr.* בִּימֵי שְׁפֹט הַשֹּׁפְטִים, Ruth 1. v. 1. in diebus judicare judices, *i. e.* quando judicium exercebant judices: לִשְׁפֹּט ad judicandum, ut judicaret, Exod. 18. v. 13., 1. Reg. 3. v. 9., *item* ut judices, Pſalm. 10. v. 18., judicare, Pſal. 96. v. 13., *&* 98. v. 9. *Et cum affix.* לְשָׁפְטֵנוּ ad judicandum, *ſive* ut judicet nos, 1. Sam. 8. vv. 5. 6., בְּשָׁפְטֶךָ, Pſal. 51. v. 6. in judicare te, *i. e.* dum judicas, *& juxta Vulg.* cum judicaris: *Imper.* שְׁפֹט, *ſed propter* Makaph, שְׁפָט־, Prov. 31. v. 9., *& cum* ה *paragog.* שָׁפְטָה, Pſal. 82. v. 8., Thren. 3. v. 59., judica: *Cum affix.* שָׁפְטֵנִי judica me, Pſal. 7. v. 9. *Plur.* שִׁפְטוּ, Pſal. 82. v. 3., *& in pauſa* שְׁפֹטוּ, Zach. 7. v. 9., judicate: *Futur.* אֶשְׁפֹּט judicabo, Pſal. 75. v. 3. *Et cum affix.* אֶשְׁפָּטֶךָ judicabo, *ſive* judicavero te, Ezech. 35. verſ. 11., אֶשְׁפְּטֵם judicabo eos, Ezech. 7. v. 27., תִּשְׁפּוֹט, 2. Paral. 1. v. 11., *item* תִּשְׁפֹּט, Pſal. 68. v. 5., *& propter* Makaph, תִּשְׁפָּט־, 2. Paral. 20. v. 12., judicabis, judicas, judices: *Et cum præfix.* ה *interrog.* הֲתִשְׁפּוֹט, *&* הֲתִשְׁפֹּט, Ezech. 20. v. 4., 22. v. 2., 23. v. 36., num, *ſive* nonne judicabis, judicas? יִשְׁפּוֹט, יִשְׁפֹּט, *&* יִשְׁפָּט־, Gen. 16. v. 5. *&c.* judicabit, judicet: וַיִּשְׁפֹּט & judicavit, Jud. 3. v. 10. *& cum affix.* וְיִשְׁפְּטֵנִי מִיָּדֶךָ 1. Sam. 24. verſ. 16., & vindicet, *ſive* eruat me de manu tua: *Plur.* תִּשְׁפְּטוּ, 2. Paral. 19. v. 6., Pſal. 58. v. 2., judicabitis, judicatis, exercetis judicium: יִשְׁפְּטוּ, Gen. 31. v. 53. *& more Chaldaico*, יִשְׁפּוּטוּ, Exod. 18. v. 26. *& in pauſa*, יִשְׁפֹּטוּ, Iſa. 1. v. 23., 51. v. 5., Mich. 3. v. 11., judicabunt, judicent, judicabant: *Cum affix.* יִשְׁפְּטֻהוּ, Ezech. 44. v. 24. *ita legunt Maſſorethæ; ſed ſcriptum occurrit cum* Vau *ab initio*, *loco* Jod, *ſcil.* וּשְׁפָטֻהוּ, *quod vide ſupra in præter. plur. Niph.* נִשְׁפַּט judicatus eſt, judicium ſubiit: *Item ſenſu reciproco*, in jus venit, judicavit cum altero, *i. e.* diſceptavit, contendit: *Præter. in pauſa*, *& quidem loco futuri*, *ut notat Buxorfius*, נִשְׁפָּט, Iſa. 66. v. 16., diſceptabit, judicem exhibebit ſe, *& juxta Vulg.* dijudicabit:

bit : *Vide alia ejuſdem formæ in Participio* : נִשְׁפַּטְתִּי אֶת־אֲבוֹתֵיכֶם diſceptavi, contendi cum patribus veſtris, *ſive* adverſum patres veſtros, Ezech. 20. v. 36., וְנִשְׁפַּטְתִּי אִתּוֹ, Ezech. 17. v. 20., 38. verſ. 22., & diſceptabo, contendam cum eo : *Et ſic frequenter cum* אֶת, *loco præpoſitionis* עִם, *i. e.* cum, *conſtruitur* : *Partic.* נִשְׁפָּט אֶת־אִישׁ, Prov. 29. v. 9. diſceptans, contendens cum viro : נִשְׁפָּט בֶּאֱמוּנָה, Iſa. 59. v. 4., diſceptans, contendens in veritate : *ita* Jerem. 2. v. 35. *Sed apud eumdem* cap. 25. v. 31. נִשְׁפָּט הוּא judicatur ipſe : *Aliud vide ſupra in Præter. Infin.* בְּהִשָּׁפְטוֹ in diſceptando, *ſive* cùm diſceptaret, *& juxta Vulg.* cùm everteret, 2. Paral. 22. v. 8. *Cum affix* בְּהִשָּׁפְטוֹ ; Pſal. 37. v. 33., 109. v. 7. dum judicatur ipſe : *Futur.* אִשָּׁפֵט, Ezech. 20. v. 36. *& cum* ה *paragog.* אִשָּׁפְטָה, 1. Sam. 12. verſ. 7., contendam, diſceptabo : *Plur. cum* ה *paragog.* נִשָּׁפְטָה, diſceptemus, Iſa. 43. v. 26., יִשָּׁפְטוּ judicentur, Pſalm. 9. v. 20. *Pih. præter. fœm. cum* Cholem *loco* Dagheſc, שֹׁפְטָה judicabat, Jud. 4. v. 4. *Partic. cum præfix. & affix.* לִמְשֹׁפְטִי judicantem me, *ſive* judicem meum (deprecabor), Job. 9. vers. 15.

שֹׁפֵט *m.* Judicans, judex : *Plural.* שֹׁפְטִים, *&c. vide ſupra in Partic. verbi* שָׁפַט.

שְׁפַט *maſc. Chaldaic.* judex : *Plural.* שָׁפְטִין judices, Eſdr. 7. verſ. 25.

שֶׁפֶט *m.* Judicium, pœna : *Plur.* שְׁפָטִים judicia, pœnæ, ultiones, Exod. 12. v. 12., Num. 33. v. 4., *&c. Cum præfix.* בִּשְׁפָטִים cum judiciis, per judicia, Exod. 6. v. 6., 7. v. 4. *Cum affix.* שְׁפָטַי judicia mea, Ezech. 14. v. 21.

שָׁפָט Scaphat, *nom. propr. virorum*, Num. 13. v. 5. *&c.*

שְׁפוֹט *m.* Judicium, pœna *ſcil.* judicialis, 2. Paral. 20. v. 9.

שְׁפוּט *m.* Judicium, *id eſt* vindicta, plaga, pœna judicialis : *Plur.* וּשְׁפוּטִים & judicia, Ezech. 23. v. 10.

מִשְׁפָּט *m.* Judicium, *quo quidem nomine multa in Sacris Literis deſignantur* : I. *Initium* judicii, *i. e. ipſa* contentio *verborum inter* contendentes, litigantes : II. *Diſceptatio* judicialis, *qua* judex *ipſe occupatur* : III. *Medium* judicii, *ſcilicet* latio ſententiæ. IV. *Finis* judicii, *i. e.* ſententiæ executio : V. *Metonymicè* cauſa *ipſa*, *circa quam* judicium *verſatur*,

ſatur : *Item* lex, *ſecundum quam* judicatur, jus : *item id, quod* juſtum *eſt*; *item* mos, conſuetudo, ritus, modus, ratio : VI. Locus, *ubi* judicium *exercetur*, tribunal : VII. Ordinatio, diſpoſitio : VIII. *Nom. propr. fontis, qui etiam* Cades *vocabatur, in deſerto ejuſdem nominis, ſcil.* מִשְׁפָּט, *terram promiſſionis inter, Arabiam, & Ægyptum*, Gen. 14. v. 7. *Semel abſolute ſcribitur cum* Pathach, *loco* Kametz, מִשְׁפַּט judicium, Levit. 22. v. 22. *Kimchi plura talia notat in* Michlol, *in quibus noſtra exemplaria variant. Cum præfix.* אֶל־הַמִּשְׁפָּט ad judicium, *i. e.* ad locum, *ubi* judicatur, Deut. 25. v. 4., אֻלָם הַמִּשְׁפָּט porticus judicii, 1. Reg. 7. v. 7., בַּמִּשְׁפָּט in judicio, *ſive* in judiciali diſceptatione, Levit. 19. v. 15., כַּמִּשְׁפָּט juxta ritum, *ſive* cæremonias, 1. Paralip. 23. verſ. 31., *item* ſecundum legem, *ſive* præceptum, Eſdr. 3. v. 4., כְּמִשְׁפָּט הָרִאשׁוֹן juxta morem, conſuetudinem priorem, Gen. 40. v. 13., לַמִּשְׁפָּט, Job. 9. v. 19., & לַמִּשְׁפָּט Num. 35. v. 12. ad judicium, in judicium : וּמִמִּשְׁפָּט & de judicio, Iſa. 53. v. 8. *Conſtr.* מִשְׁפַּט judicium, *&c.* Exod. 23. v. 6. *&c.*, jus, Deut. 18. v. 3., 21. v. 17. *Cum affix.* מִשְׁפָּטִי judicium meum, Pſal. 12. verſ. 2., לְמִשְׁפָּטִי judicio meo, Pſal. 35. v. 23., מִשְׁפָּטֶךָ judicium tuum, 1. Reg. 20. v. 40., Pſal. 36. v. 6., מִשְׁפָּטוֹ mos, *ſive* agendi ratio ejus, *& juxta Vulg.* decretum illi, 1. Sam. 27. v. 11., כָּל־מִשְׁפָּטוֹ tota ratio, *ſive* ordinatio, diſpoſitio ejus, Prov. 16. v. 33. כְּמִשְׁפָּטוֹ juxta ordinationem, dipoſitionem, *ſive* exemplar ejus, Exod. 26. v. 30. *item* juxta ritum ejus, Num. 9. v. 14. *ubi Vulgat. habet* juſtificationes ejus : מִשְׁפָּטָהּ judicium ejus, Jerem. 51. v. 9., מִשְׁפָּטָם judicium, *ſive* cauſa ipſorum, 1. Reg. 8. v. 45., כְּמִשְׁפָּטָם juxta ritum, *ſive* cæremonias eorum, Num. 29. v. 6. מִשְׁפָּטָן cauſa earum, Num. 27. v. 5. *Plur.* מִשְׁפָּטִים, Deut. 4. v. 5., Nehem. 9. v. 13., & הַמִּשְׁפָּטִים, Exod. 21. v. 1. & *conſtr.* מִשְׁפְּטֵי, Pſal. 19. v. 10. *&c.* judicia, leges, jura, justa. *Cum affix.* מִשְׁפָּטַי judicia mea, Levit. 18. vv. 4. 5., מִשְׁפָּטֶיךָ, Deut. 33. v. 10., Pſal. 10. v. 5. *item* מִשְׁפָּטַיִךְ, Sophon. 3. v. 15., judicia, leges, jura tua : מִשְׁפָּטָיו judicia ejus : מִשְׁפְּטֵיהֶם judicia, leges, jura eorum, *vel* ſua, Ezech. 20. v. 18. & 23. v. 24.

שְׁפַטְיָה Scephatjá, *nom. propr. virorum*, 2. Sam. 3. v. 4. *&c.*
שְׁפַטְיָהוּ Scephatjahu, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 12. v. 5.
שִׁפְטָן Sciphtan, *nom. propr. viri*, Num. 34 v. 24.

שָׁפַךְ Fudit, effudit, profudit: *Præter.* שָׁפַךְ, 1. Reg. 2. v. 31., *&* *in pauſa* שָׁפָךְ, Levit. 17. v. 4. effudit: וְשָׁפַךְ & effundet, effundat, Levitic. 17. verſ. 13. *Fœm. cum affix.* שְׁפָכַתְהוּ effudit eum, Ezech. 24. v. 7., שָׁפַכְתָּ, 1. Paral. 22. v. 8., *&* *in pauſa* שָׁפָכְתָּ, 1. Paral. 28. verſ. 3., *item fœm.* שָׁפַכְתְּ, Iſa. 57. v. 6., effudiſti: שָׁפַכְתִּי effudi, Ezech. 22. v. 22. וְשָׁפַכְתִּי & effundam, Jerem. 14. v. 16. *Plur.* שָׁפְכוּ, Pſalm. 79. v. 3., *&* שָׁפְכָה, Deuter. 21. v. 7., effuderunt: וְשָׁפְכוּ אֶת־הֶעָפָר, Levit. 14. v. 41. & effundent, *i. e.* ſpargent pulverem: *Partic.* שֹׁפֵךְ effundens, Gen. 9. v. 7., Pſal. 107. v. 40. *&* *cum affix.* שֹׁפְכוֹ effundens eum, Num. 35. v. 33. *Plur.* הַשֹּׁפְכִים effundentes, Thren. 4. v. 13. *Fœm.* שֹׁפֶכֶת effundens, Ezech. 22. verſ. 3. *Plural.* שֹׁפְכוֹת effundentes, Ezech. 23. v. 45. *Pahul* הַשָּׁפוּךְ qui effuſus eſt, Pſal. 79. v. 10. *Fœm.* שְׁפוּכָה (in furore) effuſo, Ezech. 20. v. 33. *Infin. cum præfix.* לִשְׁפֹּךְ, Iſa. 59. v. 7., *&* *propter* Makaph, לִשְׁפָּךְ־, Prov. 1. v. 16. ad effundendum, effundendo: *Cum affix.* בְּשָׁפְכְּךָ, Ezech. 9. v. 8. in effundere te, *i. e.* effundens tu: *Imper.* שְׁפוֹךְ, Jud. 6. v. 20., *item* שְׁפֹךְ, Jerem. 6. v. 11. *&* *propter* Makaph, שְׁפָךְ־, Pſal. 60. v. 25., *&* *fœm.* שִׁפְכִי, Thren. 2. verſ. 19. effunde: *Plur.* שִׁפְכוּ effundite, Pſal. 62. v. 9. *Futur:* אֶשְׁפּוֹךְ, Hoſe. 5. v. 10., *item* אֶשְׁפֹּךְ, Pſal. 142. v. 3. *&* *cum* ה *paragog.* אֶשְׁפְּכָה, Pſal. 42. v. 5. effundam, effudi: תִּשְׁפֹּךְ effundes, fundes, Exod. 29. v. 12. *&* *cum affix.* תִּשְׁפְּכֶנּוּ effundes eum, Deut. 12. v. 16. *Fœm.* וַתִּשְׁפְּכִי & effudiſti, *i. e. ut habet Vulg.* expoſuiſti, Ezech. 15. v. 15., יִשְׁפֹּךְ & effundet, effundat, Levit. 4. verſ. 7. *&c.*, וַיִּשְׁפֹּךְ & effudit, 2. Sam. 20. verſ. 10. *&* *cum affix.* וַיִּשְׁפְּכֵם & effudit, ſive effundit eas, *ſcil. aquas*, Amos 5. v. 8. *Plural.* אַל־תִּשְׁפְּכוּ ne effundatis, Gen. 37. v. 22., Jerem. 7. v. 6. *&* *in pauſa* תִּשְׁפֹּכוּ effunditis, Ezech. 33. v. 25. וַיִּשְׁפְּכוּ & effuderunt, 1. Sam. 7. v. 6. *Niph. præter.* נִשְׁפַּךְ effuſum eſt, Thren. 2. v. 11., וְנִשְׁפַּךְ & effundetur, 1. Reg. 13. v. 3. נִשְׁפַּכְתִּי effuſus ſum, Pſal. 22. v. 15 *Infin.* יַעַן הִשָּׁפֵךְ quia effuſum eſt, Ezech. 16. v. 36. *Futur.*

יִשָּׁפֵךְ

יִשָּׁפֵךְ effundetur, Gen. 9. v. 6., וַיִּשָּׁפֵךְ & effuſus eſt, 1. Reg. 13. v. 5. *Pyh. præter*, שֻׁפַּךְ effuſus eſt, Numer. 35. v. 33., וְשֻׁפַּךְ & effundetur, Soph. 1. v. 17. *Plur. cum* ה *paragog.* שֻׁפְּכָה, Pſalm. 73. verſ. 2. effuſi ſunt. *Hithpah. infin.* בְּהִשְׁתַּפֵּךְ, Thren. 2. v. 12., in effundere ſe, *i. e., ut exponit Vulg.* cum exhalarent (animas ſuas): *Futur.* תִּשְׁתַּפֵּךְ, Job. 30. v. 16. effundit ſe, effunditur (anima mea), *i. e. ob graviſſimos dolores, & anxietates* liqueſcit *quaſi, &* contabeſcit; *Vulg. vertit*, marceſcit: *Plur.* תִּשְׁתַּפֵּכְנָה, Thren. 4. v. 1., effundunt ſe, *i. e.* dilabuntur, *ſicut Latinè* fundi *dicuntur, quæcunque* dilabuntur; *Vulgat. vertit*, diſperſi ſunt.

שֶׁפֶךְ *maſc.* Effuſio: *Metonimicè autem eſt* locus effuſionis, *ſic* Levit. 4. v. 12. אֶל־שֶׁפֶךְ הַדֶּשֶׁן ad effuſionem cineris, *id eſt* ad locum, ubi effunditur cinis.

שׁוֹפָךְ Scophach, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 19. v. 16.

שָׁפְכָה *f.* Teſticuli, veretrum, virilitas, virilia, *dicta* שָׁפְכָה *ab* effuſſione *urinæ, & ſeminis*: וּכְרוּת שָׁפְכָה, Deut. 23. v. 2., exciſus teſticulis, *aut, uti cum Vulg. reddunt multi*, exciſus veretro, *vel* abſciſſo veretro, *membro ſcil. virili*.

שָׁפֵל Humilis, fuit, *ſive* factus eſt, humiliatus, depreſſus, demiſſus, dejectus eſt: *Præter.* וְשָׁפֵל & deprimetur, humiliabitur, Iſa. 2. v. 17., וְשָׁפַלְתְּ & humiliaberis, Iſa. 29. verſ. 4. *Futur.* וַיִּשְׁפַּל & humiliatus eſt, Iſa. 2. v. 9., *fœm.* תִּשְׁפַּל humiliabitur, Iſa. 32. verſ. 19. *Plur. in pauſa* יִשְׁפָּלוּ humiliabuntur, Iſa. 10. v. 33. *Fœm.* תִּשְׁפַּלְנָה humiliabuntur, deprimentur, Iſa. 5. v. 15. *Hiph.* הִשְׁפִּיל humiliavit, demiſit, dejecit, depreſſit: *Interdum etiam* intranſitive *ſumitur*, *i. e.* humiliter egit, demiſit ſe: *Præter.* הִשְׁפִּיל humiliavit, depreſſit, Iſa. 25. v. 12., וְהִשְׁפִּיל & demittet, humiliabit, Iſa. 25. v. 11., הִשְׁפַּלְתִּי humiliavi, Ezech. 17. v. 24. *Plur.* כִּי־הִשְׁפִּילוּ, Job. 22. v. 29. cùm humiliabuntur, *ſive* humiliaverint ſe, *vel* fuerint humiliati: *Partic.* מַשְׁפִּיל, 1. Sam. 2. v. 7., Pſal. 147. v. 6. humilians: *item cum præfix. &* Jod *paragog.* הַמַּשְׁפִּילִי לִרְאוֹת, Pſal. 113. v. 6. qui humiliat ſe ſe ad videndum: *Vulg. vertit*, humilia reſpicit: *Infin.* הַשְׁפִּיל humiliando, Ezech. 21. v. 31. *Cum præfix. & affix.* מֵהַשְׁפִּילְךָ, Prov. 25. v. 7., præ humiliare te, *i. e.* quàm, ut

ut humilieris : *Imper. cum affix.* וְהַשְׁפִּילֵהוּ & humilia eum ; Job. 40. v. 11. *Plur.* הַשְׁפִּילוּ demittite vos, humiliamini, Jerem. 13. v. 18. *Futur.* אַשְׁפִּיל humiliabo, Iſa. 13. v. 11., תַּשְׁפִּיל humiliabis, 2. Sam. 22. v. 28. *fœm.* וַתַּשְׁפִּילִי, Iſa. 57. v. 9., & humiliaſti te, humiliter egiſti, *ita Recentiores nonnulli*; *Vulg. verò habet*, & humiliata es : יַשְׁפִּיל humiliabit, humiliat, Pſal. 75. v. 8. *&* *cum affix.* יַשְׁפִּילֶנָּה, *&* יַשְׁפִּילָהּ, Iſa. 26. v. 5. humiliabit eam : *Et fœm.* תַּשְׁפִּילֶנּוּ humiliabit eum, Prov. 29. v. 23.

שְׁפַל *Chald. ſignificat idem ac Hebr.* שָׁפֵל : *Aphel præter.* הַשְׁפֵּלְתְּ -: humiliaſti, depreſſiſti, Dan. 5. v. 22. *Partic.* מַשְׁפִּל humilians, deprimens, Dan. 5. verſ. 19. *Infinit.* יָכִל לְהַשְׁפָּלָה, Dan. 4. verſ. 34. poteſt humiliare, *vel* deprimere : *Futur.* יְהַשְׁפִּל humiliabit, deprimet, Dan. 7. v. 24.

שָׁפָל, *&* שְׁפַל *m.* Humilis, demiſſus, abjectus, dejectus, Levit. 13. v. 20., 14. v. 37. *Cum præfix. &* ה *paragog.* הַשְּׁפָלָה Ezech. 21. verſ. 31., humilis, *ſive* quod humile eſt valde ; *nam* ה *paragog. quibuſdam eſt etiam intenſivum* : *Conſtr.* שְׁפַל־רוּחַ humilis ſpiritu, Prov. 26. v. 19., בִּשְׁפַל־קוֹל in humili voce, *ſive* in humilitate vocis, Eccl. 12. v. 4. *Plur.* שְׁפָלִים humiles, Job. 5. v. 11., רוּחַ שְׁפָלִים ſpiritus humilium, Iſa. 57. v. 15. *Fœm.* שְׁפָלָה humilis, humile, depreſſa, depreſſum, Levit. 13. vv. 21. 26., Ezech. 17. v. 14. *Conſtr.* שִׁפְלַת קוֹמָה humili ſtatura, Ezech. 17. v. 6.

שְׁפַל *m. Chald.* humilis : וּשְׁפַל אֲנָשִׁים יְקִים & humillimum, *ſive* abjectiſſimum virorum conſtituet, Dan. 4. v. 14.

שֵׁפֶל *m.* Humilitas, abjectio, depreſſio : בַּשֵּׁפֶל in humilitate, in abjectione, Eccleſ. 10. verſ. 6. *Cum præfix. & affix.* שֶׁבְּשִׁפְלֵנוּ qui in abjectione, *ſive* in humilitate noſtra, Pſal. 136. v. 23.

שִׁפְלָה *f.* Humilitas, *&c.* Iſa. 32. v. 19.

שְׁפֵלָה *f.* Humilitas : *Sed metonymice eſt* locus humilis, depreſſus, *&* planus, planities : *Ab LXX., & Aquila redditur* πεδινὴ, *i. e.* campeſtris terra ; *Vulg. quoque non ſemel vertit* campeſtria : *Cum præfix.* הַשְּׁפֵלָה planities, Joſ. 11. v. 16. *&c.*, בַּשְּׁפֵלָה in planitie, *ſive* in humili ; depreſſo loco, in campeſtribus ; Deuter. 1. v. 7., Joſ. 9. v. 1. *&c.* *Cum affix.* וּשְׁפֵלָתָהּ, Joſ. 11. v. 16., *quod Maſſorethæ docent legendum*

וּשְׁפֵלָתוֹ

וּשְׁפֵלָתוֹ, (cepit) & planitiem, *ſive* campeſtria ejus.

שִׁפְלוּת *f.* Demiſſio, remiſſio, *i. e.* ſegnities: וּבְשִׁפְלוּת יָדַיִם, Eccl. 10. v. 18. & in demiſſione, laſſitudine manuum; *LXX. ſunt interpretati*, *καὶ ἐν ἀργίᾳ* & in otio manuum; *Vulg.* in infirmitate manuum.

שָׂפָם Pilus, *qui eſt ſuprà labium, Græce μύσαξ* myſtax, ſuperius *ſcilicet* labium, *&* in eo nati pili. *Sunt, qui arbitrantur, τὸ* שָׂפָם *ſignificare quidquid infra naſum continetur etiam cum mento, & præcipue* barbam: *A Vulg. redditur* os, ora, vultus, Levit. 13. v. 45., Ezech. 24. vv. 17. 22., Mich. 3. v. 7. *Cum affix.* וְלֹא־עָשָׂה שְׂפָמוֹ, 2. Sam. 19. v. 25., neque aptaverat myſtacem ſuum, *ita Buxtorfius cum aliis vertit*; *Vulg. habet*, intonſa barba.

שֶׁיִּפּוֹל, שֶׁיִּפֹּל *Dictiones compoſitæ ex* אֲשֶׁר *&* נָפַל, *quas ibidem vide pag.* 775.

שָׁפָם Scaphám, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 5. v. 12.

שֻׁפִּם Scupím, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 7. v. 12.

שְׁפָמָה Scephamáh, *nom. propr. urbis*, Num. 34. v. 10.

שִׁפְמוֹת Siphmóth, *nom. propr. loci*, 1. Sam, 30. v. 28.

שִׁפְמִי Sciphmí, *& juxta Vulg.* Saphomítes, *nom. gentile*, 1. Paral. 27. v. 27.

שׁוּפָמִי Scuphamí, *& juxta Vulg.* Suphamitæ, *nom. patronymicum à* Supham *familia* Suphamitarum, Num. 26. v. 39.

שָׁפָן *Nomen ſingularis cujuſdam animalis, quod* Levit. 11. v. 5., Deut. 14. v. 7. *inter illa recenſetur, quæ* ruminant *quidem, ſed non habent* bifidam ungulam, *ac proinde ſunt immunda: In ejuſdem autem determinanda ſpecie diſcrepant inter ſe quammaximè Interpretes tam veteres, quam recentiores. A LXX. Aquila, Symmacho, & Theodotione redditur χοιρογρύλλιος; à Vulg. autem, græca voce retenta, redditur* chœrogryllus. *Sed & hujuſce græcæ vocis ſenſus non unus apud omnes. Nam quibuſdam eſt* cuniculus, *aut* hericius, *aut* hyſtrix; *Aliis vero* porcus ſpinoſus: *Multi tamen arbitrantur, eſſe* murem montanum, *quem, præcipuè* Ponticum, ruminare, *teſtis eſt Ariſtoteles* de Animalibus lib. 9. *Atque hujus animalis ſpecies abundat in Ægypto, Arabia, & Palæſtina. Plura eruditè hac de voce habet Bochartus in* Hierozoicon Lib. III. cap. XXXIII. *Plur.* שְׁפַנִּים Prov. 30. v. 26.

cuni

cuniculi, ſive, juxta alios, mures montani; à Vulg. in ſingulari redditur lepuſculus: לַשְּׁפַנִּים, Pſal. 104. v. 18., cuniculis, vel muribus montanis; Pagninus habet leporibus; Vulg. herinaciis.

שָׁפָן Scaphán, nom. propr. viri, 2. Reg. 22. v. 3.

שׁוֹפָן Scophán, nom. propr. civitatis, Num. 32. v. 35.

שָׁפַן Radix inuſitata: Inde partic. Pabul. שָׁפוּן; ex quo plur. conſtr. שְׂפֻנֵי vide ſupra in סָפַן pag. 877.

שָׁפַע Radix Hebræis inuſitata: Chaldæis autem, & Syris eſt, affluxit, abundavit, redundavit: Inde ſunt Hebraica nomina.

שֶׁפַע m. Copia, abundantia, affluentia, & juxta Vulg. inundatio, Deut. 33. v. 19.

שִׁפְעָה f. Copia, affluentia, inundatio: Conſtr. שִׁפְעַת copia, inundatio, Job. 22. v. 11., 38. v. 34. Item agmen, & juxta Vulg. globus (virorum ſcil.), 2. Reg. 9. v. 17. Item agmen, & juxta Vulg. inundatio (camelorum), Iſa. 60. v. 6. Cum præfix. מִשִּׁפְעַת à copia, agmine, ſive inundatione, Ezech. 26. v. 10.

שִׁפְעִי Scipphí, & juxta Vulgat. Sephei, nom. propr. viri, 1. Paral. 4. v. 37.

שָׁפַף Radix Hebræis inuſitata: Arab. vero pupugit; & Chald. claudicavit: hinc nonnulli à primo pungendi; alii cum Bocharto in Hierozoicon P. II. à claudicandi ſenſu derivandum putant nomen Hebr. quod mox ſequitur

שְׁפִיפֹן m. Ceraſtes, genus ſerpentis majoris: Quibuſdam eſt hæmorrhois; aliis ſerpens jaculus, aſpis, Geneſ. 49. verſ. 17. Kimchi in Michlol refert dictionem hanc ad שפה, per geminationem mediæ radicalis. Et ſic, addit Buxtorfius, diceretur שְׁפִיפֹן, quòd excelſo loco præceps, jaculi inſtar, feratur. Jaculi ſerpentis meminit Plinius lib. 8. cap. 23.

הַשְּׁפוֹת Plur. f. vide ſupra in אַשְׁפֹּת pag. 71.

שָׂפַק Suffecit, ſatis fuit: Item plauſit, comploſit. Sed quæ hinc eſſe poſſent, vide ſupra in סָפַק pag. 879.

שֶׂפֶק maſc. Exploſio, comploſio: Et hoc ipſum vide ut ſupra pag. 879. inter nomina.

שָׁפַר Decorus, elegans, pulcher fuit, placuit: *Præter. fœm.* שָׁפְרָה עָלָי pulchra, ſpecioſa, præclara mihi, Pſal. 16. v. 6. *Pih. præter.* בְּרוּחוֹ שָׁמַיִם שִׁפְרָה per ſpiritum ſuum pulchros fecit cælos, Job. 26. v. 16. *ubi Vulg. vertit*, ſpiritus ejus ornavit cælos: *Sed* אֲשֶׁפֶּר *eſt nomen, quod vide infra ſuo loco pag.* 1745.

שְׁפַר *Chald. ſignificat idem ac Hebr.* שָׁפַר: *Præter.* שְׁפַר קָדָמַי pulchrum eſt coram me, *ſive* decet me, Dan. 3. v. 32. *Futur.* יִשְׁפַּר placeat, Dan. 4. v. 24.

שֶׁפֶר Scaphér, *mons, in quo caſtrametati ſunt filii Iſrael*, Num. 33. vv. 23. 24.

שֶׁפֶר *m.* Pulchritudo, elegantia, Gen. 49. v. 21.

שֹׁפָר, *&* שׁוֹפָר *m.* Buccina, tuba, *cornu ſcil. arietis ad ſonum faciendum, quemadmodum multi exponunt; ſive ut alii volunt, inſtrumentum incurvum ex ære, argentovè, cornu, quod rotunditate eſt præpilatum ad formam ſpirarum in circulos, & revolutiones non in ſe recurrentes coactum. Quidam autem putant, dictum* שֹׁפָר *à vocis* pulchritudine, *&* perſpicuitate, *ſive ex eo, quòd ejus clangor* clarè *in aërem expandatur, & diffundatur: Hactenus apud Robertſon:* וְקֹל שֹׁפָר & vox, *ſive*, clangor buccinæ, Exod. 19. v. 16. *Cum præfix.* הַשֹּׁפָר buccina, Exod. 19. v. 19., בַּשּׁוֹפָר in buccina, Jud. 3. v. 27., כַּשּׁוֹפָר quaſi tuba, Iſa. 58. v. 1. *Conſtr.* שׁוֹפַר buccina, tuba, Levit. 25. v. 9. *Plur.* שׁוֹפָרוֹת, Jud. 7. v. 16. *&* הַשּׁוֹפָרוֹת, Joſ. 6. v. 9., Jud. 7. v. 20. buccinæ, tubæ: בַּשּׁוֹפָרוֹת buccinis, tubis, Joſ. 6. v. 4. *&c. Conſtr.* שׁוֹפְרוֹת buccinæ, tubæ, Joſ. 6. v. 4. *&c. Cum affix.* שׁוֹפְרֹתֵיהֶם tubæ ſuæ, *ſive* illorum, Jud. 7. v. 8.

שִׁפְרָה *f. Vide ſupra in verbo* שָׁפַר.

שִׁפְרָה Sciphrá, *&* *juxta Vulg.* Sephorà, *nom. propr. mulieris*, Exod. 1. v. 15. *Aliud vide ſupra in Pihel verbi* שָׁפַר.

שָׁפִיר *m.* Mich. 1. v. 11. *Hebræis, & quibuſdam aliis eſt nom. propr. civitatis, quæ ſcil. erat in montibus, inter Eleutheropolin, & Aſcalonem, in Tribu Juda, teſte Euſebio. Forſan ea eſt, quæ alio nomine* Saphora, *vel* Sephoron, *alias* Diocæſarea, *dicitur. Multi tamen cum Vulg. vocem* שָׁפִיר *appellativè accipiunt; unde vertunt* (habitatio, *ſive* habitatrix) pulchra, elegans, *vel* elegantis *loci*.

שָׁפִיר

שַׁפִּיר *m. Chald.* elegans, pulcher, decorus, *& juxta Vulgat.* pulcherrima, pulcherrimi, Dan. 4. vv. 9. 18.

אֶשְׁפָּר *m.* Fruſtum, portio, *&c. Sed hanc ipſam dictionem vide ſupra ſub litera* א *pag. 72. jam expoſitam.*

שַׁפְרוּר *m.* Tentorium, tabernaculum, *auguſtale*, *&* ſpecioſiſſimum: *propriè enim de* tentorio regio *dicitur. Maſſorethæ monent, legendum cum* Jod; *licet in textu ſcriptum cum* Vau *occurrat. Cum affix.* שַׁפְרִירוֹ, Jerem. 43. verſ. 10. tentorium ſuum; *Vulg. habet* ſolium ſuum.

שְׁפַרְפָּרָא *f. Chald.* aurora, *à* ſummo ſplendore *ſic dicta*: *Cum præfix.* בִּשְׁפַרְפָּרָא ſub auroram, *ſive* primo diluculo, Dan. 6. verſ. 20.

שָׁפַת Ordinavit, diſpoſuit, *ſive* poſuit, appoſuit, *intra ſcil. certos limites, ut ibi maneat, & reſideat*, collocavit *ſuis terminis aliquid, & certo, ac ſtato loco. Imper.* שְׁפֹת הַסִּיר, 2. Reg. 4. v. 38., Ezech. 24. v. 3. diſpone, *ſive* pone ollam: *Futur.* תִּשְׁפֹּת pones, *i. e.* dabis, Iſa. 26. v. 12. *Cum affix.* תִּשְׁפְּתֵנִי, Pſal. 22. v. 16., ponis, *& juxta Pagninum* poſuiſti me; *Vulg. habet*, deduxiſti me.

שָׁפָת *m. In ſingulari inuſitatum*: *Nam* שֶׁפֶת, *&c. cum puncto ſcil. ſupra* ש *à latere ſiniſtro, vide ſupra in* שָׂפָה *per totum pag. 1732. Duale in pauſa* בֵּין שְׁפַתָּיִם, Pſal. 68. v. 14. inter duos lapides focarios, *inter quos ſcil. ignis accenditur, & ollæ* diſponuntur, *ita Recentiores multi*; *Pagninus vero vertit* inter tripodes: *Vulg. ſequutus LXX. verſionem, græcaque retenta voce, ſcilic.* κλήρος, *reddit*, (ſi dormiatis) inter medios cleros, *i. e.* inter medias ſortes, inter *ſcil.* media, & præſentiſſima pericula, *evaderis cum gloria*: *Nam* κλῆρος *in græca verſione*, Pſalm. 21. v. 19., Joel. 3. v. 3., *&* Nahum 3. v. 10. *ſignificat certum* periculi, aleæque *genus*: *In quem etiam ſenſum τὸ κλῆρον uſurpatum legimus apud profanos auctores, ut apud Ariſtidem in* Perecle, *Homerum, alioſque*: *Cum præfix.* וְהַשְׁפַתַּיִם, Ezech. 40. v. 43., & lapides focarii *redduntur a Buxtorfio, Joa. Simon, aliiſque*: *Chaldæo autem interpreti, quem Rabbini nonnulli ſequuntur, ſunt* uncini ferrei *in columnis fixi, ita* dipoſiti, *ut bini, & bini undique prominentes unam hoſtiam ſuſtinerent. Symmachus tamen, Theodotion, & Aquila (in ſecunda editione) verte-*

runt χεῖλος i. e. labium : *Hanc propterea dictionem derivarunt a radice* שָׂפָה, *cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, quæ, ut dictum eſt, latinè ſonat*, extremitas, labium, ora, circumferentia, *&c. Vulg. etiam in hunc ſenſum accepit; ſed videtur legiſſe* שִׂפְתֵיהֶן : *Nam habet* & labia earum, *ſcil. menſarum. Vide ſupra in* שָׂפָה.

מִשְׁפָּת *maſc. Unde duale cum præfix.* הַמִּשְׁפְּתַיִם, Jud. 5. v. 16. *variè à diverſis redditur : LXX. quos ſequuntur Buxtorfius, & quidam alii, ſunt interpretati*, inter duas ſarcinas, *quales ſcil. equis, & aſinis ferendæ imponuntur; Guſſetio ſunt* duo repagula, *ſive* vectes *ad latera jumentorum in ſtabulis : Quibuſdam ſunt* chytropodes : *Aquilæ* κλῆροι *i. e.* ſortes : *Symmacho autem* τὰ μετοχόμενα, *vel* μεταίχμια, *i. e.* viciniæ. *Vulg. reddit*, inter duos terminos : *Occurrit etiam in pauſa ita*, הַמִּשְׁפְּתָיִם, Gen. 49. v. 14., *ubi ab LXX., & Aquila redduntur* κλῆροι ſortes ; *à Symmacho* γειτονίαι viciniæ : *Ab aliis ut ſupra, in* c. 5. Jud. v. 16., *Vulg. utrobique vertit* (inter) terminos, *&* duos terminos.

שֵׁיצִיא *Chald.* Perfecit, abſolvit, conſummavit, finivit : *Sed quæ ad hanc radicem ſpectant, vide ſupra pag.* 1623.

שֶׁצֶף *m.* Pauculum, modicum, momentum : *Occurrit ſemel cum præfix. ita*, בְּשֶׁצֶף קֶצֶף, Iſa. 54. v. 8. *LXX. ſunt interpretati*, ἐν θυμῷ μικρῷ in furore parvo, *ſive juxta Aben Eſram*, pauculo fervore : *Alii, Arabicum ſenſum ſequuti, reddunt*, in inundatione, in vehementia, *ſive* gravitate iræ : *At Chaldæus, & Rab. Salomon, quin & Vulg. exponunt*, in momento indignationis; *unde τὸ* שֶׁצֶף *ſignificat propriè* breviſſimum tempus.

שָׁק *Chald. Inde plur. cum affix.* שָׁקוֹהִי crura, *ſive* tibiæ ejus, *ſed hoc ſpectat ad radicem* שׁוּק, *ubi vide pag.* 1587. *Sed cum præfix.* מְשָׁק, *&* מַשָּׁק *vide infra poſt* שָׁקַק. *Vide etiam, quod hic ſequitur, cum puncto ſcilicet ſupra* ש *à latere ſiniſtro.*

שַׂק *m.* Saccus, cilicium, *veſtimentum ſcil. durius, & craſſius, quo luctus, & anxietatis tempore homo veſtitur, vel accingitur. Occurrit* Gen. 37. v. 34., 1. Reg. 21. v. 27. *&c. Sed in pauſa* שָׂק, Levit. 11. v. 32., Eſth. 4. v. 2., *& cum præfix.*

præfix. חַשַּׂק, 2. Sam. 21. verſ. 10. *&c.* ſaccus, cilicium: בַּשָּׂק in ſacco, cilicio, 1. Reg. 21. verſ. 27. *&c. Cum affix.* שַׂקִּי ſaccus meus, Pſal. 30. v. 12., שַׂקּוֹ ſaccus ſuus, Gen. 42. vv. 25. 27., בְּשַׂקּוֹ in ſacco ſuo, Gen. 42. v. 35. *Plur.* שַׂקִּים ſacci, Joſ. 9. v. 4. *item* cilicia, *ſive* veſtimenta craſſiora *luctui opportuna*, 2. Sam. 3. v. 31., 1. Reg. 20. vv. 31. 32., בַּשַּׂקִּים ſaccis, 2. Reg. 19. v. 2. *Cum affix.* שַׂקֵּיהֶם ſaccos ſuos, Gen. 42. v. 35.

שָׁקַד Sedulus, aſſiduus, promtus, feſtinus, vigil fuit: *Hinc* obſervavit, vigilavit, invigilavit, advigilavit: *item* feſtinavit, maturavit: *Conſtruitur abſolutè, & cum præpoſitione* עַל: *Alio in ſenſu, ſed cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro, ſcil.* שָׂקַד *vide infra poſt hanc dictionem*: *Præter.* שָׁוְא שָׁקַד שׁוֹמֵר fruſtra vigilat cuſtos, Pſalm. 127. v. 1., שָׁקַדְתִּי vigilavit, Pſalm. 102. v. 8., Jerem. 31. v. 28. *Partic.* שֹׁקֵד vigilans, Jerem. 1. v. 12., 5. v. 6., 44. v. 27. *Plur. conſtr.* שֹׁקְדֵי vigilantes, Iſa. 29. v. 20. *Infin.* לִשְׁקֹד vigilando, Proverb. 8. v. 34. *Imper. plural.* שִׁקְדוּ vigilate, Eſdr. 8. v. 29. *Futur.* אֶשְׁקֹד vigilabo, Jerem. 31. v. 28., יִשְׁקוֹד vigilabit, Job. 21. v. 32., וַיִּשְׁקֹד & vigilavit, Dan. 9. verſ. 14. *Pyh. plur.* מְשֻׁקָּדִים *vide mox in nomine, quod ſequitur.*

שָׁקֵד *m.* Amygdala, amygdalus, *fructus, & arbor, dicta* שָׁקֵד, *quòd florem, ac fructum ante reliquas arbores* feſtinat, *ſive* maturat. *Etenim floret* prima omnium amygdala, *menſe Januario: Martio vero poma* matura, *ut ſcribit Plinius* lib. 16. c. 25. *Occurrit autem* Jerem. 1. v. 11. *ita*, מַקֵּל שָׁקֵד אֲנִי רֹאֶה, virgam amygdali ego videns; *Vulgatus vero vertit*, virgam vigilantem ego video; *videtur*, *pro* שָׁקֵד, *legiſſe* שֹׁקֵד: *Cum præfix.* וְיָנֵאץ הַשָּׁקֵד, Eccl. 12. verſ. 5., & florebit amygdalus: *Plur.* שְׁקֵדִים, Gen. 43. v. 11., Num. 17. verſ. 23. amygdalæ. *Inde efformatum eſt Pyh. partic. plural.* מְשֻׁקָּדִים, גְּבִעִים, *&* גְּבִיעִים, Exod. 25. vv. 33. 34., 37. vv. 19. 20. ſcyphi amygdalati, *i. e.* amygdalæ *ſpeciem referentes*, *ſive* ad formam amygdalorum facti: *Sed LXX. ſunt interpretati*, ἐκτετυπωμένοι καρυΐσκους, *id eſt* (ſcyphi) ſculpti in formam nucum; *ita & Vulg. vertit*, ſcyphi quaſi in nucis modum, *& prætermiſſo* quaſi, in nucis modum, *item* inſtar nucis.

שָׂקַד Ligavit, *in Kal inuſitatum. Niph. præterit.* נִשְׂקַד עֹל פְּשָׁעַי בְּיָדוֹ, Thren. 1. v. 14. *Hoc vocabulum, ut ſcribit Aben Eſra, in Scriptura neque patrem, neque matrem habet; nec alibi in Hebræa lingua occurrit. Hinc variant Interpretes: Multi ex recentioribus cum Buxtorſio reddunt*, conjunctum, compactum, *ſive* colligatum eſt jugum iniquitatum mearum in manu ejus: *Alii aliter vertunt, conſulendi apud Criticos ſacros. Hic autem notandum cum eodem Buxtorſio, quod quidam libri legunt per* שׁ, *cum puncto ſcil. à latere dextero, quod, ut dictum, latinè ſonat*, vigilavit; *& præterea τὸ* בְּיָדוֹ, *non cum præcedentibus, ſed cum ſequentibus nectunt; ſicque cum Vulg. non pauci vertunt*, vigilavit, *i. e.* citò venit, *vel* feſtinavit jugum iniquitatum mearum: in manu ejus *&c. Sed & LXX. ſunt interpretati ἐγρηγορήθη ἐπὶ τὰ ἀσεβήματά μου, id eſt* vigilavit ſuper impietates meas; *pro* עֹל jugum, *legerunt* עַל ſuper.

שָׁקָה Bibit, rigavit ſe, *in Kal inuſitatum. Niph.* וְנִשְׁקְהָ, Amos. 8. v. 8. *variè redditur; ſunt, qui cum Maſſorethis putant legendum* וְנִשְׁקְעָה, *atque propterea reddunt*, & ſubmergetur. *At alii Scripturæ ſtandum volunt; hinc vertunt*, & irrigabitur: *LXX. habent*, καὶ καταβήσεται & deſcendet; *Vulg. autem*, & defluet. *Pyh. futur.* יְשֻׁקֶּה, Job. 21. v. 24. *variè redditur: LXX. habent*, διαχεῖται, *i. e.* diffunditur; *Symmachus* ἀρδόμενος irrigatus; *Vulg.* irrigantur; *Alii cum Buxtorſio vertunt*, irrigabitur. *Hiph.* הִשְׁקָה bibere fecit, juſſit, *vel* curavit, bibendum dedit, potum præbuit: *de* animalibus *vero*, adaquavit; *& de* inanimatis, irrigavit. *Præter.* וְהִשְׁקָה & irrigabat, Gen. 2. v. 6., *item* & irrigabit, Joel. 4. v. 18., *ſed* וְהִשְׁקָה אֶת־הָאִשָּׁה, Num. 5. v. 24., & bibere faciet mulierem iſtam, *ſive* & bibendum dabit mulieri: *Fœm. in pauſa* הִשְׁקָתָה bibendum dedit, *ſive* adaquavit, Gen. 24. v. 46., וְהִשְׁקִיתָ & bibendum dabis, Num. 20. v. 8., Jerem. 35. v. 2., וְהִשְׁקִיתָ בְרַגְלְךָ, Deut. 11. v. 10. irrigabas in, *vel* cum pede tuo, *i. e. ut quidam exponunt*, labore pedum tuorum, *aquam ſcil. huc, atque illuc ad irrigandum derivando, ſive deflectendo: Et cum* ה *paragogico* *ſinis.* וְהִשְׁקִיתָה אוֹתוֹ & bibendum dabis illud, *ſive* & propinabis de illo, Jerem. 25. v. 15. *Cum affix.* הִשְׁקִיתָנוּ potum præbuiſti

buiſti nobis, *ſive* potaſti nos, Pſal. 60. v. 5., וְהִשְׁקִיתִי & irrigabo, Ezech. 32. v. 6. *Cum affix.* וְהִשְׁקִיתִים, Jerem. 9. v. 14. *item abſque* Jod, וְהִשְׁקִתִים, Jerem. 23. v. 15., & bibendum dabo, *ſive* potum præbebo, dabo illis, *ſive* eis: *Plur.* וְהִשְׁקוּ אֶת־הַצֹּאן & adaquarunt gregem, Gen. 29. v. 3., וְהִשְׁקִינוּ הַצֹּאן & adaquabimus, *ſive* ut adaquemus gregem, Gen. 29. v. 8. *Partic.* מַשְׁקֶה irrigans, Pſal. 104. v. 13. *Aliud vide inter nomina*: *Item ſubſtantivè*, pincerna, Gen. 40. v. 1., Nehem. 1. v. 11. *& cum præfix.* הַמַּשְׁקֶה pincerna, Gen. 40. v. 5. *Conſtr.* מַשְׁקֵה potum præbens, Habac. 2. v. 15. *Cum affix.* מַשְׁקֵהוּ pincerna ejus, Gen. 40. v. 13. *Plur.* שַׂר הַמַּשְׁקִים princeps, præpoſitus, magiſter pincernarum, Gen. 40. vv. 2. 9. 20. 21. 23., 41. v. 9. *Cum affix.* וּמַשְׁקָיו & pincernæ ejus, 1. Reg. 10. v. 5., 2. Paral. 9. v. 4. *Vide aliud inter nomina*. *Infin.* וְהַשְׁקוֹת & potum præbendo, Eſth. 1. v. 7. *Cum præfix.* לְהַשְׁקוֹת ad irrigandum, Gen. 2. v. 10., Eccl. 2. v. 6. *item* ad adaquandum, ut adaquarent, Exod. 2. v. 16. ad potum præbendum, *ſive* ut potum darem, Iſa. 43. v. 20. *& cum affix.* וַתְּכַל לְהַשְׁקֹתוֹ & abſolvit (ipſa) potare eum, *ſive* potum præbere ei, Gen. 24. v. 19. *Imper. cum affix.* הַשְׁקֵהוּ bibendum da illi, Prov. 25. v. 21. *& fœm. cum affix.* הַשְׁקִינִי bibendum da mihi, Gen. 24. vv. 43. 45., Jud. 4. v. 19. *Plur.* הַשְׁקוּ adaquate, date potum, Gen. 29. v. 7. *Futur.* אַשְׁקֶה adaquabo, dabo potum, Gen. 24. vv. 14. 46., וָאַשְׁקֶה & bibendum dedi, propinavi, Jerem. 25. v. 17. *& cum affix.* אַשְׁקְךָ bibendum dabo tibi, Cant. 8. v. 2., אַשְׁקֶנָּה bibendum dabo, *ſive*, *juxta Vulg.* propinabo ei, Iſa. 27. v. 3., תַּשְׁקֶה bibendum das, dediſti, Job. 22. v. 7. *Et cum affix.* תַּשְׁקֵם bibendum dabis eis, *& juxta Vulg.* potabis eos, Pſal. 36. v. 9. *& cum affix. poetico*, וַתַּשְׁקֵמוֹ, & potum dabis eis, Pſal. 80. v. 6., יַשְׁקֶה bibendum dabit, Num. 5. v. 26. *& per apocopen*, וַיַּשְׁק & adaquavit, Gen. 29. v. 10., Exod. 2. vv. 17. 19. *& cum affix.* יַשְׁקֵנִי bibendum dabit mihi, 2. Sam. 23. v. 15., וַיַּשְׁקֵנוּ & bibendum dedit nobis, Jerem. 8. v. 14. *Fœm. contractè*, וַתַּשְׁק & bibendum dedit, Gen. 21. v. 19. *& cum affix.* וַתַּשְׁקֵהוּ & bibendum dedit ei, Gen. 24. v. 18. *Plur.* נַשְׁקֶה אֶת־אָבִינוּ bibendum demus patri noſtro, Gen. 19. v. 32., *& cum affix.*

 נַשְׁקֶנּוּ

נַשְׁקֶנּוּ bibendum demus ei, Gen. 19. v. 34., וַתַּשְׁקוּ & bibendum dediſtis, *ſive*, *juxta Vulg.* & propinabitis, Amos 2. v. 12., יַשְׁקוּ adaquabant, Gen. 29. v. 2., adaquabunt, *&* *juxta Vulg.* potabunt, Pſal. 104. v. 11., potum præbebunt, Jerem. 16. v. 7. *&* *cum affix.* יַשְׁקוּנִי potum præbebunt, præbent, *ſive* bibendum dant mihi, Pſalm. 69. v. 22., וַיַּשְׁקֻהוּ & bibendam dederunt ei (aquam), 1. Sam. 30. v. 11., וַיַּשְׁקוּם, & potum præbuerunt eis, 2. Paral. 28. v. 15. *Fœm.* וַתַּשְׁקֶיןָ & bibendum dederunt, Gen. 19. vv. 33. 35.

שַׁק; *Item cum puncto ſupra* ש *à latere ſiniſtro*, *ſcil.* שַׂק, *&* שֹׂק *vide ſupra pag.* 1746.

שֹׁקֶת *f.* Canalis, aquarium, adaquationis *medium*: *Cum præfix.* אֶל-הַשֹּׁקֶת ad, *ſive* in canalem, Gen. 24. v. 20. *Plural. conſtr.* בְּשִׁקֲתוֹת הַמָּיִם, Gen. 30. v. 38. in canalibus aquarum, *ſive* in aquariis.

שִׁקּוּי *maſc.* Irrigatio, Prov. 3. v. 8. *Et metonymicè* potus, *quo quis* irrigatur: *Unde plur. cum affix. in pauſa* וְשִׁקּוּיָי, Hoſ. 2. verſ. 7, *&* *extra pauſam*, *ſed mutato priori* Jod *in* Vau, וְשִׁקֻּוַי, Pſal. 102. v. 10., & potus mei.

מַשְׁקֶה *m. Eſt*: I. Irriguus locus, irrigatio, *ut* Gen. 13. v. 10. כֻּלָּהּ מַשְׁקֶה totum ejus irrigatio, *ſive* locus irriguus: *Vulg.* *&* *alii vertunt*, univerſa irrigabatur: *Conſtr. cum præfix.* מִמַּשְׁקֵה יִשְׂרָאֵל, Ezech. 45. v. 15., ex irriguis *paſcuis*, *ſive* de paſcuoſis *locis*, *i. e.* pinguibus Iſrael; *Vulg. exponit*, de his, quæ nutriunt Iſrael: II. Potus, *quo* irrigatur, *ita* Levit. 11. v. 34. *Conſtr.* מַשְׁקֵה potus, 1. Reg. 10. v. 21., 1. Paral. 9. v. 20., Iſa. 32. v. 6. *Alia vide ſupra in Partic. verbi* שָׁקָה. *Sed plur. fœm.* מַשְׁקִיּוֹת *vide ſupra in* נָשַׁק *pag.* 818.

שקט

שָׁקַט Quievit, requievit, quietus, tranquillus fuit: *Præt.* וְשָׁקַט & quieſcat, *ſive* quieſcet, Jerem. 30. verſ. 10. *Fœm.* שָׁקְטָה, Joſ. 11. v. 23., *&* *in pauſa* שָׁקָטָה; 2. Reg. 11. v. 20. tranquilla, quieta fuit, quievit: שָׁקַטְתִּי quietus fui, *&* *juxta Vulg.* ſilui, Job. 3. v. 26. וְשָׁקַטְתִּי & quieſcam, Ezech. 16. v. 42. *Partic.* שֹׁקֵט quieſcens, quietus, Jud. 18. vv. 7. 27., Jerem. 48. v. 11. *Plural.* הַשֹּׁקְטִים quieſcentes, Ezech. 38. v. 11. *Futur.* וְשֹׁקֶטֶת, 1. Paral. 4. v. 40., *&* *in*

pauſa

pauſa וְשֹׁקָטֶת, Zach. 1. v. 11., & quieta : *Futur.* אֶשְׁקוֹט, Iſa. 62. v. 1., *& cum* ה *paragog.* אֶשְׁקוֹטָה, Iſa. 18. v. 4, *ubi juxta Maſſorethas legendum* אֶשְׁקְטָה, quieſcam, quietus ero: וְאַל־תִּשְׁקֹט & nè quieſcas, Pſal. 83. v. 2. *ubi LXX. habent*, *μηδὲ καταπραΰνῃς*, *id eſt* neque compeſcaris : *Fœm.* תִּשְׁקֹטִי quieſces, Jerem. 47. vv. 6. 7., יִשְׁקֹט quieſcet, Ruth 3. v. 18. *& fœm.* וַתִּשְׁקֹט & quievit, Jud. 3. v. 11. *Hiph.* הִשְׁקִיט quievit, tranquillus fuit : *& tranſitivè* quieſcere, *vel* quietum fecit, quietem dedit, ſedavit : *Item* tranquillè, quietè egit : *Infin.* הַשְׁקֵט tranquillè agere, quieſcere, Iſa. 57. v. 20., Jerem. 49. v. 23. *item nominaliter*, quies, tranquillitas, *& juxta Vulg.* ſilentium, Iſa. 32. v. 17. *Cum præfix.* בְּהַשְׁקֵט, *& juxta Maſſorethas* בְּהַשְׁקִיט אֶרֶץ מִדָּרוֹם, Job. 37. v. 17., in quieſcere, *id eſt* cùm quieſceret terra Auſtro, *ventis ſcil.* Auſtralibus, *qui terram, & aerem reſolvunt, &* placidum reddunt; *Vulg. ſenſum optimè expreſſit, vertens*, cum perflata fuerit terra Auſtro : *Sed* בְּהַשְׁקֵט *apud* Iſa. 30. v. 15. *reddendum* in quiete, tranquillitate, *ſive, ut habet Vulgat.* in ſilentio : לְהַשְׁקִיט לוֹ ut quietem des, *& juxta Vulg.* ut mitiges ei, Pſal. 94. v. 13. *Imper.* וְהַשְׁקֵט & quieſce, *ſive, juxta alios*, quietè age, Iſa. 7. v. 4. *ubi Vulgat. habet*, ut ſileas : *Futur.* יַשְׁקִיט רִיב, quieſcere facit, ſedat, mitigat litem, contentionem, Prov. 15. v. 18.

שֶׁקֶט *m.* Quies, tranquillitas, *& juxta Vulg.* otium, 1. Paralip. 22. v. 9.

הַשְׁקֵט *m.* Quies, tranquillitas : *Nomen ex Infinito Hiphil efformatum, quod vide ſupra in radice* שָׁקַט.

שָׁקַל Pependit, pendit, appendit, libravit, ponderavit : *Et metaphoricè* perpendit, expendit, examinavit : *Præter.* וְשָׁקַל אֶת־שְׂעַר רֹאשׁוֹ, 2. Sam. 14. v. 26. & penderet, ponderaret, *ſive* ponderabat capillos capitis ſui : וְשָׁקַל בַּפֶּלֶס & libravit in ſtatera, *ſive* pondere, Iſa. 40. v. 12. *Partic.* וְלֹא אָנֹכִי שֹׁקֵל עַל־כַּפַּי, 2. Sam. 18. v. 12. & ſi ego appendens, *ſive* pendens ſuper manus meas, *ſive* in manibus meis : *Sed* אַיֵּה שֹׁקֵל ubi ponderans, perpendens ? Iſa. 33. v. 18. *Infin.* שָׁקוֹל appendendo, ponderando, Job. 6. v. 2., לִשְׁקוֹל appendere, appendere, Eſth. 4. v. 7. *Futur.* אֶשְׁקוֹל pendam, appendam, Eſth. 3. v. 9. וָאֶשְׁקֳל & appendi, Jerem.

rem. 32. v. 10. *& cum* ה *paragog.* וָאֶשְׁקוֹלָה, *item* וָאֶשְׁקְלָה, Eſdr. 8. vv. 25. 26., Jerem. 32. v. 9., & appendi: תִּשְׁקוֹל appendes, 1. Reg. 20. verſ. 39., יִשְׁקֹל pendet, Exod. 22. verſ. 16., וַיִּשְׁקֹל & appendit, Gen. 23. v. 16. *& cum affix.* יִשְׁקְלֵנִי appendet, *ſive* appendat me, Job. 31. v. 6. *Plural.* תִּשְׁקְלוּ appenditis, Iſa. 55. v. 2., עַל־תִּשְׁקְלוּ donec appendatis, Eſdr. 8. v. 29., *& in pauſa* יִשְׁקֹלוּ ponderant, Iſa. 46. v. 6., וַיִּשְׁקְלוּ & appenderunt, Zach. 11. v. 12. *Niph. præter.* נִשְׁקַל appenſum eſt, Eſdr. 8. v. 33. *Futur.* יִשָּׁקֵל appendetur, ponderabitur, Job. 6. v. 2.

תְּחוֹת m. Chald. idem ac תחת: וּמִן־תְּחוֹת שְׁמַיָּא אֵלֶּה, Jerem. 10. v. 11. & de ſub cælo iſto, i. e. ut exponit Vulg. & de his, quæ ſub cælo ſunt: Et abſque מִן, ita תְּחוֹת כָּל־ שְׁמַיָּא ſub omni cælo, Dan. 7. v. 27. Dual. vel plur. cum affix. תְּחוֹתוֹהִי, Dan. 4. vv. 9. 18. ſub ea, ſubter eam.

תַּחְתִּי m. Inferior, infimus, imus: Plur. תַּחְתִּיִּם infima, inferiora: Fœm. מִשְּׁאוֹל תַּחְתִּיָּה ex inferno inferiori, Pſal. 86. v. 13. & alia forma תַּחְתִּית, Deut. 32. v. 22., infimum, imum: בְּתַחְתִּית in parte inferiori; & juxta Vulgat. ad radices (montis): Plural. f. תַּחְתִּיּוֹת inferiora, Jud. 15. v. 19., בְּתַחְתִּיּוֹת in inferiora, Pſal. 63. v. 10.

תַּחְתִּיָּה, תַּחְתִּית f. Vide mox ſupra in תַּחְתִּי.

תַּחְתּוֹן m. Infimus, inferior, Joſ. 18. v. 13. & cum ה paragog. הַתַּחְתּוֹנָה, Ezech. 40. v. 19., verſus infimum; At Vulgat. vertit, (à facie portæ) inferioris: Fœmin. הַתַּחְתּוֹנָה, &

הַתַּחְתֹּנָה, 1. Reg. 6. v. 6., Iſa. 22. v. 9., Ezech. 40. v. 18. inferior, infimus: *Plural. cum præfix.* מֵהַתַּחְתֹּנוֹת ab, *ſive* de inferioribus, Ezech. 42. v. 5.

תַּיִשׁ *m.* Caper, hircus, aries, Prov. 30. v. 21. *dictus* תַּיִשׁ *à* נתש avulſit; *quia herbas, & frondes arborum* avellit: *Plur.* תְּיָשִׁים, Gen. 32. v. 15. *& cum præfix.* הַתְּיָשִׁים, Gen. 30. v. 35. hirci, capri, arietes.

תכה Recubuit, innixus eſt, *juxta quoſdam. Inde Pyh. præter. plural.* תֻּכּוּ לְרַגְלֶךָ, Deut. 33. v. 3., ſubſtrati ſunt, *q. d.* recumbere facti ſunt ad pedem tuum; *ita Joa. Simon: At Buxtorfius hoc derivat à* תָּוֶךְ medium; *unde vertit*, medientur ad pedes tuos, *i. e.* in medio pedum collocentur: *Vel eſt, ut idem addit, à* תוך, *ita ut ſit pro* תכו: *R. Salomon explicat per* הֻתְוְכוּ in medio ponantur. *LXX. ſunt interpretati*, ὑπὸ σὲ εἰσι ſub te ſunt: *Alii*, conjuncti ſunt ad pedem tuum: *Vulgat. habet*, appropinquant pedibus ejus, *i. e. ut quidam exponunt*, ſe præbent obſequentes diſcipulos. אֶתְכָּה, אֶתְכָּה *vide in* אֵת *pag.* 77.

* בְּתוֹכְהֶנָה *Vide ſupra poſt* תָּוֶךְ *pag.* 1789.

תכך *Radix Hebræis inuſitata: Nam* בְּתוֹכְכֵי *ſpectat ad* תָּוֶךְ, *ubi vide pag.* 1789. *Sed propriè* תְּכַךְ *Chald. ſonat*, læſit, damno affecit. *Inde ſunt*:

תֹּךְ *m.* Fraus, calliditas, induſtria fraudulenta, oppreſſio: *Plur.* רָשׁ וְאִישׁ תְּכָכִים, Prov. 29. v. 13., pauper, & vir induſtriarum, *ſive* fraudum: *Vulgat. vertit*, pauper, & creditor, *i. e.* uſurarius.

תֹּךְ Dolus, fraus malitioſa, oppreſſio, *i. e. juxta Vulg.* uſura, Pſal. 10. v. 7., 55. v. 12. *& ſemel cum* Cholem *pleno*, *& cum præfix.* מִתּוֹךְ ex fraude, *& juxta Vulg.* ex uſura, Pſal. 72. v. 14.

תּוּכִּיִּים *m. plur.* 2. Paral. 9. v. 21. *&* תֻּכִּיִּים, 1. Reg. 10. v. 22. *juxta quoſdam ſunt* pſittaci: *Communis tamen ſententia*, *quam Bochartus in* Hieroz. P. II. L. I. c. 20., *& Joa. Simon in Lex. ſequuntur, tenet*, תוּכִּיִּים *fuiſſe* pavones.

תכל *Radix inuſitata. Nam* תִּכְלָה, *&* תַּכְלִית *ſpectant ad* כָּלָה, *ubi vide pag.* 550. *Ex* תָּכַל *autem quidam arbitrantur eſſe* תְּכֵלֶת *f.* hyacinthus *genus* violæ vernæ, *colore obſcuræ purpuræ; unde fiunt* veſtes hyacinthinæ. *Bochartus in* Hieroz.

roz. P. II. L. V. cap. 10., *aliique ſentiunt*, τὸ תְּכֵלֶת *eſſe* colorem cæruleum *ex* conchylii *ſanie* factum. *Ferè ſemper dictio hæc in* ſacris libris *metonymicè uſurpata legitur*, *ſignificat nempe rem* colore *illo* infectam, *vulgò* hyacinthinum *dictum*. *Occurrit* Exod. 26. vv. 4. 31. *&c. Cum præfix.* הַתְּכֵלֶת hyacinthus, Exod. 28. v. 5., בַּתְּכֵלֶת in, *ſive* de hyacintho, Exod. 35. v. 35. *Multi dictionem hanc derivant à* כָּלַל perfecit. *& Chald.* ornavit: *Unde* color hyacinthus *dictus* תְּכֵלֶת, *quòd eo* mulieres ſe ſe ornant, ſuamque pulchritudinem perficiant.

תכן Libravit, definivit, appendit: *Metaphoricè* examinavit, expendit, perpendit: *Partic.* תֹּכֵן לִבּוֹת, Prov. 21. v. 2., 24. v. 12., librans, examinans, perpendens, appendens corda, *ſive* animos. *Niph.* נִתְכַּן ad trutinam, *ſive* pondus, *vel* menſuram *rei* diſpoſitus, aptatus, libratus, rectificatus fuit; *item* rectum, æquum, conveniens fuit: *Præter. plur.* וְלֹא נִתְכְּנוּ עֲלִלוֹת, 1. Sam. 3. v. 3., *Maſſorethæ*, *quos & alii ſequuntur*, *monent*, *ibidem legendum* וְלוֹ, *& ita legerunt LXX. atque Vulgat. hinc vertendum*, & ipſi ponderata, *ſive* ad trutinam diſpoſita, librata, perpenſa ſunt opera; *Vulg. habet*, & ipſi præparantur cogitationes: *Futur.* לֹא יִתָּכֵן non eſt æqua, recta, *ſive* non rectè diſponitur, Ezech. 18. vv. 25. 29., 33. vv. 17. 20. *Plural.* לֹא יִתָּכְנוּ non rectæ, *id eſt* pravæ (viæ), Ezech. 18. vv. 25. 29. *Pih.* תִּכֵּן exactè, ad trutinam diſpoſuit, libravit, aptavit, direxit, examinavit, expendit, perpendit, appendit: *Præter.* וּמַיִם תִּכֵּן בְּמִדָּה, Job. 28. v. 25., & aquas appendit, libravit in menſura: וְשָׁמַיִם בַּזֶּרֶת תִּכֵּן, Iſa. 40. v. 12. & cælos palmo expendit, *ſive* ponderavit: מִי־תִכֵּן אֶת־רוּחַ יְהוָה, Iſa. 40. v. 13., *quidam reddunt*, quis expendit, libravit ſpiritum Domini? *id eſt* quis perſcrutatus, *ſive* ſe penetravit in *interiorem* ſenſum ſpiritus Domini? *Alii vertunt*, quis direxit, aptavit ſpiritum Domini *in hujus ſcil. univerſi ordine conſtituendo*, *& conſtruendo*? *Vulg. habet*, quis adjuvit ſpiritum Domini? תִכַּנְתִּי, Pſal. 75. v. 4. aptavi, direxi, *ſive juxta Vulg.* confirmavi; *Pagninus vertit*, ſtabiliam. *Pyh. partic.* הַכֶּסֶף הַמְתֻכָּן, 2. Reg. 12. v. 12. pecunia appenſa, librata.

תֹּכֶן *maſc.* Summa, demenſum, menſura: תֹּכֶן אֶחָד menſuræ unius, Ezech. 45. v. 11., וְתֹכֶן לְבֵנִים, Exod. 5. v. 18. & ſummam, *ſive* demenſum lapidum, *ſive* laterum (dabitis); *Vulg. ſenſum expreſſit*.

תֹּכֶן Thochen, *nom. propr. civitatis*, 1. Paral. 4. v. 32.

תִּיכוֹן *m.* Medius, *&c. Item fœm.* תִּיכֹנָה *vide ſupra poſt* תוך *pag.* 1789. *Sed* בַּתִּיכוֹן *vide ſupra in* בַּיִת.

תְּכוּנָה *f.* Diſpoſitio, *&c. Vide ſupra poſt* כּוּן *pag.* 539.

תָּכְנִית *f.* Menſura, Ezech. 28. v. 12., *ubi à LXX. & Vulg. redditur* ſimilitudo; *legebant* תַּבְנִית: *Sed* cap. 43. verſ. 10. *ejuſdem* Ezech. *Vulg. vertit* fabricam.

מַתְכֹּנֶת *fœm.* Summa, menſura, forma, diſpoſitio: מַתְכֹּנֶת הַלְּבֵנִים menſura laterum, Exod. 5. v. 8. *Cum affix.* מַתְכֻּנְתּוֹ menſura ejus, Ezech. 45. v. 11., עַל־מַתְכֻּנְתּוֹ in formam ſuam, *i. e. ut exponit Vulg.* in ſtatum priſtinum, 2. Paralip. 24. v. 13., בְּמַתְכֻּנְתּוֹ, Exod. 30. v. 32., *&* בְּמַתְכֻּנְתָּהּ *ibidem*, v. 37. & diſpoſitione menſuræ, *ſive* formæ ejus; *Vulg. vertit*, compoſitionem ejus.

תֵּל *Vide infra poſt* תָּלַל.

תלא *Radix inuſitata. Inde quidam derivandum putant illud*; Deut. 28. v. 66. תְּלֻאִים, *&* Hoſe. 11. v. 7. תְּלוּאִים; *ſed hæc ipſa vide infra in radice* תָּלָה. *Sed* תְּלָאָה, *&* מַתְּלָאָה *vide ſupra pag.* 586.

תְּלַאשָּׂר Thelasár, *nom. propr. regionis Syriæ*, 2. Reg. 19. v. 12. *Occurrit etiam* Iſa. 37. verſ. 12., *ſed abſque* א, *ita* בִּתְלַשָּׂר in Thelasár.

תְּלַג *m. Chald.* Nix; כִּתְלַג חִוָּר ut nix album, candidum, Dan. 7. v. 9. *Eſt ab Hebræo* שֶׁלֶג, *mutato pro more* שׁ *in* ת.

תִּלְגַת פִּלְאֶסֶר Thilgáth Pileſer, *nom. propr. regis Aſſyriorum*, 2. Reg. 15. v. 29.

תִּלְגַת פִּלְנְאֶסֶר Thilgáth Pilneeſer, *nom. propr. regis Aſſyriorum* 1. Paral. 5. v. 6., 2. Paral. 28. v. 20.

תּוֹלָד Tholad, *nom. propr. civitatis*, 1. Paral. 4. v. 29.

תּוֹלֵדָה *f. Inde plur.* תּוֹלְדוֹת generationes, *&c. vide ſupra poſt* יָלַד *pag.* 446.

תלה Suſpendit, appendit, in altum extulit: *Præter.* וְאֶת שַׂר הָאֹפִים תָּלָה & præfectum coquorum, *ſive* principem piſtorum ſuſpendit, Gen. 40. v. 22., וְתָלִיתָ אֹתוֹ & ſuſpen-

ſuſpendes, appendes eum, Deut. 21. v. 22. *Plur.* וְאֹתוֹ תָּלוּ & ipſum ſuſpenderunt, Eſth. 8. v. 7. *Cum affix.* תְּלָוּם ſuſpenderunt, ſuſpenderant eos, 2. Sam. 21. v. 12. *ubi in quibuſdam codicibus ſcribitur cum* א *redundante, videlicet* תְּלָאוּם; *Sed & Maſſorethæ monent ita legendum, & communiter in ejuſdem loci margine ita exprimitur, petita forma à* תָּלָא: *ſenſus tamen in utraque lectione idem*: תָּלִינוּ ſuſpendimus, Pſal. 137. v. 2. *Partic.* תֹּלֶה אֶרֶץ ſuſpendens, *ſive* appendens terram, Job. 26. v. 7. *Partic. Pahul* תָּלוּי ſuſpenſus, Deut. 21. v. 23., 2. Sam. 18. v. 10. *Plur.* תְּלוּיִם, Joſ. 10. verſ. 26. ſuſpenſi; *& petita forma à* תלא, וְעַמִּי תְּלוּאִים לִמְשׁוּבָתִי, Hoſe. 11. v. 7. *quod oraculum non una ratione ab omnibus exponitur*: *Nam nonnulli reddunt* & populus meus ſuſpenſi, *i. e.* ſuſpenſus, *nempe animo eſt, ſive affixus hærens (eſt, vel erit)* propter averſionem, *ſive* rebellionem à me: *Alii pronomen affixum paſſivè accipiendum arbitrati vertunt* propter, *vel* circa converſionem *ſuam* in me, ad me, *vel* meam, *ut* Iſa. 56. v. 7. domus orationis meæ, *i. e. quæ mihi fit*: *Vulg. autem vertit*, & populus meus pendebit ad reditum meum, *i. e. ut quidam exponunt*, animo ſuſpenſus, *dubius, anceps expectabit* præſentiam, & auxilium meum: וְהָיוּ חַיֶּיךָ תְּלֻאִים לְךָ מִנֶּגֶד, Deut. 28. v. 66. & erunt vitæ tuæ ſuſpenſæ, *ſive* pendentes tibi ex adverſò, *i. e.* antè oculos tuos; *pluralis ibidem numerus pro ſingulari poſitus, quemadmodum & cap. 2. Gen. v. 7.* חַיִּים vitas *pro* vita *ſcriptum legimus*; *ſic & alia ætatum nomina nonniſi in plurali occurrunt*: *Vulg. habet*, & erit vita tua quaſi pendens ante te: *Infin. cum præfix.* לִתְלוֹת ad ſuſpendendum, Eſth. 6. v. 4., Ezech. 15. v. 3. *Imper. plur. cum affix.* תְּלֻהוּ ſuſpendite eum, Eſth. 7. v. 9. *Futur. cum affix.* וַיִּתְלֵם & ſuſpendit eos, Joſ. 10. v. 26. *Plur.* יִתְלוּ ſuſpendant, Eſth. 5. v. 14., 9. v. 13., וַיִּתְלוּ & ſuſpenderunt, Eſth. 7. v. 10. *Niph. præter. plural.* נִתְלוּ ſuſpenſi ſunt, Thren. 5. v. 12. *Futur. plural.* וַיִּתָּלוּ & ſuſpenſi ſunt, Eſth. 2. v. 23. *Pih. præter. plural.* תִּלּוּ ſuſpenderunt, Ezech. 27. vv. 10. 11.

תל *Vide infra poſt* תָּלַל.

תְּלִי *maſc.* Pharetra, *ſic dicta, quòd de tergo* ſuſpendi *ſoleat. Quibuſdam tamen cum Onkeloſo, Syro, Kimchio, & Jarchio per τὸ* תְּלִי gladium *deſignatum arbitrantur: Cum affix.* תֶּלְיְךָ (ſume) pharetram tuam, Gen. 27. v. 3.

תַּלְפִּיּוֹת *f. pl.* Armaria, armamentaria, *in quibus ſcil.* ſuſpenduntur arma: *Cum præfix.* לְתַלְפִּיּוֹת, Cant. 4. v. 4. pro armamentariis, *ſive* armariis: *LXX. ſunt interpretati* εἰς θαλπιώθ, *i. e. ut habet etiam Vulg.* cum propugnaculis. *Ut autem ſcribit Buxtorfius, vox hujuſmodi compoſita eſt ex* תָּלָה, & פִּיּוֹת, *quaſi*, לִתְלוֹת פִּיּוֹת ad ſuſpendendum acies, *i. e.* gladios acutos, *ut Aben Eſra monet: Vel à* תֵּל, *de quo infra, quaſi* תל שהכל פונים לו tumulus, ad quem omnes reſpiciunt, *ut eſt in* Talm. Berachot: *Vel* תל שכל פיות מתפללים עליו tumulus, ſuper quem omnia ora orant, *juxta* 1. Reg. 8. verſ. 44. *de urbe Jeruſalem, ita Aruch.*

תֶּלַח Theſahh, *nom. propr. viri*, 1. Paral. 7. v. 25

תלל Aggeravit, aggeſſit, accumulavit: *Partic. Pahul* עַל הַר־גָּבֹהַּ וְתָלוּל, Ezech. 17. v. 22. ſuper montem excelſum, & aggeſtum, *ſive juxta Vulg.* & eminentem.

תּוֹלָל *m.* Contumulator, *qui ſcil. aliquem quaſi* cumulat, & *redigit velut* in acervum deſolatum; *vel qui alicui* accumulat moleſtias, & afflictiones: *Sunt, qui dictionem hanc derivant à* יָלַל, *quòd latinè ſonat* ejulavit; *unde juxta eoſdem* תּוֹלָל ejulatus: *Occurrit in plur. cum affix.* וְתוֹלָלֵינוּ שִׂמְחָה, Pſal. 137. v. 3. & contumulatores noſtri lætitiam, (*ſcil.* poſtulaverunt), *i. e. inimici noſtri, qui in* tumulum *nos, noſtraque* redegerant, *ſive, ut habet Chaldæus*, raptores noſtri, hoſtes, qui nos rapuerunt, (poſtularunt) lætitiam, *i. e.* lætum carmen: *Hactenus Buxtorfius: Quidam alii cum Joa. Simone vertunt*, in ejulatibus noſtris (*poſtularunt à nobis*) gaudium: *Pagninus autem τὸ* תּוֹלָל *à* תָּלָה, ſuſpendit *derivans, ita explicat*, & citharis noſtris ſuſpenſis, *verba* lætitiæ (poſtulaverunt): *Vulg. τὸ* שִׂמְחָה *ad ſequens orationis membrum referens, ita vertit*, & qui abduxerunt nos, *dixerunt*: Hymnum (cantate) &c.

תֵּל *m.* Agger, acervus, tumulus, Deut. 13. v. 16., Joſ. 8. v. 28. *Eſt alibi & nom. propr. quod vide infra: Cum præfix.*

fix. לְתֵל in tumulum, Jerem. 49. v. 2., מִתֵּל *vide infra*: *Cum affix.* עַל־תִּלָּהּ, Jerem. 30. v. 18. ſuper aggere, *ſive* tumulo, *vel* cumulo ſuo: *Vulg. vertit* in excelſo ſuo; *civitas ſiquidem Jeruſalem, de qua ibidem habetur ſermo*, altior *erat univerſa terra Iſrael, ut ſcribit R. David*: עַל־תִּלָּם, Joſ. 11. v. 13., ſuper tumulum ſuum, *ſive* in tumulo ſuo, *ſuper quem ſcil. ſunt conditæ*.

תֵּל אָבִיב Thel-aviv, Ezech. 3. v. 15. *Sym., Aquilæ, Theod. & quibuſdam aliis eſt nomen loci in Meſopotamia ſiti, dicti* תֵּל אָבִיב *à* fertilitate collium, *in quos aſſurgebat*: *Vulg. vertit* (ad) acervum novarum frugum.

תֵּל חַרְשָׁא Thél-hharſcá, *nom. propr. urbis ad Orientem Babyloniæ*, Eſdr. 2. v. 59., Nehem. 7. v. 61.

תֵּל מֶלַח Thél-meláhh, *nom. propr. civitatis Chaldææ, quæ videtur eſſe Ptolomæi* Telme: *Occurrit cum præfix.* מִתֵּל מֶלַח, Eſdr. 2. v. 59., Nehem. 7. v. 61. de Thél-meláhh, *& juxta Vulg.* de Thelmala.

תַּלְתַּל *m. Inde plur.* תַּלְתַּלִּים, Cant. 5. v. 11. *variè redditur*: *Buxtorfio ſunt* criſpaturæ *capillorum*; *ab aliis redditur* copiosè ſuſpenſi, *ſive* copiosè penduli, *i. e.* criſpi, *à* תָּלָה ſuſpendit: *Qui vero à* תָּלַל *illud derivant, vertunt* (cincinnos) denſos, *ſive* acervos: *Vulg. habet*, (comæ ejus) ſicut elatæ palmarum.

תלם *maſc.* Sulcus, porca; *& ſynecdochicè* aratio, *ut cum præfix.* בְּתֶלֶם, Job. 39. v. 10. in aratione; *Vulg. vertit*, ad arandum: *Plural. conſtr.* עַל תַּלְמֵי שָׂדָי, Hoſe. 10. v. 4., 12. v. 12. per porcas agrorum meorum, *ſive juxta Vulg. alioſque*, ſuper ſulcos agri: *Cum affix.* תְּלָמֶיהָ ſulci ejus, Job. 31. v. 38., Pſalm. 65. v. 11., *ubi Vulgat. habet* rivos ejus.

* תִּלָּם *Dictio compoſita, quam, vide ſupra in* תֵּל *pag.* 1800. *&c. Sed* תְּלוּם, *&* וַיִּתְלָם *vide ſupra in verbo* תָּלָה.

תַּלְמַי Thalmái, *& juxta Vulgat.* Tholmai, *nom. propr. viri*, Num. 13. v. 22. *&c.*

תלע *Radix Hebræis inuſitata. Sed Chald. & Arab. ſonat*, fregit, diſcerpit. *Inde ſunt*:

תּוֹלָע *m.* Vermis, *qui, ut nonnulli arbitrantur, naſcitur in grano fruticis, forma lentis, aut piſi*, κόκκος *Græcis, ſic &*

& noſtris coccus : *Dictus autem* תּוֹלָע, *quòd* herbas, folia arborum diſcerpat, *& corrodat* : *Bochartus dictionem hanc vult eſſe derivandam ab Hebr.* לוּעַ vorare, deglutire ; *& ſignare* vermem *propriè* fructuum. *Metonymicè* תּוֹלָע *ſumitur pro* colore coccineo, *qui ut notat Joa. Simon*, *ex* vermibus *arboris*, Alkermes *vulgò dictæ*, *conficitur*. *Item metonymicè ſignificat rem ipſam* coccineo colore *infectam*, coccinum, coccineum : עֲלֵי תוֹלָע, Thren. 4. v. 5. in coccino, *& juxta Vulg.* in croceis : *Cum præfix.* כַּתּוֹלָע ſicut coccineum, *& juxta Vulg.* quaſi vermiculus : *Plur.* תּוֹלָעִים vermes, Exod. 16. v. 20. *Inde efformatum partic. plur. in Pyh.* מְתֻלָּעִים, Nah. 2. v. 4. coccino induti, *q. d.* coccinati.

תּוֹלָע Tholáhh, *nom. propr. viri*, Gen. 46. v. 13. *&c. Inde* הַתּוֹלָעִי Hatholahhí, *& juxta Vulgat.* Tholaita, *nom. propr. familiæ à* תּוֹלָע *oriundæ*, Num. 26. v. 23.

תּוֹלֵעָה *f.* Vermis, Job. 25. v. 6., Iſa. 14. v. 11. *Vide quod ſequitur*.

תּוֹלַעַת *f.* I. Vermis, Pſal. 22. v. 7., Iſa. 41. v. 14., Jon. 4. v. 7. *& cum præfix. in pauſa* הַתֹּלָעַת vermis, Deut. 28. v. 39. *Cum affix.* תּוֹלַעְתָּם vermis eorum, Iſai. 66. v. 24. II. *Metonymicè eſt* color coccinus, *&* eo colore *infectum*, *ſcil.* coccinum, coccineum, *ut* Exod. 28. vv. 5 6. *&c. Cum præfix.* הַתּוֹלַעַת, Levit. 14. v. 6., בְּתוֹלַעַת הַשָּׁנִי in coccino bis tincto, Exod. 35. v. 35.

מְתַלְּעוֹת *fœm. plur*, *Vide ſupra poſt* לָתַע *pag.* 615.

תַּלְפִּיּוֹת *Vide ſupra poſt* תָּלָה *pag.* 1800.

תְּלָת *m. Chald.* tres, tria, Dan. 7. vv. 5. 8. 20., תְּלָתֵי *vide infra ſuo loco* : *Sed in ſtatu emphat.* וְזִמְנִין תְּלָתָה & temporibus tribus, Dan. 6. verſ. 11. *Item* tertius, *ut* עַד יוֹם תְּלָתָה uſque ad diem tertium, Eſdr. 6. v. 15. *Aliud vide infra* : *Cum affix.* תְּלָתְהוֹן tres illi, Dan. 3. v. 23. *Plural.* תְּלָתִין triginta, Dan. 6. vv. 8. 13.

תְּלָתָא *f. Chald.* tres, tria, Eſdr. 6. v. 4. *Sed* תַּלְתָּא, Dan. 5. vv. 16. 29. tertius. *Vide quod ſequitur*.

תְּלִיתָאָה *f* Tertium (*regnum*), Dan. 2. v. 39.

תְּלָתָה *f* Tres, tria, Dan. 3. v. 24., 6. vv. 3. 11. 14. *Aliud vide ſupra in* תְּלָת

תַּלְתִּי *m.* Tertius, Dan. 5. v. 7.

תַּלְתַּל

חַלְתַּל m. Inde plur. חַלְתַּלִּים vide ſupra poſt חָלַל pag. 1801.

תָּם, & תּוֹם Vide infra poſt תָּמַם: Vide etiam, quod mox ſequitur.

תַּם Chald. ſignificat idem ac Hebr. שָׁם, videl. ibi, illic. Occurrit in ſtatu emphat. תַּמָּה, Eſdr. 5. v. 17., 6. vv. 1. 12., מִן־תַּמָּה, Eſdr. 6. v. 6. de illic, inde.

תֵּמָא Themá, nom. propr. loci, Job. 6. v. 19.

תֵּימָא Themá, nom. propr. loci, Jerem. 25. v. 23.

תמר Radix inuſitata. Inde תָּמִיד jugis, juge; & adverbialiter, perpetuò, jugiter: עֵינַי תָּמִיד אֶל־יְהוָה oculi mei jugiter ſemper ad Dominum, Pſalm. 25. v. 15. Cum præfix. וְלֶחֶם הַתָּמִיד & panis jugis, Num. 4. v. 7. Abſolute tamen interdum per metonymiam ſumitur pro ipſo ſacrificio jugi, quod quotidie, & mane, & veſperi offerebatur; & ſubauditur זֶבַח: Hoc in ſenſu occurrit cum præfix. ita הַתָּמִיד, Dan. 8. vv. 11. 12. 13., 11. v. 31., 12. v. 11.

תָּמַה Miratus, admiratus fuit, obſtupuit: Sed תַּמָּה Chald. vide ſupra in תַּם: תְּמַה vero item Chald. vide infra ſuo loco poſt hanc dictionem: תָּמְתִי vide infra in nom. תָּם poſt תָּמַם: Præter. plur. in pauſa כֵּן תָּמָהוּ ſic admirati ſunt, Pſal. 48. v. 6. Imperat. plural. in pauſa תְּמָהוּ admiramini, Iſa. 29. v. 9. Futur. אַל־תִּתְמַהּ ne mireris, Eccl. 5. v. 7. Plur. יִתְמָהוּ obſtupeſcent, Iſa. 13. v. 8., וַיִּתְמְהוּ & mirati ſunt, mirabantur, Gen. 43. v. 33. Hithp. Imperat. plural. וְהִתַּמְּהוּ תְּמָהוּ, contractè pro וְהִתְתַּמְּהוּ, Habac. 1. v. 5. & admirabundi admirabimini; Vulgat. vertit, admiramini, & obſtupeſcite.

תְּמַהּ m. Chaldaic. res ſtupenda, & admirabilis, prodigium, miraculum: Sed תַּמָּה vide ſupra in תַּם Chaldaic. Plural. וְתִמְהַיָּא, Dan. 6. v. 28. & in ſtatu emphat. וְתִמְהִין, Dan. 3. v. 32. & mirabilia, ſive miracula: Cum affix. וְתִמְהוֹהִי & miracula, ſive mirabilia ejus, Dan. 3. v. 33.

תִּמְהַיָּא Chald. Vide mox ſupra in תְּמַהּ.

תִּמָּהוֹן m. Stupor, Zach. 12. v. 4. Conſtr. וּבְתִמְהוֹן לֵבָב & ſtupore cordis, ſive, juxta Vulg. furore mentis, Deuter. 28. verſ. 28.

הַתַּמּוּז, Ezech. 8. v. 14. Athammuz, nomen propr. idoli; Sed quodnam eo nomine fuerit deſignatum idolum multis incertum adhuc.

adhuc. *Vulg. eſt* Adonis, *qui, ſi fabulis ſtandum, fuit juvenis pulcher, Venerisque amaſius: Porro* Adonidem, *quem Phoenices colebant, eumdem fuiſſe ac Ægyptiorum* Oſirim, *ſive* Oſiridem, *teſtatur Stephanus Byzantius in nomine* Amathus.

תֶּמַח Thamahh, *nom. propr. viri*, Eſdr. 2. v. 53., Nehem. 7. v. 55.

תָּמַךְ Suſtentavit, apprehendit, tenuit, ſuſtinuit: *Conſtruitur cum Accuſat. vel cum præpoſit.* ב: *Præter. f.* תָּמְכָה apprehendit, ſuſtinuit, Pſal. 63. v. 9., בִּי תָּמְכָה ſuſtentaſti, *ſive* ſuſcepiſti me, Pſal. 41. v. 13., תָּמַכְתִּי; *inde cum affix.* תְּמַכְתִּיךָ ſuſtentavi, *& juxta Vulg.* ſuſcepit te, Iſa. 41. v. 10. *Plur.* תָּמְכוּ ſuſtentabant, Exod. 17. v. 12, *item* apprehenderunt, Prov. 31. v. 19. *Partic.* וְתוֹמֵךְ & tenens, Amos. 1. vv. 5. 8. *item irregulariter cum* Chirek, תּוֹמִיךְ גּוֹרָלִי, Pſal. 16. v. 5., ſuſtentans ſortem meam; *Vulgat. vertit*, qui reſtitues hæreditatem meam mihi: *Plur. cum affix.* וְתֹמְכֶיהָ & tenentes eam, Prov. 3. v. 18. *Infin.* תָּמֹךְ, Pſal. 17. v. 5. ſuſtentando; *Vulgat. vertit*, perfice: *Cum præfix.* מִתְּמֹךְ בַּשֹּׁחַד, Iſa. 33. verſ. 15. ab apprehendendo munere, *ſive* nè apprehendat munus: *Vulg. vertit* ab omni munere: *Futur.* אֶתְמָךְ־בּוֹ, Iſa. 42. v. 1., ſuſtento, ſuſtentabo, *& juxta Vulg.* ſuſcipiam eum: יִתְמָךְ־, *&* יִתְמֹךְ, Prov. 4. v. 4., 29. v. 23. apprehendat, apprehendet, *ſive* teneat, tenebit, *& juxta Vulgat.* ſuſcipiat, ſuſcipiet: וַיִּתְמֹךְ & apprehendit, Geneſ. 48. v. 17., תִּתְמֹךְ apprehendet, obtinebit, *& juxta Vulg.* inveniet, Prov. 11. v. 16. *Plur.* יִתְמְכוּ tenent, obtinent, *ſive* obtinebunt, Prov. 11. v. 16., ſuſtineant, Prov. 28. v. 17. *& in pauſa* יִתְמֹכוּ ſuſtentabunt, *ſcil.* te, Job. 36. v. 17., *item* tenent, obtinent, Prov. 5. v. 5. *Niph. futur.* יִתָּמֵךְ tenebitur, prehendetur, *& juxta LXX. atque Vulgat.* conſtringitur, Proverb. 5. v. 22.

תְּמוֹל *Adverbium temporis, ſcil.* heri, antea; *item* אֶתְמוֹל *vide ſupra ſub litera* א *jam expoſita pag.* 78. 79.

תָּמַם Conſummationem, *&* complementum *rei exprimit, ſive ea ſit* perfecta, *&* integra fiat, *ſive* eſſe deſinat, *&* abſumatur: *Hinc* abſolvit, finivit, conſumſit; *& in*tran-

tranſitivè finitus, conſummatus, completus, integer factus, perfectus eſt: *Item* abſumptus, conſumtus eſt, defecit. *Præter. defect.* כִּי אִם־תַּם הַכֶּסֶף, Gen. 47. v. 18., quod certè abſumpta eſt pecunia: *Sed* תַּם, Joſ. 4. verſ. 11., Thren. 4. v. 22. *ſonat*, finitus, conſummatus, completus eſt: וְתַם & deficiet, *ſive* conſumetur, Levit. 26. v. 20. *Plur.* תַּמּוּ conſummati, finiti, confecti ſunt, Deut. 2. v. 16., Job 31. v. 40., *item* conſumti ſunt, 2. Reg. 7. v. 13. *& cum* ה *interrog.* הֲתַמּוּ nunquid completi ſunt? 1. Sam. 16. v. 11. תַּמְנוּ, *& in pauſa* תָּמְנוּ conſumti ſumus, defecimus, ceſſavimus, Pſal. 64. v. 7. *&c. Infin.* תֹּם conſummari, finiri, *item* conſumi, Levit. 25. verſ. 29. *&c. Cum præfix.* כְּתָם־פֶּרַח, Iſa. 18. v. 5. cum conſummatus eſt flos; *ſive* perfectum germen: *Hoc in loco varii ſunt Interpretes*: *Cum affix.* עַד־תֻּמִּי אֹתָם, Jerem. 27. v. 8. donec conſumſero, *ſive* conſumam eos: עַד־תֻּמּוֹ, 1. Reg. 14. v. 10. donec conſummetur, *ſive* perfectum fiat illud: עַד־תֻּמָּם, Deut. 2. v. 15. donec conſumantur ipſi. *Niph. futur. irregul. in pauſa* אֵיתָם, *pro* אֵתַּם, Pſal. 19. v. 14., integer ero, perfectus fiam; *LXX. autem*, *& Vulg. reddunt*, immaculatus ero: וְלֹא־יִתֹּם & non conſumetur, deficiet, Ezech. 47. v. 12., וַיִּתֹּם & defecit, *ſive* cum defeciſſet, Gen. 47. v. 15. *Fœm.* תִּתַּם abſumatur, conſumatur, Ezech. 24. v. 11., וַתִּתֹּם & finitus, abſolutus eſt, Gen. 47. v. 18., *item* & conſummatum, perfectum eſt, 1. Reg. 7. v. 22. *Plural.* יִתַּמּוּ, finientur, deficient, deficiant, Num. 14. v. 35., Pſal. 104. v. 35. *item* conſumentur, Jerem. 14. v. 15., 44. v. 12. *& in pauſa* יִתָּמּוּ deficient, finientur, Pſal. 102. v. 28., וַיִּתְּמוּ & completi ſunt, Deut. 34. v. 8. *Hiph. præter.* וַהֲתִמֹּתִי, Ezech. 22. v. 15. & abſumam, *vel* faciam, ut abſumatur, *ſive* & deficere faciam: *Plurale* הֵתַמּוּ abſolverunt, *ſive* perfecerunt, perficiebant, 2. Sam. 20. v. 18. *Infin.* הָתֵם הַבָּשָׂר, Ezech. 24. v. 10. conſumendo carnem: *Cum præfix.* כְּהָתֵם cùm abſolverint, *ſive* conſummaverint, Dan. 8. v. 23. *ubi Vulg. vertit*, cùm creverint (iniquitates): *Item petita forma à Quieſcentibus media rad.* הָתִים; *unde cum affix.* כַּהֲתִימְךָ, Iſa. 33. v. 1. juxta abſolvere, *ſive* conſummare te, *i. e.* cùm conſummaveris: *Futur.*

tur. תַּתֵּם דְּרָכֶיךָ , Job. 22. v. 3. integras facis, *ſive* perficis vias tuas : וְיַתֵּם , 2. Reg. 22. verſ. 4. ut integram faciat, compleat (pecuniam); *Vulg. vertit*, ut conſletur (pecunia). *Hitph. futur.* תִּתַּמָּם , *pro* תִּתְתַּמָּם , 2. Sam. 22. v. 26., Pſalm. 18. v. 26. *Buxtorſius, & quidam alii vertunt*, integrum exhibes te; *at LXX. ſunt interpretati*, τελειωθήσῃ, ἀθῷος ἔσῃ, *i. e. ut habet Vulgat.* perfectus eris, innocens eris.

תָּמִים *m.* Perfectus, integer, *ſive phyſicè, ut* Exod. 12. v. 5. *&c. ſive moraliter, ut* Gen. 6. v. 9. *&c. Aliquando ſumitur adverbialiter, i. e.* perfectè, *vel ſubſtantivè, i. e.* integritas; *ſic cum præfix.* בְּתָמִים in integritate, *i. e. ut exponit Vulg.* corde perfecto, *ſive* abſque vitio, peccato, in innocentia, Joſ. 24. v. 14., Jud. 9. vv. 16. 19., Pſal. 84. v. 12. *Conſtr.* תְּמִים perfectus, Job. 36. v. 4., 37. v. 16. *Plur.* תְּמִימִים, Pſal. 37. v. 18. *& ſæpe abſque* Jod *poſteriori* תְּמִימִם, Exod. 29. v. 1. *item conſtr.* תְּמִימֵי, Pſal. 119. v. 1. perfecti, integri. *Fœm.* תְּמִימָה perfecta, integra, Levit. 3. verſ. 9. *&c. Plural.* תְּמִימֹת integræ, perfectæ, Levit. 23. v. 15.

תּוּמִם *Vide ſupra in* תָּאַם *pag.* 1784.

תָּם *m.* Integer, perfectus, *& quidem* perfectione, & integritate morali, Gen. 25. v. 27.; Job. 1. vv. 1. 8. *&c. Aliud vide infra in* תֹּם : *Plur.* תּוּמִים *vide ſupra in* תָּאַם *pag.* 1784. *Sed* תָּמִים *ſingulare, non plur. eſt, quod vide mox ſuprà, ſuo loco. Fœm. cum affix.* תַּמָּתִי, Cant. 5. v. 2., 6. v. 9. perfecta, integra, immaculata mea.

תֹּם *m.* Perfectio, integritas, ſimplicitas: *Item* integer, perfectus: תֹּם־וָיֹשֶׁר, Pſal. 25. v. 21., perfectio, & rectitudo; *Vulgat. autem in plural. vertit* innocentes, & recti: לְהֹלְכֵי תֹם, Prov. 2. v. 7. ambulantibus *in* integritate, ſimplicitate, *ſive* integrè, ſimpliciter: *Et ante* Makkaph, תָּם־דָּרֶךְ, Prov. 13. v. 6. (cuſtodit) integri, perfecti, *ſive* innocentis viam: *Cum præfix. &* Cholem pleno, בַּתּוֹם, Prov. 10. v. 9. *item* בְּתָם־, Gen. 20. v. 5., in ſimplicitate: כְּתֹם juxta ſimplicitatem, *ſive* integritatem, *vel ut habet Vulg.* in innocentia, Pſal. 78. v. 72., לְתֹם ſimplici, integro, Proverb. 10. v. 19. *Sed* מְתֹם *vide infra, ſuo loco: Cum*

affix.

affix. בְּתֻמִּי, Pſal. 26. vv. 1. 11., 41. v. 13. in integritate, in innocentia mea: וּכְתֻמִּי, Pſal. 7. v. 9., & ſecundum integritatem, *ſive* innocentiam meam: בְּעֶצֶם תֻּמּוֹ, Job. 21. v. 23. in illa ipſa, ipſamet integritate ſua; *Vulg. ſenſum expreſſit*: בְּתֻמּוֹ, Prov. 28. v. 6. in ſimplicitate ſua: לְתֻמּוֹ, 2. Paral. 18. v. 33. in perfectione ſua: כְּתֻמָּם, Iſa. 47. v. 9., juxta integritatem, *ſive* perfectionem ſuam; *Vulgat. vertit* univerſa: לְתֻמָּם, 2. Sam. 15. v. 11., in integritate, *ſive* ſimplicitate ſua: *Fœm.* תֻּמָּה; *Inde conſtr.* תֻּמַּת ſimplicitas, Prov. 11. v. 3. *Cum affix.* תֻּמָּתִי integritas, innocentia mea, Job. 27. v. 5., בְּתֻמָּתֶךָ in integritate, in ſimplicitate tua, Job. 2. v. 9., בְּתֻמָּתוֹ in integritate, *ſive* innocentia ſua, Job. 2. v. 3.

תֹּם *m. Dictio inuſitata. Inde varia cum præfixis, & affix. vide mox ſupra in nom.* תם: *Plur.* תֻּמִּים *vide mox infra, ſuo proprio loco.*

תֻּמָּה *f. Inde conſtr.* תֻּמַּת *cum affixis vide ſupra in* תם.

תֻּמִּים *m. pl.* Thummim; *hac de voce vide, quæ dicta ſunt ſupra in voce* אורים *pag.* 17. *Propriè autem* תֻּמִּים perfectiones *ſignificant; Vulg. interdum reddit* veritatem: *Occurrit* הַתֻּמִּים perfectiones, *& juxta Vulgat.* veritas, Exod. 28. v. 30., Lev. 8. v. 8., לְאוּרִים וְתֻמִּים, Nehem. 7. v. 65. cum Urim, & Thummim, *i. e. juxta quorumdam expoſitionem, qui conſultus poſſet ex Rationali reſponſa reddere: Vulgat. vertit*, (donec ſtaret ſacerdos) doctus, & eruditus: וּלְתֻמִּים & cum Thummim, *ſive* cum perfectionibus, *& juxta Vulgat.* perfectus, Eſdr. 2. v. 63. *Cum affix.* תֻּמֶּיךָ, Deut. 33. v. 8. Thummim tua; *à Vulg. redditur* perfectio tua.

מְתֹם *m.* Perfectio, integritas, ſanitas, Pſalm. 38. vv. 4. 8., Iſa. 1. v. 6. *Aliud vide ſupra ſub litera* מ *pag.* 684.

תֵּימָן Themán, *nom. propr. viri*, Gen. 36. vv. 11. 15. *Item nom. propr. civitatis in Idumæa*, Jerem. 49. verſ. 20. *Item* תֵּימָן *eſt* auſter, meridies; *ſed hoc in ſenſu vide ſupra poſt* יָמִין *pag.* 452.

תִּמְנָה Thimnáh, *nom. propr. civitatis in Tribu Juda*, Joſ. 15. v. 17.

תְּמוּנָה *f.* Similitudo: *Conſtr.* תְּמוּנַת, *&c. vide ſupra poſt* מין *pag.* 628.

תִּמְנִי Thimní, & *juxta Vulgat.* Thamnathæus, *vir quidam Philiſthæus ſocer Samſonis, dictus* תִּמְנִי *ab urbe* תִּמְנָתָה, *cujus ille erat civis.*, Jud. 15. v. 6.

תֵּימָנִי Themaní, *nom. commune incolarum urbis* Themán: *Cum præfix.* הַתֵּימָנִי, Job. 4. v. 1., Themani, & *juxta Vulgat.* Themanites: מֵאֶרֶץ הַתֵּימָנִי de terra Themaní, & *juxta Vulgat.* Themanorum, 1. Paral. 1. v. 45.

תִּמְנָע Thimnahh, *nom. propr. mulieris*, Gen. 36. v. 12. *Item nom. propr. viri*, Gen. 36. v. 40., 1. Paral. 1. v. 36.

תִּמְנָתָה Thimnatháh, & *juxta Vulg.* Themna, & Thamnatha, *nom. propr. civitatis*, Joſ. 19. v. 43., Jud. 14. v. 1. &c.

תִּמְנַת־חֶרֶס Thimnath heres, *nom. prop. loci, ſive civitatis, quæ, ut quibuſdam videtur, in montanis Ephraim ſita erat*, Jud. 2. v. 9.

תִּמְנַת־סֶרַח Thimnath-ſeráh, & *juxta Vulg.* Thamnath-ſaráa, *nom. propr. civitatis in montanis Ephraim*, Joſ. 19. v. 50., 24. v. 30.

תֵּמֵס *m. Vide ſupra poſt* מָסַס *pag. 659.*

תָּמָר *m.* Palma, Joel, 1. v. 12. *Aliud vide infra: Cum præfix.* בְּתָמָר in palmam, Cant. 7. v. 9. כַּתָּמָר ſicut palma, Pſal. 92. v. 13., לְתָמָר palmæ, Cant. 7. v. 8. *Plur.* תְּמָרִים, Exod. 15. v. 27. &c. & *cum præfix.* הַתְּמָרִים, Deut. 34. v. 3., palmæ.

תָּמָר Thamár, *nom. prop. civitatis Syriæ, quæ nunc* Palmyra *dicitur*, Ezech. 47. v. 19., 48. v. 28. *Item nom. propr. fœminarum*, Gen. 38. v. 6., 2. Sam. 13. v. 1., 14. v. 27., 1. Paral. 3. v. 9.

תֹּמֶר *m.* Palma, Jud. 4. v. 5. *Cum præfix.* כְּתֹמֶר ſicut palma, Jerem. 10. v. 5.

תִּמֹּר *m.* Palma, *ſed fictitia, figura* palmæ: *Cum affix.* וְתִמֹּרָו, Ezech. 40. v. 22. *Sed, ut monent Maſſorethæ, in plur. legendum* וְתִמֹּרָיו, & palmæ ejus; *Vulg. habet*, & ſculpturæ ejus; *Plur.* וְתִמֹּרִים, *item* וְהַתִּמֹּרִים & palmæ, Ezech. 41. vv. 17. 20.

תִּמֹּרָה *f.* Palma, *ſed fictitia, ſive figura, vel ſpecies* palmæ: וְתִמֹּרָה & palma, Ezech. 41. v. 18., אֶל־הַתִּמֹּרָה ad, *ſive* juxta palmam, Ezech. 41. v. 19. *Plur.* תִּמֹּרוֹת, & תִּמֹּרֹת, 1. Reg. 6. vv. 29. 32. 35., 7. v. 36., palmæ, *i. e.* figuræ, *ſive*

ſive ſpecies palmarum: *Cum præfix.* עַל־הַתִּמֹּרוֹת & ſuper palmas, 1. Reg. 6. v. 32. *Vide, quæ ſequuntur.*

תִּמָרָה *f.* Elatio, *ſive* columna, *ad formam* palmæ *aſſurgens*: *Nonnulli dictionem hanc putant derivandam à radice* יָמַר extulit: *Plur.* וְתִמְרוֹת עָשָׁן, Joel. 3. v. 3. & elationes, *vel* columnæ fumi; *Vulg. vertit* vaporem fumi. *Vide, quod ſequitur.*

תִּימָרָה *f.* Elatio, *&c. ut ſupra in* תִּמָרָה: *Plur. cum præfix.* כְּתִימְרוֹת, Cant. 3. v. 6. ſicut elationes, *ſive* columnæ; *Vulg. habet*, ſicut virgula.

תַּמְרוּרִים *m. p.* Obeliſci, pyramides, *mucronatæ*, *& faſtigiatæ inſtar* ſummitatis palmæ; *& tertia radicalis eſt geminata. Inde R. Salomon explicat* תמרים קטנים palmas parvas *plantatas in indicium viæ*: *Hactenus Buxtorfius. Sed hanc ipſam dictionem vide jam ſupra expoſitam poſt* מָרַר *pag.* 604.

תְּנוּאָה *f.* Ultio, *&c. item cum affix.* תְּנוּאָתִי; *& plural.* תְּנוּאוֹת *vide ſupra poſt* נוא *pag.* 722.

תְּנוּבָה *f.* Proventus, *&c. Conſtr.* תְּנוּבַת, *&c vide ſupra poſt* נוב *pag.* 723.

תָּנָה Mercede conduxit, *ita non Buxtorfius tantum, ſed & multi cum Vulg. hoc verbum in Kal exponunt*: *Quidam autem cum Joa. Simone reddunt*, liberaliter, largiter donavit. *Futur.* (*forma, non re*) אֶתְנָה *vide infra inter nomina*: *Plur.* כִּי־יִתְנוּ cum mercede conduxerint, Hoſe. 8. v. 10. *Pih.* תִּנָּה *in hujuſce Conjugationis ſenſu aſſignando varii ſunt Interpretes, ut mox patebit*: *Sed* תְּנָה, *& alia ejuſdem formæ vide ſupra in* נָתַן: *Infin.* לְתַנּוֹת, Jud. 11. v. 40., ad confabulandum, *juxta Kimchium, ut ſcil.* amicis colloquiis eam (*filiam nempe Jephte*) *de virginitate, & ſtatu vitæ ſolitario* conſolarentur: *Chaldæus, & R. Salomon vertunt*, ad lamentandum, *nempe ſuper virginitate ejus, ut Kimchi eos explicat*: *Hactenus Buxtorfius*: *Vulgat. vero reddit*, ut plangant. *At nonnullis cum Joa. Simone τὸ* תִּנָּה *eſt*, gratiarum actione, *ſive* laude celebravit, *& quaſi* remuneratus eſt: *Unde vertunt*, ad laude celebrandum, *ſive* ut laude celebrent: *Futur. plur.* שָׁם יְתַנּוּ, Jud. 5. v. 11. illic confabulantur, *juxta Buxtorfium*; *Alii vertunt*, laude,

 vel

vel gratiarum actione celebrabunt; *Vulg. habet* ibi narrentur. *Hiph. præter. plural.* הִתְנוּ אֲהָבִים, Hoſe. 8. v. 9. mercede conduxerunt, *ſive* conciliarunt amores, *ita Buxtorfius, aliique*; *Vulgat. autem vertit*, munera dederunt amatoribus.

תַּן, *vel* תָּן: *Inde plural. m.* תַּנִּים, *& fœm.* תַּנּוֹת *vide infra poſt* תָּנַן.

אֶתְנָה *f.* Merces, Hoſe. 2. v. 14.

אֶתְנַן *m.* Donum, præmium, merces, *& quidem* largiſſima, *cujus* augmenti *argumentum, uti quibuſdam videtur, eſt* Nun *geminatum*: *Occurrit* Ezech. 16. vv. 31. 34., Hoſe. 9. v. 1. *Conſtr.* אֶתְנַן, Deut. 23. v. 19., Mich. 1. v. 7. merces; *ſed & in ſtatu abſoluto legitur cum* Pathach, Ezech. 16. vv. 34. 41. *Aliud, ſed nom. propr. vide ſupra ſub litera* א *pag. 79. Cum præfix.* מֵאֶתְנַן זוֹנָה, Mich. 1. v. 7., de mercede meretricis, *ſive* meretricia: *Cum affix.* וְאֶתְנַנָּה & merces ejus, Iſa. 23. v. 18., לְאֶתְנַנָּה ad mercedem ſuam, Iſa. 23. verſ. 17., *utrobique in accuratis codicibus* ה *legitur abſque accentu* Mappik: *Plur. cum affix.* אֶתְנַנֶּיהָ mercedes ejus, Mich. 1. v. 7.

תַּנְחֻמֶת Thanhumeth, *nom. propr. viri*, 2. Reg. 25. v. 23., Jerem. 40. v. 8.

תָּנַךְ *Radix Hebræis inuſitata*: *Syr. autem* תנך, *latinè* defecit, finitus eſt. *Inde Hebræorum nom. quod ſequitur*.

תְּנוּךְ *maſc.* Extremitas, *ſive* extremum, imum, infimum: וְעַל־תְּנוּךְ אֹזֶן & ſuper extremum, *ſive* infimum auris, Exod. 29. v. 20., *& ita* Levit. 8. vv. 23. 24., 14. vv. 14. 17. 25. 28.

תְּנוּמָה *f. &c. Vide ſupra poſt* נום *pag. 728.*

תָּנַן *Radix inuſitata*: *Nam* אֶתְנַן *ſpectat ad* תָּנָה, *quod vide mox ſupra inter nomina. Ut autem habet Joa. Simon*, τῷ תנן *notionem* extenſionis *competere, ex harmonia linguarum admodum probabile fecit Theod. Haſæus in* Diſquiſit. *de* Leviathan Jobi, *&* Ceto Jonæ cap. 3. *Siquidem Æthiop.* תני *eſt* latitudo; *Perſ.* תן *eſt* corpus; *Sinic.* than *eſt* res ſine termino lata; *Græc.* τείνω, τανύω, *&* τιταίνω *eſt* extendo; ταναὸς extenſus, protenſus. *Inde ſunt*:

תַּנִּין

תַּנִּין *m.* Animal extenſum, *i. e.* grande, longum, *ut* draco, ſerpens, crocodilus, balæna, cetus, *ſive* cete, Job. 7. v. 12., Iſa. 51. v. 9. *Sed* Thren. 4. v. 3. תַּנִּין *eſt pro* תַּנִּים, *eſt ſcil. plural. cum terminatione Chald. redditurque à Vulg.* lamiæ: *Cum præfix.* הַתַּנִּין cete, draco, Iſa. 27. v. 1., Nehem. 2. v. 13. כַּתַּנִּין ſicut, quaſi draco, Jerem. 51. v. 34., לְתַנִּין in ſerpentem, in colubrum, Exod. 7. vv. 9. 10. *Plur.* תַּנִּינִים dracones, Deut. 32. v. 33., Pſal. 74. v. 13., 148. v. 7. *Cum præfix. & abſque* Jod *poſteriori*, הַתַּנִּינִם ceti, Gen. 1. v. 21.; לְתַנִּינִם in ſerpentes, in dracones, Exod. 7. v. 12.

תִּנְיָן *Chald.* ſecundus; *eſtque ab Hebræo* שֵׁנָה, *mutato* שׁ *in* ת: *Unde fœm.* תִּנְיָנָה ſecunda, Dan. 7. v. 5.

תִּנְיָנוּת *f. Chald.* iteratio; *Sed adverbialiter uſurpatur*, *i. e.* ſecundò, Dan. 2. v. 7.

תַּנִּינִם *plur. Vide ſupra in* תַּנִּין.

תַּן, *vel* תָּן *m.* Draco, *&c. ut ſupra in* תַּנִּין: *Plur. m.* תַּנִּים dracones, Iſa. 34. v. 13. *&c. Sed* Pſalm. 44. v. 20. בִּמְקוֹם תַּנִּים *à Vulg. redditur* in loco afflictionis; *ab aliis vero* in loco draconum, *ſive* draconis: וְתַנִּים, Iſa. 13. v. 22. & ſerpentes; *Vulg. vertit*, & ſirenes: *Sed apud* Ezech. 29. v. 3. *eidem Vulg. & aliis* הַתַּנִּים *eſt ſingulare, redditurque* draco: כַּתַּנִּים, Jerem. 14. v. 6., Ezech. 32. v. 2. ſicut, quaſi dracones, לְתַנִּים draconibus, Job. 30. v. 29. *Plur. fœm.* לְתַנּוֹת draconibus, *ſive* in dracones, Malach. 1. v. 3. *Alio in ſenſu vide ſupra in verbo* תָּנָה.

תְּנוּפָה *f. &c. Vide ſupra poſt* נוּף *pag.* 732.

תָּנַר *Radix inuſit. Inde* תַּנּוּר furnus, fornax, caminus, focus, clibanus. *Quidam à* נוּר, *vel* נִיר *derivant, quòd* igni luceat: נֵר *enim eſt* lucerna: *Aliis τὸ* תַּנּוּר *eſt dictio compoſita ex* אתון, *quod Chald. Syr. Arab. & Æthiop. eſt* fornax, *à* תנן *Chald.* fumavit; *& ex* נוּר *Chald.* ignis, *q. d.* fornax ignis, *pro quo* Dan. 3. vv. 6. 11. *diviſim dicitur* אתון נורא: *Occurrit* Gen. 15. v. 17., Levit. 2. v. 4. *&c. Cum præfix.* בְּתַנּוּר in clibano, Levit. 26. verſ. 26., כְּתַנּוּר, Pſal. 21. v. 10., Thren. 5. v. 10. & כְּתַנּוּר, Hoſe. 7. vv. 4. 7. ſicut fornax, ut clibanus: *Plur.* הַתַּנּוּרִים fur-

ni, Nehem. 3. v. 11., 12. v. 38. *Cum præfix.* וּבְתַנּוּרֶיךָ & in furno tuo, Exod. 7. v. 28.

* תֹּסֵף *Vide ſupra in verbo* אָסַף *pag.* 54.

תָּעַב *in Kal inuſit. Niph. præter.* נִתְעַב abominabile habitum, *ſive* viſum eſt, 1. Paral. 21. v. 6. *ubi Vulg. vertit*, invitus exequeretur, *qua certe interpretatione ſenſus exprimitur*: *Partic.* נִתְעָב abominabilis, inutilis, Job. 15. v. 16., Iſa. 14. v. 19. *Pih.* תִּעֵב abominatus eſt, abominabilem habuit; *item* abominandum, *ſive* abominabile reddidit, *vel* fecit: *Præter. plural. cum affix.* תִּעֲבוּנִי, Job. 19. v. 19., 30. v. 10., abominati ſunt, *ſive* abominantur me: *Partic. cum præfix.* לִמְתָעֵב גּוֹי, Iſa. 49. v. 7. *variè redditur*: *Buxtorſius, & cum eo Recentiores nonnulli interpretantur*, ei, *ſive* ad eum, *i. e. Chriſtum*, quem abominatur gens, *id eſt* populus Judæus, *quem hoc in loco* גּוֹי *per contemptum dictum, arbitrantur*: *Alii vertunt* ad abominabilem gentis; *Vulgat. habet* ad abominatam gentem: *Plural.* הַמְתַעֲבִים, Mich. 3. v. 9. abominantes, *ſive juxta Vulgat.* qui abominamini: *Infinit.* וְתַעֵב & abominando, Deut. 7. v. 26. *Futur. cum* ה *paragog.* וָאֲתַעֵבָה & abominatus ſum, Pſal. 119. v. 163., תְּתַעֵב abominaberis, Deut. 23. v. 8. *& cum affix.* תְּתַעֲבֶנּוּ abominaberis, deteſtaberis illud, Deut. 7. v. 26., *fœm.* וַתְּתַעֲבִי & abominabilem feciſti, Ezech. 16. v. 25., יְתָעֵב abominabitur, Pſal. 5. v. 7., וַיְתָעֵב & abominatus eſt, Pſalm. 106. v. 40., *fœm.* תְּתַעֵב abominatur, abominata eſt, Pſal. 107. v. 18. *Plur.* יְתָעֵבוּ abominantur, abominati ſunt, Amos. 5. v. 10. *Hiph.* הִתְעִיב abominabile, abominandum fecit, abominabiliter egit. *Præter.* הִתְעַבְתְּ מֵהֶן, Ezech. 16. v. 52. abominabiliter egiſti præ eis; *Vulg. vertit*, ſceleratius agens ab eis: *Plur.* הִתְעִיבוּ, Pſal. 14. v. 1., 53. v. 2., abominabile fecerunt, *ſive* abominabiliter egerunt; *Vulgat. habet*, abominabiles facti ſunt: *Futur.* וַיַּתְעֵב, 1. Reg. 21. v. 26., & abominabiliter egit, *ſive*, *juxta Vulgat.* & abominabilis factus eſt.

תּוֹעֵבָה *f.* Abominatio, abominabile, res abominabilis, Gen. 43. v. 32., *&c. Cum præfix.* הַתּוֹעֵבָה abominatio, Deut. 13. verſ. 15., *item abſque* Vau, הַתֹּעֵבָה, Jerem. 44. v. 4.

(verbum) abominationis : לְתוֹעֵבָה in abominationem, Iſai. 44. verſ. 19. *Conſtr.* תּוֹעֲבַת deteſtabile ; abominabile, Gen. 46. v. 34. *&c. Plur.* תּוֹעֵבוֹת, *&* הַתּוֹעֵבוֹת, Pſal. 88. v. 9., Jerem. 7. v. 10. *&c.* abominationes, abominabilia : *Conſtr.* תּוֹעֲבוֹת, *&* תֹּעֲבֹת, *item* הַתּוֹעֲבוֹת, 1. Reg. 14. v. 24., 2. Paral. 36. v. 14., Ezech. 20. v. 4., abominationes: *Cum præfix.* כְּתוֹעֲבוֹת, 2. Paral. 33. v. 2., *& alia forma* כְּתוֹעֲבֹת, Deut. 18. v. 9., 2. Reg. 21. v. 2. *&* כְּתֹעֲבוֹת, 2. Reg. 16. v. 3. juxta abominationes : *Cum affix.* תּוֹעֲבוֹתַיִךְ, *&* תּוֹעֲבֹתַיִךְ, Ezech. 16. vv. 36. 51. 57., *item cum* Kametz, תּוֹעֲבוֹתָיִךְ, *&* תּוֹעֲבֹתָיִךְ, Ezech. 5. vv. 9. 11., 7. v. 8., abominationes tuæ : תּוֹעֲבֹתֵיכֶם abominationes veſtræ : תּוֹעֲבוֹתָיו, 2. Paral. 36. v. 8., *&* תּוֹעֲבוֹתֶיהָ, *item* תּוֹעֲבֹתֶיהָ, Ezech. 11. v. 18., 16. v. 2., abominationes ejus, *vel* ſuæ : תּוֹעֲבוֹתֵיהֶם Ezech. 12. v. 16. *&* תּוֹעֲבֹתֵיהֶם, Ezech. 6. v. 9. abominationes eorum, *vel* ſuæ : *item cum præfix.* בְּתוֹעֲבֹתֵיהֶם cum abominationibus eorum, Eſdr. 9. v. 11., כְּתֹעֲבֹתֵהֶם ſecundum abominationes eorum, Eſdr. 9. v. 1., תּוֹעֲבוֹתֵיהֶן abominationes earum, Ezech. 23. verſ. 36., וּכְתוֹעֲבוֹתֵיהֶן & juxta abominationes earum, Ezech. 16. v. 47., תּוֹעֲבוֹתָם, Ezech. 7. v. 20. *&* תּוֹעֲבֹתָם, Deut. 20. v. 18., abominationes ſuæ : *item cum præfix.* בְּתוֹעֲבוֹתָם in abominationibus ſuis, Ezech. 43. v. 8.

תְּעוּדָה *fœm.* Teſtimonium, *&c.* *vide ſupra poſt* עוד *pag.* 920.

תָּעָה Erravit, oberravit, *ſive corpore, ſive animo* ; *item* vagatus eſt : *Convenit cum* טעה. *Præterit.* תָּעָה לְבָבִי, Iſa. 21. v. 4., errat animus meus ; *Vulg. vertit*, emarcuit cor meum : תָּעִיתִי erravi, Pſalm. 119. v. 110. *Plur.* תָּעוּ erraverunt, Pſal. 58. v. 4., תָּעִינוּ erravimus, Iſa. 53. v. 6. *Partic.* תּוֹעֶה errans, qui errat, Prov. 21. v. 16., וְהִנֵּה תֹעֶה בַּשָּׂדֶה & ecce errans per agrum, *ſive* in agro, Gen. 37. v. 15. *Plur. conſtr.* תֹּעֵי errantes, Pſalm. 95. v. 10. *Inſin. cum præfix.* בִּתְעוֹת in errando, *ſive* cùm errarent, in erroribus, Ezech. 44. vv. 10. 15., 48. verſ. 11. *Futur. cum apocopa* אַל־תֵּתַע nè erres, *& juxta Vulg.* decipiaris, Prov. 7. v. 25. *Fœm.* וַתֵּתַע & erravit, oberravit, errabat, oberrabat, Gen. 21. v. 14. *Plur.* יִתְעוּ errant, oberrant,

Prov. 14. v. 22. *Niph. præter.* נִתְעָה errore deceptus, ſe-ductus eſt, *q. d.* errare factus eſt, Job. 15. v. 31. *ubi el-lipſis relativi* אשר ; *niſi potius ſit Particip.* ſeductus ; *pro* נִתְעֶה, *petita punctatione tamquam à* תעא, *ita Joa. Simon: Plur. juxta quoſdam*, נִתְעוּ ſeducti ſunt ; *ſed hoc ſpectat ad* לְתַע, *ubi exponitur, pag. ſcilicet* 615. *Infinit. cum præfix.* כְּהִתָּעוֹת, Iſai. 19. v. 14. ſicut oberrat, *ſive* errat : *Pih. part. geminatis duabus literis*, וְהָיִיתִי בְעֵינָיו כִּמְתַעְתֵּעַ, Gen. 27. v. 12. & ero in oculis ejus ſicut errare faciens, ſicut ſeductor ; *Vulgat. ſenſum plenè expreſſit. Hiph. præterit.* הִתְעָה errare fecit, in errorem induxit, ſeduxit : *Plural.* כַּאֲשֶׁר הִתְעוּ אֹתִי אֱלֹהִים, Gen. 20. v. 13. cùm oberrare, *ſive* errare fecerunt me Dii, *id eſt, ut quidam exponunt*, idola Chaldæorum, *propter quæ ſcil. coactus ſum Vre excede-re : Verum communis, & verior ſententia tenet, nomen, & verbum plurale hoc in loco* Trinitatem *indicare : ſic &* Gen. 35. v. 7., & 2. Sam. 7. v. 23. הָלְכוּ־אֱלֹהִים illi *etiam* Dii iverunt ; *quod in* 1. Paral. 17. verſ. 21. *ſic exprimitur* הָלַךְ הָאֱלֹהִים ibat Deus : *Unde optime Vulg. vertit*, poſtquam autem eduxit me Deus : וְהִתְעוּ & ſeduxerunt, decepe-runt, Iſa. 19. v. 13. *& cum affix.* הִתְעוּם ſeduxerunt eos, Jerem. 50. v. 6., הִתְעֵתִים ſeduxiſtis, decepiſtis, Jerem. 42. v. 20., *Partic.* מַתְעָה errans, Proveb. 10. verſ. 17. *Plur.* מַתְעִים, Iſa. 3. v. 12., 9. v. 15., & הַמַּתְעִים, Mich. 3. v. 5., ſeducentes, decipientes : *Futur. cum affix* תַּתְעֵנוּ er-rare feciſti nos, Iſa. 63. v. 17., וַיֶּתַע & ſeduxit, 2. Pa-ral. 33. v. 9. *& cum affix.* וַיַּתְעֵם & ſeduxit eos, 2. Reg. 21. v. 9., *item fœm. cum affix.* תַּתְעֵם ſeducet, decipiet eos, Prov. 12. v. 26. *Plur.* וַיַּתְעוּ & deceperunt, decipie-bant, ſeducebant, Jerem. 23. v. 13. *& cum affix.* וַיַּתְעוּם & ſeduxerunt, deceperunt eos, Amos. 2. v. 4. *Hithp. par-tic. plur. geminatis duabus literis*, וּמִתַּעְתְּעִים, 2. Paral. 36. v. 16. *Buxtorfius vertit*, & ſeducebantur ; *Alii vero reddunt*, & apud ſe, *vel* inter ſe ridentes, *ſive* ſubſannantes. *hoc enim derivant à ſpeciali, quam ipſi ſtatuunt, radice* תָּעַע, *vel* תוּעַ ; *unde, geminatis literis*, תִּעְתַּע riſit, ſubſannavit : *Vulg. habet*, illudebantque.

תּוֹעָה *f.* Error, deceptio, Iſa. 32. v. 6., *ubi Vulg. adverbialiter reddit*, fraudulenter; *ſed eamdem dictionem, quæ apud* Nehem. 4. v. 2., *vertit* inſidias: כְּהַתָּעוֹת *vide ſupra in Infin. verbi* תָּעָה.

תַּעְתֻּעִים *m. plur.* Errores graves, *juxta Buxtorſium*: *At aliis ſunt* irriſiones, ſubſannationes: *Unde* מַעֲשֵׂה תַּעְתֻּעִים, Jerem. 10. v. 15., 51. v. 18. *redditur* opus irriſionum, *i. e.* ridiculum, *ſive, ut habet Vulg.* opus riſu dignum.

תֹּעוּ Thoüh, *nom. propr. regis Emath*, 1. Paril. 18. v. 9., *qui* 2. Sam. 8. v. 9. תֹּעִי *appellatur*.

* תְּעָלָה *f.* Canalis, &c. *vide cum affixis poſt* עָלָה *pag.* 960.

תַּעֲנִית *f. Inde cum affix.* מִתַּעֲנִיתִי *vide ſupra poſt* עָנָה *pag.* 996.

תַּעְנָךְ, & תַּעֲנָךְ Thahanach, *nom. propr. civitatis in Tribu Manaſſis*, Joſ. 17. v. 11. &c.

* תּוֹעָפוֹת *plur. f.* Vires, &c. *vide ſupra poſt* יָעַף *pag.* 467.

תַּעַר *m. Eſt* I. Novacula, *dicta* תַּעַר, *ut quidam putant, à* עָרָה nudus fuit; *quia, dum illa ex vagina extrahitur*, ſe denudat: *ſic autem occurrit* Num. 6. v. 5., 8. v. 7., Ezech. 5. v. 1. *Cum. præfix.* בְּתַעַר in novacula, Iſa. 7. verſ. 20., כְּתַעַר ſicut novacula, Pſal. 52. v. 4. II. Vagina, *quæ ſcil. juxta quoſdam, extracto gladio*, ſe evacuat: *Cum affix.* אֶל־תַּעְרֶךָ ad, *ſive* in vaginam tuam, Jerem. 47. v. 6., אֶל־תַּעְרָהּ ad vaginam ſuam, Ezech. 21. v. 35., בְּתַעְרָהּ in vagina ſua, 2. Sam. 20. v. 8., מִתַּעְרָהּ de vagina ſua, 1. Sam. 17. v. 51.

תִּעְתַּע *Pih. Unde partic.* כְּמִתַּעְתֵּעַ; & *in Hithp. item partic. plur.* מִתַּעְתְּעִים *vide ſupra in verbo* תָּעָה.

תַּעְתֻּעִים *plur. m. Vide ſupra poſt* תּוֹעָה *hac ipſa pagina*.

תֹּף, תּוֹף &c. *Vide infra poſt* תָּפַף.

תָּפַח *Radix Hebræis inuſitata. Inde, uti quibuſdam videtur, eſt* תַּפּוּחַ *m.* malus, *arbor*, & malum, pomum, *fructus*. *Quidam tamen dictionem hanc derivant ab* פּוּחַ, *vel* נָפַח flavit, ſpiravit, efflavit, exſpiravit: *Nam* malum *volunt dictum* תַּפּוּחַ *à* continua exſpiratione odoris, *qui prædicatur* Cant. 7. v. 9. *quod præſertim de* malis cydoneis, citriis, aureis &c. *dici poteſt*: *In ſingulari ſemper pro* arbore *uſurpatur*; (*quandoque tamen eſt nom. propr. ſuo loco infra indicandum*): *in plurali autem* תַּפּוּחִים fructus *ejuſdem arbo-*

arboris deſignat : Occurrit cum præfix. תַּחַת הַתַּפּוּחַ ſub malo , Cantic. 8. verſ. 5. , וְתַפּוּחַ & malum , Joel. i. v. 12. , כְּתַפּוּחַ ſicut malus , Cantic. 2. verſ. 3. *Plur. cum præfix.* בַּתַּפּוּחִים malis , Cant. 5. verſ. 5. , כַּתַּפּוּחִים ſicut mala , Cant. 7. v. 9. *Conſtr.* תַּפּוּחֵי mala , Prov. 25. v. 11.

תַּפּוּחַ Thapuáh , *nom. propr. civitatis in Tribu Juda* , Joſ. 12. v. 17. , 15. v. 34. , 17. v. 7. *Sed* תַּפֻּחַ , 1. Paral. 2. v. 43. *eſt nom. propr. filii Hebron .*

תָּפַל *Radix Hebræis inuſitata . Chald. autem ſonat* , adhæſit ; *Arab.* foetuit , minime fragrante odore fuit . *ſpeciatim ob neglectum aromatum uſum* ; *item* deteſtatus eſt : *Hactenus Joa. Simon . Sed* תִּתַּפָּל , 2. Sam. 22. v. 27. *dictum eſt pro* תתפתל ; *quod vide ſupra in* פָּתַל *pag.*1140. *Item* הֶחְפּוֹל *eſt futurum cum præfix. ſpectans ad radicem* נָפַל , *quod vide . Item* תְּפִלָּתִי *ſpectat ad* תְּפִלָּה , *quod vide ſupra poſt* פָּלַל *inter nomina pag.*1085. *Ex* תָּפַל *autem ſenſu Chald. & Arab. quidam derivant , quæ ſequuntur .*

תָּפֵל *m.* Inſulſum , inſipidum , Job. 6. verſ. 6. *& metaphoricè* ineptum , ſtultum , Thren. 2. v. 14. *Item metaphoricè* lutum , cæmentum inconditum , *ſeu* ineptum , Ezech. 13. v. 10. 11. 14. 15. , 22. v. 28. *quibus in locis Vulgat. reddit* , luto abſque paleis , *&* abſque temperatura , abſque temperamento .

תֹּפֶל Thophel , *nom. propr. loci in deſerto trans Jordanem* , Deut. 1. v. 1.

תִּפְלָה *f.* Inſulſitas , fatuitas : inſulſum , ineptum , *vel* deteſtabile , Job. 1. verſ. 22. , לֹא־יָשִׂים תִּפְלָה , Job. 24. v. 12. *quod quidam ita exponunt* , non deſignat inſulſitatem , *i. e. pergere , & confirmari non ſinit eam tam pravam adminiſtrationem , cujus ſcil. ibidem facta mentio : Vulg reddit.* , inultum abire non patitur . *Vide , quod ſequitur .*

תְּפִלָּה *m.* Oratio , precatio ; *item conſtr.* תְּפִלַּת *&c. vide ſupra poſt* פָּלַל *inter nomina pag.* 1085.

תָּפַן *Radix inuſitata ; Inde , ut prima fronte videtur* , תֻּפִינִים *ſed hoc vide in radice* אָפָה *inter nomina pag.* 56.

תִּפְסַח Thiphsáh , 1. Reg. 5. v. 4. , 2. Reg 15. v. 16. *nomen propr. civitatis , ſed quonam in loco ſita , dubium apud Interpretes .*

תָּפַף Pulſavit, *& quidem ſpeciatim* tympanum : *Partic. plur. f.* תּוֹפְפוֹת, Pſal. 68. v. 26., pulſantes tympana, tympanizantes, *juxta quoſdam ; ab aliis redditur*, tympaniſtriæ. *Pih, particip. plural. fœm.* מְתֹפְפוֹת, Nahum. 2. v. 8. tympanizantes, *&c. ut ſupra ; Vulg. autem vertit*, murmurantes.

